 ὡς εἰρήκειμεν, εἰς τὸ φρούριον τῶν Ἐπιβατῶν οὕτωςί πως λεγό- 15  
 μενον· ὑπερ αὐτὸς ἐκ πολλοῦ πολλοῖς ἀνήγειρεν ἀναλώμασιν ἐν  
 τοῖς παραλλοῖς τῶν προουστειῶν τοῦ Βυζαντίου, μικρὸν μὲν, ποι-  
 C κλον δὲ, καὶ δαιμονίως ὀχυρὸν τε καὶ δύσμαχον. εἰς γὰρ  
 ὕψος τύχης ἐξ ἀσήμεου γένους ἀρθεὶς φρόνημα ἔσχεν, ὅποιον  
 ἂν καὶ οἱ μεθύοντες. ὠνειροπόλησε γὰρ ἀποθανόντος τοῦ βασι- 20  
 V. 304 λέως ἐπιχειρῆσαι κατὰ τῆς βασιλείας αὐτός· εἰ δὲ μὴ δυνα-  
 θεῖη, καταφυγεῖν γοῦν εἰς τὸ φρούριον τοῦτο, καὶ εἶναι πολέ-  
 μιος τῷ κρατήσαντι. (B.) Συνήγαγε δ' ἐν τούτοις μὴ μόνον  
 χρημάτων παντοδαπῶν καὶ παντοίων σωροδς, ἀλλὰ καὶ σκου

tuere. Sed processus ipse temporis sapienti testimonio cum dicta tum facta  
 diiudicabit." Ac talis quidem bucusque moribus fuerat Cantacuzenus: ta-  
 lia et dicere et facere non desinebat.

9. Ego vero illuc redeo, singula ac minutiora expositurus. Apocaucus  
 igitur ille in excogitando solertissimus ac versutissimus, dum omnia pertur-  
 bat, ut summoto rerum administro ipse rerum potiator (quod et effractor  
 noctu faciunt, et latrones, quibus non facile est ea rapere quae in domo  
 sunt, nisi extincto prius lumine, si quod ibi sit), deprehensus quidem est  
 et condemnatus; nihil autem ab illo vicissim passus est pro malitiae suae  
 atrocitate. Cum tamen suimet ipsum puderet, ac vereretur, ne ille, abiecta  
 tandem patientia, legitima animadversione in ipsum uteretur, aufugerat clam  
 (ut diximus) in arcem, quam Epibatón vocant, maximo sumptu iampridem  
 a se exstructam sub Urbe, in maritima ora: angustam quidem illam, at mul-  
 tiplicem, et mirifice munitam, nec expugnata facilem. Scilicet ex ignobili  
 genere ad summum fortunae gradum euectus ebrii hominis spiritum gere-  
 bat. Mortuo siquidem imperatore somniauerat se imperatoriam potestatem  
 invasurum; decreveratque, si viribus deficeretur, confugere ad illam arcem  
 ac bellum cum illo gerere qui imperaturus foret. (II.) Itaque illuc coëge-  
 rat: variae ac multiplicis pecuniae acervos: immo et frumenti et vini pluri-

καὶ οἴνου πλῆθος, καὶ ὄψων παντοίων ταρίχη, καὶ πῦσαν ἄλλην A. C. 1841  
 ἀφθονίαν, ὧν ἐν χρεῖα καθίστανται ἄνθρωποι· ὕδατά τε εἰσὴ- Imp. Io. Pa-  
 γαγεν ἔξωθεν δι' ὑπονόμων ἀένναα. περὶ οὗ δὴ καὶ πρὶν ἀποθα- laeol. 1  
 νεῖν παριόντα φάται τὸν βασιλεῦ· „ἰδοῦ, φωνήν ἀφιέν μονο-  
 5 νοῦχι περιβομβεῖ μου τὰς ἀκοὰς τὸ φρούριον τοῦτι, προκηρῦτ-  
 τον ἡμῖν τὴν ἐνδόμυχον ἀπιστίαν τε καὶ κακοτροπίαν τοῦ δευμα-  
 μένου”· διακελεύσασθαι τε τῷ Καντακουζηνῷ, αὐτὸ μὲν καθε-  
 λεῖν, καὶ πρὸς τὸ βασιλικὸν ἐπανασώσασθαι πρωταγεῖον τοῦς ἐν **E**  
 αὐτῷ συνηθροισμένους ἀδίκως σωροὺς τῶν χρημάτων· αὐτὸν  
 10 δὲ φρουραῖς καὶ δεσμοῖς καθυποβαλεῖν, μὴ πολλὴν ἐκρήξει χει-  
 μῶνα κατὰ τῶν τῆς βασιλείας πραγμάτων καιροῦ λαβόμενος ὄψε. **P. 875**  
 ἀλλὰ τῷ πρῶμ τε καὶ ἡμέρω κἀνταῦθα χρησάμενος ὁ Καντακου-  
 ζηνὸς ἔλαθεν ἑαυτῷ τε καὶ ταῖς πόλεσι μεγάλην ταμειωσάμενος  
 βλάβην. ὥστε καὶ ἀνόνητα μεταμελόμενος ὕστερον ἐπὶ τῇ κακο-  
 15 βουλίᾳ ἑαυτοῦ τὸν βασιλεῦ λαμπρῶς ἐπὶ δυσὶν ἐμακάριζε τού-  
 τοις. ἀλλὰ γὰρ ἔλαθε τὸ ποικίλον τῶν ὑποθέσεων ἐς τοσοῦτον  
 ἡμᾶς παρενεγκών. ἐπανιτέον τοίνυν. (Γ.) Φυγόντι γὰρ εἰς τὸ **B**  
 φρούριον τῷ Ἀποκαύκῳ, οὐκ ἡμέλει κρύφα μηνῶν καὶ γράφων  
 ὁ πατριάρχης αὐτῷ, καὶ ἀνακαλούμενος, καὶ τὰς κατὰ τοῦ **Kαν-**  
 20 **τακουζηνού** συμβουλευῶν τε ἐπιβουλάς καὶ συμβουλευόμενος  
 ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἅμα τὰς τῆς βασιλίδος συχρὰ ὑπορύττων ἀκοὰς,  
 καὶ τὸν μὲν Καντακουζηνὸν διαβάλλων ἀεὶ, τὸν δ' Ἀπόκαυκον  
 μακροῖς τοῖς ἐπαίνοις ἐξαίρων. ῥᾶστα τοίνυν γυναικίαν ἐξαπατή-

5. τοῦτι em. Boiv. pro τοῦτοῦ.

mun, et cuiusquemodi pulmenta sale condita; denique omnium rerum, quae hominibus necessariae sunt, maximam copiam. Aquas etiam extrinsecus iuges per cuniculos introduxerat. De quo praetereuntem illac, antequam moreretur, imperatorem ferunt dixisse: „Ecce, emissa paene voce meas aures circumsonat castellum istud, ac praenunciat nobis delitescentem intus conditoris sui infidelitatem et perversum ingenium”: tum praecipisse Cantacuzeno, ut illam quidem arcem demoliretur, atque in fiscum referret pecunias illic reconditas et per scelus coacervatas; ipsum autem Apocaucum in custodiam daret et in vinculis haberet, ne arrepta tandem occasione procellam magnam excitaret, in imperium erupturam. Sed lenitate et clementia usus tum quoque Cantacuzenus non animadvertit, quantum sibi ipsi et urbibus malum asservaret. Postea igitur, cum illius suae imprudentiae nequicquam eum poeniteret, imperatorem ob haec duo ad astra tollebat. Sed necio quomodo argumenti varietate effectum est, ut eosque digrederemur. Redeamus itaque. (III.) Cum in illam arcem aufugisset Apocaucus, tum ei patriarcha clam singula indicare et per litteras significare haud cunctanter: hortari ut redeat: insidias Cantacuzeno ut struat monere, et ab eo moneri: simul imperatricis aures perpetuo pulsare, et Cantacuzenum quidem calumniari semper, Apocaucum vero maximis laudibus extollere. Sic muliebri

A. M. 6350 σας ἀπλόττητα, καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μεθαρμόσας βούλησιν,  
 Ind. 10 C πάντ' ἔδρα τὰ μελετώμενα. καὶ ἅμα τὸν μὲν Καντακουζηνὸν ἐν-  
 τίμως προπέμπει τοῦ Βυζαντίου, φρικωδεστάτοις τοῖς ὄρκοις  
 ἐμπεδώσας τὰς πρὸς αὐτὸν πλάσεις, καὶ ἐπαρασύμενος ἑαυτῷ  
 τὰς παλαμναιοτάτας ἀράς, εἰ μὴ στέργοι διαφερόντως ὁπόσω 5  
 αὐτῷ πρὸς βουλήσεως εἶη λέγεσθαι καὶ πράττεσθαι τῶν βασι-  
 λείων εἴνεκα πραγμάτων, καὶ εἰ μὴ μάχοιτο τοῖς αὐτῷ μαχομέ-  
 D νοις· τὸν δ' Ἀπόκαυκον εἰσκαλεῖται βασιλικῶς ἐνσεσημασμέναις  
 ἐπιστολαῖς, μάλα πολλὴν ὑπισχνουμέναις αὐτῷ τὴν τιμὴν καὶ  
 παντὸς ἀμνηστίαν ἐγκλήματος. (Δ.) Ἀπαίροντος τοίνυν ἐκ 10  
 Βυζαντίου εἰς τὰς Θρακίως πόλεις τῷ Καντακουζηνῷ, ὑπήν-  
 τησεν ἑξιῶν ὁ Ἀπόκαυκος τοῦ φρουρίου, καὶ ἀποβὰς τοῦ ἵππου  
 E προσεκύνησε, βασιλικὴν ἀπονεύμας αὐτῷ τὴν τιμὴν. τοῦτο γὰρ  
 καὶ πρό γε αὐτοῦ πεποιήκασιν ἕκοντι τούτῳ πάντες, ὅσοι γένους  
 εἴνεκα προσῆκον αὐτῷ, ὅσοι τε τῆς συγκλήτου λογύδες καὶ ὅσοι 15  
 τῶν μετ' ἐκείνους, εἴτε ὡς ἐπιτρόπῳ τῆς βασιλείας, εἴτε ὡς ἐπὶ  
 τῆς αὐτοῦ βουλήσεως ὀρῶντες ἐξηρημένον τὸ βασίλειον σκῆ-  
 πτρον, καὶ ὑποπτεύοντες ἐς τὴν ὑστεραίαν βασιλικοῖς ἐσταλμέ-  
 νον ὀφθήσεσθαι πιρασήμοις, εἰ βουλομένῳ γε εἶη αὐτῷ· πάντας  
 F γὰρ ὑπεπηχῆναι τῷ δέει, καὶ ὑπέλκειν ἴσα τούτῳ καὶ βασιλεῖ. 20  
 (E.) Συνηκολούθησε μέντοι ὁ Ἀπόκαυκος ἄχρι καὶ Σηλυβρίας  
 αὐτῷ, μάλα περιδεῆς τε καὶ μονονοῦ πρὸ ποδῶν ἰστάμενον  
 βλέπων τὸν κίνδυνον ἑαυτοῦ. συχνοὶ γὰρ οἱ τὸν Καντακουζηνὸν  
 ἐποτρύνοντες ἦσαν, συνειληφέναι τοῦτον, καὶ δέσμιον προπέμ-

simplicitate facillime decepta, et in sententiam suam adducta, cogitata omnia  
 exsequabatur. Atque ille eodem tempore Cantacuzenum honorifice extra  
 Byzantium prosequitur, postquam tremendis iuramentis praestitas ei cau-  
 tiones firmavit, funestissima sibi imprecatus, si potissima sibi non futura  
 essent, quaecumque ille ad imperii administrationem spectantia dici aut  
 fieri vellet, nec iis esset repugnaturus, qui illum oppugnaturi forent: Apo-  
 caucum vero accessit munitis sigillo imperatorio litteris, quae honores ei  
 maximos et omnis culpae impunitatem pollicebantur. (IV.) Cantacuzeno  
 itaque, cum excedens Byzantio ad urbes Thraciae proficisceretur, egres-  
 sus castello Apocancus occurrit, desiliensque ex equo adorat, atque ita ho-  
 nores ei imperatorios desert. Quos et ante hunc ei invito tribuebant alii  
 omnes, qui cognatione eum contingebant, quique inter senatores lectissimi  
 erant, ut et ii qui inferiorem gradum obtinebant: seu quod ille imperii  
 procurator foret, seu quod ab eius arbitrio acceptum pendere imperatorium  
 viderent, ac suspicarentur, eum imperatoris indutum insignibus conspectum  
 iri postridie, si collibitum esset; omnes enim metu prostratos esse, eique  
 perinde atque imperatori parere. (V.) Caeterum Apocancus Selybriam  
 usque eum prosequutus est, metu exanimis, et periculum ante pedes quasi  
 positum intuens. Erant enim plurimi qui Cantacuzenum hortarentur, ut  
 comprehenderet hominem, et vincitum deduceret Didymotichum. Non enim

φαι ἐς Διδυμότειχον. οὐ γὰρ ἐλάνθανεν, ὅσον ἐγερεῖ τὸν τῶν A. C. 1341  
 πραγμάτων καπνὸν, ἐληλυθὼς ἐς Βυζάντιον. ταῦτ' ἄρα καὶ ὡς <sup>Imp. Io. Pa-</sup>  
 ἐκ συμφώνου πάντες ἠνάγκασαν, ἕως ἐν χεροῖν ἔχοι τὸ θήραμα, P. 376  
 τὴν οὖσαν γαλήνην τοῖς δημοσίοις διατηρηῆσαι πράγμασιν. ὁ δὲ <sup>Iacol. 1</sup>  
 5 τὸ φιλάνθρωπόν τε καὶ ἰλαρὸν ἥκιστα μεταθεῖναι βουλόμενος  
 παρεκρούετο τὴν ἐκείνων παραίνεσιν. πάντα γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ  
 χειρὸς ἐξῆφθαι, καὶ πάντ' ἐκείθεν ἔλεγε διοικεῖσθαι, καὶ μὴ δύ-  
 νασθαι τελεσθῆναι μηδὲν, ὃ μὴ ἐκείθεν εἶη συνεγγνωσμένον· μὴ δ'  
 αὐ εἶναι τῶν ἀδυνάτων μηδὲν, ὃ μὴ ἐκείθεν εἶη ἀπεγνωσμένον.  
 10 **ί.** Οὕτω τοίνυν ἐκείθεν ἀπολυθεὶς ὁ Ἀπόκαυκος ὁμοῦ τε B  
 αὐτὸς ἤκεν ἐς τὸ Βυζάντιον, καὶ ὁ πατριάρχης ἰδὼν εὐθὺς με-  
 τεικέλευσεν ἑαυτοῦ καὶ δίαιταν, καὶ γλώτταν, καὶ γνώμην, καὶ  
 ἦθος ἐξ ἱεροῦ πρὸς τὸ δημοτικώτερον· καὶ ἄρας ἐξ ἱεροῦ τὴν  
 σκηπὴν ἐν τοῖς βασιλείοις καθάπαξ ἐπήξατο. ἔνθα παννύχιός τε  
 15 καὶ πανημέριος ἔξεν γε τῷ Ἀποκαύκῳ καθήμενος ἐπὶ τῆς βασιλι-  
 δος τοῖς δόλοισι οἷς ἔβόηον ἐπὶ φθορᾷ στήνηόρει καὶ αὐτὸς  
 Καντακουζηνοῦ, καὶ ὄλων δημοσίων συγχύσεων ἀνῶνρτε λαμ- C  
 πρὸς καὶ αὐτὸς τὰς πηγὰς. καὶ ἦν τὸ μὲν σχῆμα τῆς βακτηρίας  
 καὶ τοῦ ἐνδύματος ἱερὸς ὁ ἀνὴρ· τῇ δὲ γνώμῃ καὶ τοῖς ἔργοις  
 20 οὐδὲν νόμιμον. (B.) Καὶ πρῶτα μὲν ἑαυτὸν ἀντὶ βασιλέως κε-  
 χειροτόνηκεν αὐτοκράτορα· τὸν δ' Ἀπόκαυκον διοικητὴν καὶ ἀγο-  
 ρανόμον καὶ ἐπίτροπον Βυζαντίου τε καὶ τῶν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον  
 πόλεων ἅμα καὶ νήσων πασῶν, καὶ ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων δια- D  
 νομεία, καὶ ἐπὶ τούτοις δόγμα ἦν καὶ ψήφισμα κοινὸν ἐξ ἁμφοῖν,

obscurum erat, quantum ille in republica excitaturus esset incendium, sta-  
 tim atque Byzantium advenisset. Idcirco quasi ex composito omnes istum  
 compellebant, quamdiu praedam in manibus haberet, ut praesentem reipu-  
 blicae tranquillitatem conservaret. At ille, ne minimum quidem volens re-  
 cedere ab illa sua humanitate mitique ingenio, eorum reiciebat adhorta-  
 tionem. Omnia enim a manu Dei pendere, omnia ab illo dicitabat admini-  
 strari, nec posse perfici quidquam, quod non illi esset comprobatum, et  
 vicissim omnia posse perfici, quae ab illo non improbarentur.

10. Sic igitur dimissus inde Apocaucus Byzantium venit. Quem ubi  
 vidit patriarcha, statim et vitam et linguam et sententiam et mores trans-  
 tulit a sacris ad profana, temploque valere iussit, sedem in palatio semel  
 stabilem fixit. Ibi totas noctes et dies cum Apocauco Augustae assidens  
 dolis suffragabatur, quos illi in Cantacuzeni exitium noctebant, et publica-  
 rum barbarum fodiebat ipse quoque fontes luculentos. Ac vir ille baculo  
 quidem et vestimento tenuis sacerdotem sapiebat: animo autem et operibus  
 eius nihil moderati inerat, nihil iusti. (II.) Primo itaque dominum se omni-  
 um rerum vice imperatoris instituit: Apocaucum vero administrum et ae-  
 dilem et praefectum tam Byzantii, quam urbium insularumque omnium Byz-  
 antiae subditarum; dicesodorum denique ac tacendorum dispensatorem. Ad  
 haec lege et communi decreto, horrendis iuramentis subnixo, inter ambos

- A. M. 6850 ὄρκοις ἐρηρισμένον φοικώδεσι, μηδὲ μὴ ποτε Καντακουζηνὸν  
 Ind. 10 εἰσδέξασθαι, κἄν πᾶσαν ἢ μετάνοιαν ἐνδεδειχῶς, κἄν ἀγγέλων  
 μεστειῆ τις ἐξ οὐρανοῦ. (Γ.) Ταῦτα ἀμφοτέρων ἐδόκει τάπι-  
 τηδεύματα. ἦσαν δ' ὡς ἀληθῶς τῆς τοῦ Ἀποκαύκου δεινότητος.  
 ὠνειροπόλησε γὰρ εὐθὺς (ὡς εἴρηται) βασιλείαν, ἧς ἐκ πολλοῦ 5  
 Ἐσπερατικῶς ἐνεφύτευσεν ἕγχη τινὰ λογισμῶν τῇ ψυχῇ· κἀπειδὴ  
 ταῖς τῶν πάλαι βίβλων ἱστορίαις ἐνδιατρίβων ἦν τὰ μάλιστα, ἐς  
 μνήμην ἦκεν Ὀκταβίου Καίσαρος τοῦ Ἀγούστου, καὶ πρὸς  
 P. 877 ἐκείνον λεληθότως ἀνῆγε τὴν μίμησιν. καὶ γὰρ κἀκεῖνος, μετὰ  
 τὸ καθελεῖν τὸν τῆς ἡγεμονίας ἔφεδρον Ἀντώνιον ἕμα Κλεοπάτρα 10.  
 τῇ Αἰγυπτίᾳ, οὐκ ἄλλως ἐνόμισεν ἀννεψύθνος αὐτοκράτωρ τῆς  
 ὅλης ἀρχῆς καταστῆναι, ἢ τὸ τῆς βουλῆς συγκλητικὸν ἀξίωμα  
 συγκαθελῶν. ὅθεν συγγωρῶν ἐκείνοις τοῦλαττον ἐκαρπούτο τὸ  
 μείζον ἀεὶ. τὸ δὲ ἦν, αὐτοὺς μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ καθημένους τὰς  
 Βδικὰς ταῖς πόλεσι διανέμειν, καὶ τὰς γε τῶν ἐπιτροπῶν ἀρχαιρε- 15  
 σίας, ὥσπερ ἀπὸ δίφρου καὶ δυνάμειος ἀφθεντικῆς· αὐτὸν δὲ  
 τῶν τε ἡπειρωτικῶν καὶ ναυτικῶν δυνάμειων ἔχοντα τὴν ἡγεμο-  
 νίαν τοῖς ἔξω πολέμοις ἐνασχολεῖσθαι, καὶ διὰ τῆς ἑαυτοῦ  
 V. 306 ταλαιπωρίας τὸ ἀταλαιπωρον πανταχόθεν οἶον ὑπηρετικῶς περι-  
 ποιεῖν τῇ συγκλήτῳ καὶ τοῖς πολιτικοῖς πράγμασιν· οὐκ εἶδέναι 20  
 δυναμένων ἐκείνων, ὡς ὁ τῶν στρατιωτικῶν δυνάμειων ἐγκρατῆς  
 C ῥᾶστα τῶν ὄλων χειροῦται τὸ κράτος. (Δ.) Ταύτην οὖν ἐπι-  
 βούλως καὶ συνετῶς καὶ ὁ Ἀπόκανκος ἐληλυθὼς τὴν ὁδὸν, καὶ  
 τοὺς μὲν εὐγενεῖς ἅπαντας κατασκευασάμενος τὸ τῆς βουλῆς δῆ-

convenit, ne unquam reciperetur Cantacuzenus, quantumvis poenitentem se significaturus esset; ac ne quidem si aliquis de caelo Angelus interveniret. (III.) Ea videbantur utriusque esse instituta: revera autem isthaec ab Apocauci solertia proficisciebantur. Somniaverat enim statim, uti diximus, imperatoriam dignitatem, cuius pridem imagines quasdam ac velut semina animo infixerat. Et cum iam olim in veterum historiis versatissimus foret, in memoriam illi venerat Octavius Caesar Augustus, eumque imitandum sibi tacite proposuerat. Etenim ille sublato cum Cleopatra Aegyptia Antonio, insidiatore et imperii aemulo, non aliter putavit supremum omnium rerum dominum existiturum se esse, quam si senatoriam Curiae dignitatem evertisset. Quamobrem minima auctoritatis parte senatoribus concessa, maxima ipse semper fruebatur. Id autem erat, ut ii quidem Romae sedentes iura urbibus darent, et magistratus tanquam e solio publicaeque auctoritate legerent: ipse autem terrestribus ac navalibus copiis praefectus externis bellis occuparetur; et molestiis omnibus sibi uni susceptis, pararet undique, famuli instar, senatai ac reipublicae tranquillitatem: cum illi haud intelligerent, eum qui exercitibus praeesset, facillime posse usurpare dominatum omnium rerum. (IV.) Illam igitur viam Apocaucus insidiosae et caute ipse quoque ingressus effecit, ut omnes nobiles muneri senatorio administrando



θεν διοικεῖν ἀξίωμα, αὐτὸν δ' ἐν ὑψηρέτου σχήματι, μετὰ τῶν στρατιωτικῶν δυνάμεων ταῖς ἕξω μαχαῖς προσταλαιπωρούμενον κατὰ τε γῆν καὶ θάλασσαν, ἅπαν περιποιεῖν αὐτοῖς τὸ ἀθόρου-  
 5 βον, ἔλαθεν ὑποχειρούς ἅπαντας οὕτως ποιησάμενος· αὐτοὺς δὲ μὲν τοὺς γένει καὶ δόξῃ προὔχοντας εἰρκταῖς τισὶ ζοφεραῖς ἐγκλεί-  
 10 σας, καθάπερ ταῖς μάνδραις οἱ βουκόλοι τὰ θρέμματα· τοὺς δ' ὑπερορίους τῆς πατρίου ποιούμενος πόλειως. τοὺς γε μὴν περὶ τὴν βασιλίδαν πάντας καὶ πάσας χρήμασιν ἀδροτέροις περιελθὼν ἦγεν ἤδη καὶ ἔφερεν οὐ μόνον τὴν βασιλίδαν καθάπερ ἀνδράποδον,  
 15 ἀλλὰ καὶ αὐτὸν πατριάρχην, οὐ τοσοῦτον ταῖς θωπελαῖς ἔξαπα-  
 20 τώμενον, ὅσον ὑποπτήσονται τὸ ἐκείνου δραστήριον. ὅθεν οὐδὲν ἦν τῶν δρωμένων, ὃ μὴ τῆς αὐτοῦ βουλήσεως καὶ γλώττης ἤρητο. (E.) Εἰς τοῦτο τοίνυν τύχης τῶν βασιλικῶν ξυνεβόη-  
 25 κίων πραγμάτων, πάντ' ἔδρωοντο τὰ χαλεπώτατα. ὥσπερ γὰρ εἰ τὰς κλείς τῆς ἅνυ βασιλείας ὁ πατριάρχης ἐκέκτητο ἐν χεροῖν,  
 30 οὕτω βεβαίως ὑπισχεῖτο τὰς αἰωνίους ἀντιδόσεις καὶ ἄτδια τὰ τῶν πόνων ἔπαθλα, εἰ Καντακουζηνὸν ἀνέλοι τις φαρμάκοις δη-  
 35 λητηρίοις, ἢ δολεραῖς τισὶν ἐπιορκταῖς καὶ γοηταῖς δαιμονικαῖς, ἢ ὅτῳ ἄν δυνηθεῖ τρόπῳ. ὃ δὲ τῶν τε ἐν Βυζαντίῳ καὶ πάσῃ πό-  
 40 λει τοῦ Καντακουζηνοῦ φίλων καὶ συγγενῶν τοὺς ἰσχύοντας ἐν Καρὸς ἐτίθετο μόλρα, καὶ βασιλικῶς ἐνσησημασμένας ἐπιστολάς διέπεμπε, τὸν μὲν Καντακουζηνὸν τῆς ἐπιτροπῆς τῶν βασιλικῶν καθαιρούσας πραγμάτων καὶ ἄργον ἐν Διδυμοτείχῳ καθῆσθαι

## 15. εἰ Βοῖν. pro εἰς.

vacarent, ipso autem exercitiibus praeficeretur; quo scilicet velut famulus, externis bellis terra marique conflictatus, omni sollicitudine illos levaret. Ea ratione universos potestati suae nec opinantes subiecit; cum ipso illos, qui genere et fortunae splendore eminebant, carceribus quibusdam obscuris includeret, quemadmodum stabulis pecora bubulci solent, alios autem patria urbe exulare cogeret. Iis certe omnibus, qui circa Augustam seu viri seu foeminae essent, multa pecunia circumventis, regebat iam possidebatque ut mancipium non Augustam solum, sed et ipsum patriarcham, non tam adulationibus deceptum, quam illius facinorosam strenuitatem veritum. Itaque nihil gerebatur, quod non ab illius et voluntate et voce penderet. (V.) Cum igitur in eum statum imperii administratio devenisset, summa cum acerbitate omnia agebantur. Nam patriarcha, quasi caelestis regni claves in manibus haberet, perpetuam mercedem et praemia laborum sempiterna affirmate pollicebatur ei, qui Cantacuzenum sustulisset, seu mortiferis venenis, seu arcanis devotionibus diabolicisque praestigiis, seu quocumque alio modo posset. Idem amicos cognatosque Cantacuzeni, quotquot seu Byzantii seu in aliis urbibus auctoritate pollebant, contemptissimos habebat, et litteras sigille imperatorio obsegnatas emittebat, quae Cantacuzeno quidem imperii administratione interdicerent, et sedere Didymotichi otiosum tanquam in

A. M. 6850 καθάπερ δεσμώτην διακελευομένης· τὸν δ' αὐτῷ προσανέχοντα  
 Ind. 10 στρατὸν τὴν ταχίστην ἐπανακἀμψαι πρὸς τὸ Βυζάντιον.  
 P. 378

B ia'. Οἱ μὲν οὖν ἐν Βυζαντίῳ λογάδες τῶν τοῦ Καντακουζην-  
 οῦ φίλων καὶ συγγενῶν, καὶ σὺν αὐτοῖς ἔνιοι τῶν ἄλλως προση-  
 κόντων, δέσαντες μὴ κατ' ἄνδρα συλλαμβανόμενοι τῆς ἑαυτῶν<sup>5</sup>

V. 307 ἀνδρίας ἀνάξια πάθωσι, συναδρῶσονται τε πρὸς ἐνός τινος οἴ-  
 κον καὶ κοινολογησάμενοι πρεσβεύονται πρὸς τε τὸν πατριάρχην  
 καὶ τὸν Ἀπόκαυκον περὶ τοῦ μὴ παθεῖν τι τῶν φημιζομένων  
 Cδεινῶν· μηδὲ γὰρ ἂν ἀνέξοσθαι παραλόγως οὕτωσί πως ἀγεννές  
 τι πρὶν δρᾶσαι παθεῖν· τοὺς δ' ἀποκρίνασθαι μὲν οὐδὲν πρὸς<sup>10</sup>  
 αὐτούς· πέμψαντας δ' ἀνὰ πᾶν τὸ Βυζάντιον ἀνασεῖσαι τὸν  
 ὄχλον διὰ τῶν δημάρχων, καὶ ἀναφλέξαι τὴν ἄλογον καὶ ἀτα-  
 μειυτον τοῦ δήμου φορὰν κατ' αὐτῶν τόξοις, καὶ ξίφεσι, καὶ  
 χειροπληθῆσι χειρμαδίοις τοῖς προστυχοῦσι. (B.) Τοῦτο δὴ παρὰ  
 D πᾶσαν ἐλπίδα βλέποντες ἐκείνοι, τοῦ πλήθους ἤδη συρρόοντος<sup>15</sup>  
 ἐπ' αὐτοὺς κατὰ ποταμοὺς καὶ σμήνη μελισσῶν καὶ χιμῆρια  
 πελάγους κύματα, δραμόντες ἀνεμόχλευσαν μιαν εὐθὺς τῶν  
 ἐκ πολλοῦ κεκλεισμένων τοῦ τείχους πυλῶν· κᾶκεῖθεν ἐξιόντες  
 ᾤχοντο ἅπαντες ἀβλαβεῖς, καὶ ὑπὲρ ἐξήκοντά που τὸν ἀριθμὸν  
 ὑπάρχοντες. τὴν μὲν οὖν ἐσπέραν ἐκείνην, καὶ ἅμα τὴν ἐφεξῆς<sup>20</sup>  
 ἡμέραν ἄχρι δελης ὄψιας, ἐν ἐνί τινι χώρῳ τῶν τοῦ Βυζαντίου  
 Eηϋλλίσαντο προαστείων, περιμένοντες ἴσως ἐκ Βυζαντίου πρᾶϊόν  
 τινα καὶ πρὸς εἰρήνην βλέποντα λόγον. ἐπεὶ δὲ τὴν τε τῶν οἰκιῶν  
 αἰφνίδιον καθάρσειν σφῶν ἠκηκόεσαν, καὶ ἀπυγῶγην καὶ δῆ-

carcere iuberent; exercitum autem, quem ille sibi habebat addictum, quam celerrime Byzantium regredi imperarent.

11. Amici itaque cognatique, quos Cantacuzenus lectissimos Byzantii habebat, et cum his nonnulli eorum qui alia necessitudinae eum attingebant, metuentes, ne singuli comprehensi fortibus viris indigna paterentur, conveniunt in unius cuiusdam aedes. Ibi colloquuntur inter se, missaque ad patriarcham et Apocaucum legatione postulant, ne eorum malorum, quae fama iam nunciaverit, ullum sibi inferatur: nec enim eos esse se, qui citra ullam rationem indignum aliquid, antequam fecerint, passuri sint. At illi nil eis respondere: sed mandata per totum Byzantium mittere: plebem per tribunos incitare: caecum atque effraenem vulgi impetum incendere telis, gladiis, ac missilibus lapidibus. (II.) Quod cum isti praeter spem omnem intuerentur, multitudinem torrentis instar, apumve examinibus, aut hibernorum pelagi fluctibus, iam confluentibus, cucurrere ad unam ex murorum portis iam pridem clausis, eaque statim reserata egressi omnes incolumes inde evaserunt, viri opinor plus quam sexaginta. Noctem itaque illam, ac diem sequentem ad vesperam usque, in suburbano quodam praedio manserunt; fortasse expectantes, quoad benignus aliquis et pacis auctor nuncius ex Urbe afferretur. Postquam autem et domorum suarum subitam eversionem resciverunt, direptionemque et publicationem rei familiaris, omnia denique

μεισιν τῶν οἰκείων, καὶ πάντα δήπου τὰ τῶν ἐλπίδων ἐναντιώ- A. C. 1341  
 τατα, ἄραυτες ἐκεῖθεν πλήρεσι ταῖς ἡνίαις ἀφικνοῦνται ἐς Δι- Imp. Ho. Pa-  
 δμοῦτεχον, πλεῖστα τὸ παράλογον τῆς σφῶν αὐτῶν θαυμάζον- laeol. 1  
 τές τε καὶ ὀδυρόμενοι συμφορᾶς. ὡς δὲ ταῦτα ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι  
 5 τὸν Καντακουζηνὸν, περιαλγῆσαι τε τὴν ψυχὴν καὶ δακρῶν  
 γενέσθαι ἐγγὺς, καὶ τρικυμίαν ἐξ ἀπορίας μακρὰν ἀναλαβεῖν λο- P. 879  
 γισμῶν, ἐκπληττόμενον τὴν ἀτοπίαν τοῦ πράγματος. (Γ.) Οὐπω  
 τὸ πρῶτον ἠρέμησε κῆμα, καὶ δεύτερον ἀνεβρόγγη τοῦ προτέρου  
 πολλῶ χαλεπώτερον. ἦκε γάρ τις ἐς τὴν ὑστεραίαν ἀγγέλλων τὴν  
 10 τε τῆς μητρὸς ἄτιμον ἀάθειρξεν καὶ τὴν τῶν οἰκῶν αὐτῆς κα-  
 θάρσειν, καὶ τὴν τῆς περιουσίας ἀπάσης δήμευσιν· καὶ ὡς πολ- B  
 λοι τῶν γνησίων, ἀνακρινόμενοι καθ' ἡμέραν καὶ ἀπαιτούμενοι  
 τὰ ἐκείνης χρήματα, πῦσαν ἰδέαν ὑπομένουσι πόνων. οὐδὲν οὖν  
 θαυμαστὸν, εἰ πρὸς τὴν τοιαύτην συμφορὰν οὐκ ἀπέβρόγγη τὴν  
 15 ψυχὴν, οὐδ' ἐξέστη τοὺς λογισμοὺς ἐκεῖνος, ἀλλὰ πάνυ θαυμα-  
 σιώτερον, πῶς παιδείαν εἶναι κυρίου ταῦτα ξυγνεοηκῶς ἐπα-  
 πεδύσατο πρὸς τοὺς τῆς καρτερίας δούλους, καὶ διετέλεσε τοῖς  
 ὄλοις δεινοῖς ὡς ἀδάμας ἐγκαρτερῶν. ὁ γὰρ καιρὸς ἄλλα ἐπ' ἄλ- C  
 λους ἡμέρα ἐφ' ἡμέρα ἐπήντηι τὰ τῶν δεινῶν κύματα. (Δ.) Οὐπω  
 20 συχναὶ παρῆλθον ἡμέραι, καὶ ἦκέ τις ἐκ Βυζαντίου φέρων αὐτῶ  
 βασιλικῶς ἐνσεσημασμένα γράμματα, αὐτὸν μὲν οἶκοι καθήμε-  
 νον ἠρεμεῖν ἐπιτάττοντα, καὶ μὴδ' ὄτιοῦν ἐνεργεῖν τοῦ λοιποῦ  
 τῶν βασιλικῶν· τοὺς δὲ στρατιώτας ἐς Βυζάντιον τὴν ταχίστην  
 ἐπανέναι. κἄπειτα ἐφοίτων ἕτεραι ἀγγέλαι, φάσκουσαι τὴν D

desperatissima, laevis inde habentis avehuntur, et Didymotichum perveniunt,  
 mirantes plurimum et casus illius sui insolentiam conquirentes. Quae simul  
 Cantacuzenus vidit atque audivit, dolorem animo cepit acerbissimum, nec  
 longe a lacrymis abfuit, et rei novitate percussus, maximos curarum ae-  
 stas ex consilii inopia concepit. (III.) Nondum primus ille resederat flu-  
 ctus, cum alter erupit multo violentior. Venit enim quidam postridie nun-  
 cians, matrem in carcerem indigne coniectam esse: domum eiusdem excisam:  
 universas facultates publicatas: a multis necessariorum per omne tormen-  
 torum genus quotidie exprimi et exigi quas ea habuisset pecunias. Non  
 mirum igitur, quod tali calamitate accepta vitam is non abruperit, nec  
 mente emota sui ipsius compos esse desierit. Sed multo admirabilius, quod  
 castigationem illam divinitus inmissam intelligens cum fortissimis quibus-  
 que in certamen patientiae descenderit, et rebus quantumlibet adversis  
 steterit adamantis instar firmissimus. Tempore enim procedente alii ex  
 aliis calamitatum fluctus in dies superveniebant. (IV.) Non multi ex eo  
 dies effluerant, cum ecce quidam Byzantio veniens litteras affert sigillo  
 imperatorie munitas, quibus ipse quidem domi sedere et ab imperii admi-  
 nistratione in posterum penitus se abstinere, exercitus vero quam celerrime  
 Byzantium redire iubebatur. Tum alii statim nuncii advolabant; adempta

- A. M. 6850 ἀφαιρέσιν καὶ διανομὴν τῶν αὐτοῦ χωρίων πρὸς βαναύσους ἀν-  
 Ind. 10 θρώπους καὶ ἀγοραίους, καὶ ὅσοι τῶν συγκλήδων τὴν γλώσσαν  
 θρασεῖαν ἐξώπλισαν μάλιστα κατ' ἐκείνου. ἄλλα γὰρ καὶ βρα-  
 βεία προὔτιθεντο μὴ τὰ ἐκείνου χωρία μόνον τοῖς ὅσοι πλείους  
 καὶ μέλους ἐξήντηλον κατ' ἐκείνου τὰς λοιδορίας, ἀλλὰ καὶ τι-5  
 V. 908 μαὶ καὶ δόξαι καὶ προβιβασμοὶ γερωῶν, κἄν ἄλιεύς τις ἦν, κἄν  
 Εὐαγόρου καὶ σκαπάνης ἀπόζων ὁ πρὸς τοιαύτας ἐξασκῶν λοιδορίας  
 τὴν γλώτταν. (E.) Ταῦθ' ὄρων καὶ ἀκούων ἐκείνος νῦν μὲν  
 ἐνεκαρτέρει τῇ συνήθει πραύτητι, καὶ ταύτης τροφίμου καὶ ἡλι-  
 κιώτιδος οὔσης προδότης ἐκ τοῦ ῥήστου γενέσθαι οὐκ εἶχε· νῦν 10  
 δ' ἐσχίετο τὴν διάνοιαν, καὶ τοὺς λογισμοὺς περὶ γε τὸ ποιητέον  
 ἐταλαντεύετο. οὐ γὰρ ἑώρα τὴν ἡσυχίαν ἀκίνδυνον, οὐθ' ἑαυτῷ,  
 οὔτε τῷ τοῦ βασιλέως νιῶ Ἰωάννη τῷ Παλαιολόγῳ, οὔτε τοῖς  
 Φίεῖς αὐτὸν συνδραμοῦσιν εὐγενέσιν ἀνδράσιν ἐκ Βυζαντίου. ἤδη  
 γὰρ κάκεινοι πολὺν μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ τρέφοντες ἐξ ἧν ἐπεπόνθει- 15  
 σαν τὸν θυμὸν, δεδιότες δ' ἔτι μᾶλλον καὶ ἐς τὸ μέλλον περὶ τὸ  
 ζῆν, προφανῆ τὴν σφαγὴν ἐπέσειον αὐτῷ, εἰ μὴ βασιλικῶς ὑπὸ  
 σφῶν ἀναγορευθεῖη. αὐτοῦ γὰρ μὴ τοῦτο θελήσαντος, ἕτερον  
 ἐξ αὐτῶν παρεσκευάσθαι πρὸς τοῦτο. μηδὲ γὰρ εἶναι τούτου χω-  
 P. 380 ρίς εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων σωτηρίαν ἀνυσιμώτερον ἕτερον τῶν 20  
 ἀπάντων πρῶγμα καὶ διανόημα. (ς.) Εἰς δὴ τοιοῦτους χειμῶ-  
 νας θορόβων καὶ περιστάσεων ἐμπεπτωκότε τῷ Καντακουζηνῷ  
 ὁμως οὐδ' οὕτως ἐνδοῦναι νενόμισται πρότερον δεῖν, πρὶν ἐς  
 Βυζάντιον ἀπάσῃ πεπομφότε σπουδῇ πρὸς ἀνάμνησιν αἰθίς

2. *σνηλύδων conii. Boiv.*

ei sua praedia, divisaque esse operariis et circumforaneis hominibus, ac si qui alii de colluvie plebeia audacem adversus eum linguam maxime exacuisent. His enim, qui plura et graviora in eum maledicta congessissent, mercedes proponebantur ac praemia; non solum praedia istius; sed et honores et dignitates, et aditus ad munera, etsi piscator esset, etsi merum rus ligonemque ipsum redoleret is, qui linguam in eiumodi convitiis exercitissimam haberet. (V.) Haec ille cum et videret et audiret, modo in lenitate sua constans perseverabat, eamque utpote alumnam et aequalem suam non poterat facile prodere: modo trahebat animum in diversa secumque expendebat, quidnam factu optimum foret. Quiescere enim nec tutum sibi videbat esse, nec imperatoris filio Ioanni Palaeologo, nec nobilitati, quae Byzantio egressa ad se confluerat. Iam enim et nobiles illi, iram amentis animo gravissimam ob iniuriam qua affecti fuerant, ac magis adhuc de vita sua in futurum solliciti, mortem ei praesentem intentabant, nisi a se salutareretur imperator. Eo quippe detrectante, praesto ad eam rem futurum aliquem ex ipsis: neque vero aliud rei consilii esse ad salutem Romanorum efficacius, quam quod meditentur. (VI.) In talibus turbarum ac prementium undique negotiorum tempestatibus versabatur Cantacuzenus. Sed ne sic quidem cedendum existimavit, nisi legatis quam celerrime By-

Ἄνναν κομίσει τὴν βασιλῖδα τῶν τε τοῦ βασιλέως συνθηκῶν ἐκε- A. C. 1341  
 των, καὶ ὅσα θανόντος ἐκείνου πέπραχεν αὐτῇ ξὺν γε τῶν ἀμφ<sup>Imp. Io. Pa-</sup>  
 αὐτὴν εὐγενῶν ὀρκωμοτήρια, φόβου καὶ φρίκης μεστὰ, τῶν B  
 ὁμοίων ἐχόμενα καταστάσειν. ἀλλὰ καὶ οὕτω τοῦ πράγματος  
 5 γενομένου ἤνυσται πλέον αὐτῷ γε οὐδέν, ἢ βλασφημίας καὶ  
 ὅλας ἀμάξας ἔβρεων ἐκείνον ἀλλάξασθαι τῆς πρώτης.

ιβ'. Ταῦτ' ἄρα καὶ βιασθεὶς τὰ τῆς βασιλείας περιζώννεται C  
 σύμβολα, οὐ τοῦτο βουλόμενος, ὡς ἔλεγεν, οὐδὲ προθεσμίαν  
 τινὰ πάλοι μελετηθεῖσαν ψυχῆς τελῶν. ἀλλ' ὥσπερ οἱ τὸν ἐκ με-  
 10 γάλου πελάγους ῥέοντα φεύγοντες κλύδωνα τοῖς λιμέσιν ὀρμίζειν  
 τὰς ὀκνάδας ἐπιέχονται, οὕτω καὶ αὐτὸς, διαφυγεῖν οὐ δυνά-  
 μενος τὸν περιστάνα βαιὸν κίνδυνον ἄλλως, ὡς εἰς λιμένα τινὰ  
 τὴν βασιλικὴν κατέφυγε πορφύραν· οἶμαι τοῦ Θεοῦ περαινόντος D  
 ἔργον πάλοι προωρισμένον, καὶ βρέφους αὐτῷ συμβόλοις οὐ  
 15 πάνυ τυφλοῖς καὶ ἀσαφέσι προαναφρονούμενον, κἄν αὐτὸς ἐδει-  
 λια πρὸς τὴν ἔγχειρσιν, μυστήρια Θεοῦ γινώσκων οὐ μᾶλα θυ- V. 309  
 νύμενος. Ἴνα δ' ἐκ πολλῶν ἐνίων μνησθῶμεν, πρῶτον μὲν ἦν\*\*\*.  
 (B.) Ἡμέρα δ' ἦν, καθ' ἣν τὰ τῆς βασιλείας περιεζώσατο σύμ- E  
 βολα, ἐν ἣ τὰ τῆς μνήμης ἤγετο Δημητρίου τοῦ Θεοῦ μάρτυ-  
 20 ρος. προστάττει δ' ἀναγορεύεσθαι τελευταῖον τοῦτον ὁμοῦ τῆ P. 381  
 συζῆτι βασιλικῶς, μετὰ γε τὴν τῆς βασιλίδος Ἄννης ἐδημιαν  
 καὶ τοῦ ταύτης υἱοῦ βασιλέως Ἰωάννου. ἐμνήμητο γὰρ αἰετῆς  
 τοῦ θανόντος βασιλέως φιλίας, καὶ τῶν ἐκείνου περὶ τῆς βασι-

17. In mg. apographi Par. annotatum, *λαίκει τοῦλάχιστον στοιχεῖα ιγ.*

zantium missis imperatricem Annam prius commonefaceret mandatorum il-  
 lorum imperatoris, omniumque pactionum, quas eo mortuo ad similem re-  
 publicae statum constituendum spectantes, terribilibus tremendisque execra-  
 tionibus ipsa firmaverat. Sed neque sic agendo plus effecit, quam ut plena  
 covitiorum plaustra lenitatis suae praemia haberet.

12. Quamobrem coactus ille insignia induit imperatoria. Id autem (ut  
 ipse aiebat) nec volens fecit, nec eo ut rem animo fixam et longo ante  
 meditatam exsequeretur. Sed velut ii, qui fluctum fugiant ab alto decur-  
 rentem, naves suas ad portum appellere omni festinatione properant, ita  
 et ipse cum effugere aliter hand posset circumstantis periculi vim, ad pur-  
 puram imperatoriam tanquam ad portum confugit: Deo, opinor, pridem  
 destinatum opus, et isti adhuc infanti non caecis aut obscuris signis prae-  
 nunciatum, perficente; quamvis hic aggredi reformidaret, impar videlicet  
 percipienda divinae sapientiae arcanis. Atque ut quaedam ex multis com-  
 memoremus, primum quidem erat\*\*\* (II.) Qua autem die ille imperii  
 insignia induit, eadem Divi Demetrii Martyris memoria celebrabatur. Iubet  
 autem non prius renunciari se imperatorem cum coniuge, quam imperatrici  
 Annae Ioannique imperatori eius filio sit acclamatum. Recordabatur enim  
 semper defuncti imperatoris amicitiam, et illius de imperio mandata hand

A. M. 6850 *λείας συνθηκῶν ἐκλαθέσθαι οὐ μῦλα ἐβούλετο· ἀλλ' ὡς ἐκείνον*  
 Ind. 10 *τοὺς ἐκείνου προὔτιθει. πρόγον γὰρ ἔλεγεν ἑαυτὸν πρὸς ἐκείνου*  
*τοῦ βασιλέως ὑποδομῆσθαι πρὸς ἀσφάλειαν τῆς τοῦ παιδὸς βασι-*  
*Βλείας· παρὰ τοσοῦτον οὖν εἶναι τῷ παιδί τὰ τῆς ἀσφαλείας ἀκίν-*  
*δυνά τε καὶ βεβαιότερα, παρόσον αὐτὸν ἰσχυρότερον. (Γ.) Ὅθεν*  
*καὶ μετὰ τρίτην αὔθις ἡμέραν ἤμειψε τὴν ἐσθῆτα, διὰ τὴν τοῦ*  
*θανόντος βασιλέως ἐντάφιον λύπην, ἐκ τῆς πορφύρας ἐς τὸ λευ-*  
*κόν, ὡς εἶδιστο τοὺς βασιλέας περὶ τὰς λύπας αἰε ποιεῖν· καὶ*  
*διήρκεσεν ἐκείθεν λευκοῖς ἐνδύμασι χρώμενος, ἕως καὶ τὴν βασι-*  
 C *λίδα πόλιν ἔλάν αὐτοκράτωρ ἀναμφισβήτητος ἐγεγόνει τῆς ὅλης 10*  
*Ῥωμαίων ἀρχῆς. κάμοι τὴν αἰτίαν διαποροῦντι τριῶν ἔνεκα*  
*ποιεῖν ἀπεκρίνατο τοῦτο· πρῶτον μὲν τῷ φίλῳ βασιλεῖ τελευτή-*  
*σαντι δίκαιον ἐκτιννὸς ὄφλημα· δεύτερον διὰ τὴν κατόπιν ἐπι-*  
*δραμοῦσαν τῆς μητρὸς τελευτήν· καὶ τρίτον, ἐπειδὴ τοὺς οὖν*  
*αὐτῷ μακρὸν ὑπομένοντας ἑώρα τὸν κίνδυνον μετὰ τῆς τῶν ἀναγ-*  
 15 *κάλων ἐνδείας, δεῖν ἔκρινε τὴν πολυτελεῆ τῶν βασιλικῶν ἐνδυμά-*  
 D *των δαπάνην ἐκείνοις μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ ἀναλοῦν. ἀλλὰ γὰρ αὐτὸς*  
*μὲν ἑξαπίνης ἐντυχῶν βίαιῳ καὶ ἀνταγωνιστῇ τῷ καιρῷ καὶ τοῖς*  
*πράγμασιν οὕτω τὰ κατ' αὐτὸν τε διωκῆσατο καὶ ταῖς τοῦ*  
*θανόντος βασιλέως συνθήκαις καθόσον ἐφικτὸν διετήρησε τὴν 20*  
 A *αἰδῶ. (Δ.) Ἡ δ' ὁμόψυχος ξυνωρὶς ἐκείνη, ἀκούσασα τὴν*  
 E *τῶν βασιλικῶν παρασῆμων ἐκείνου περιβολὴν, ἀνεπήδησέ τε ὑφ'*  
 ἡδονῆς καὶ, μεμνηότων ὡσπερ μεμησαμένη διᾶδσειν, πρὸς τερα-

5. βεβαιώταρα em. Boiv. pro ἀβεβαιώταρα.

facile obliviscebatur. Immo ut illi, ita et ipsius necessarii primas tribuebat. Propugnaculum enim aiebat se ab imperatore aedificatum ad conservandum imperium eius filio; cui proinde tanto tutius ac stabilius futurum esset imperium, quanto ipse potentior esset existiturus. (III.) Itaque et vestem, quae purpurea erat, in albam, propter aegritudinem ex defuncti imperatoris morte, post tertiam statim diem mutavit (qui mos ab imperatoribus semper observatus in luctu) et vestibus ab eo tempore albis constantissime usus est, donec regina urbe capta totius Romanae ditionis princeps nemine adversante evasit. Cuius rei causam sciscitanti mihi respondit, se id triplici de causa factitasse: primum quidem, ut defuncto imperatori amico suo iusta persolveret: deinde propter matris suae mortem, quae postmodum incidit: tertio denique, quod eos, qui secum erant, videret rerum necessarium penuria laborantes, in maximis periculis versari, adeoque satius duceret magnificum vestis imperatoriae sumptum impendere in illorum usus, quam sibi reservare. Sed enim ipse, cum offendisset statim violenta adversaque tempora ac negotia, ita et suis rebus consuluit, et defuncti imperatoris mandata, qua maxima potuit reverentia, prosecutus est. (IV.) At unanimes illi ac paene gemelli, ubi istum accipere insignibus imperatoris ornasse se, exsiliunt prae voluptate, et furentium quasi ritum

τῶδῃ βαρχεῖαν ἐκίνει τὰ ἤθη. ἀφορμὴν γὰρ εἰληφνῖα τὸ πρῶγμα, A. C. 1341  
Imp. Io. Pa-  
laeol. 1  
 καὶ δικαίωμα μέγιστον εἰς τὸ φανερῶς ἀμύνεσθαι, καὶ τὰ πάλαι  
 τῆς ψυχῆς ἀπόρρητα ἀβήρωστήματα παρῆρσιαζομένη καὶ ἀκρατῶς  
 ἐχούσῃ τῇ γλώττῃ ἐς τὰς τῶν ὄλων ἐπαντλεῖν ἀκοὰς, καὶ δι-  
 5 καιοῦν μὲν ἑαυτοὺς ὀρθῶς σκοπομένους ἐκ πολλοῦ τὴν ἐκείνων  
 δηλαδὴ κακίαν, ἐν σπαργύνοις ἔτι καὶ γάλαξι κροφορομένην<sup>F</sup>  
 (μύρτυρα γὰρ εἶναι καὶ κήρυκα διαπρύσιον τῶν προτέρων στοχα-  
 σμῶν τὸ νῦν πεπραγμένον, πρὸς ἐντελῆ τινα προερχθὲν τὸν τό-  
 κον ὀψέ) ἀνευδοκίως ἤδη καὶ ἀπαρακαλέπτως πρὸς ἄσπονδον  
 10 καὶ ἀκήρυκτον ἐκίνησε τὰ πράγματα μάχην. (E.) Καὶ ἦν ἰδεῖν  
 εἰς δύο μοίρας σχισθὲν τὸ τῶν Ῥωμαίων γένος ἦσαν κατὰ πῦσαν  
 πόλιν καὶ χώραν· εἰς τε τὸ συνετὸν καὶ ἀσύνετον· εἰς τε τὸ  
 15 πλούτῳ καὶ δόξῃ διαφέρον καὶ τὸ ἐνδεές· εἰς τε τὸ παιδείας  
 εὐγενοῦς τρόφμον καὶ τὸ πάσης παιδείας παντιλῶς ὑπερόριον·  
 20 εἰς τε τὸ ἔμφρον καὶ τεταγμένον καὶ τὸ ἄφρον καὶ στασιῶδες  
 καὶ αἰμοχαρές· καὶ τὰ μὲν βελτίω πάντα πρὸς ἐκείνον μετεβῆθη-  
 V.310  
 κότα· τὰ δὲ χείρω πάντα πρὸς τοὺς ἐν Βυζαντίῳ. οἱ γὰρ γένει  
 καὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ τῶν πολλῶν ὑπερέχοντες, οἴκους ἀφέντες<sup>B</sup>  
 καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας, εἰς ἐκείνον ὄλη προθέσει ψυχῆς ἐβρόη-  
 20 σαν, καὶ αὐτῶν δὴ τῶν φιλότατων τὴν ὑπερόριον προελόμενοι  
 δίαταν, καὶ βέλτιον ἠγησάμενοι σὺν ἐκείνῳ δυστυχεῖν, ἢ μετὰ  
 τούτων τρυφῆν· οἴμαι τὸ τοῦ Ἀναχάρσιδος λέγοντες, ὡς κρείσ-  
 σον ἕνα φίλον κεκτησθαι πολλῶν ἄξιον, ἢ πολλοὺς ἄξιους μη-

aemulantes ad bacchandum insolenter vertuntur. Eam enim occasionem  
 nacti ac rationem palam obsistendi maximam, liberrimaque et incontinenti  
 lingua omnium auribus obtrudendi morbum animi veterem atque arcanum,  
 commendantique se, quod pridem istius improbitatem perspexissent, in  
 canis, in utero adhuc delitescentem et quasi lactentem (testem enim  
 prioribus coniecturis ac praeconem vere vocalem accessisse id, quod no-  
 vissime actum et in lucem perfecto partu tandem aliquando editum foret)  
 iam nec dubie nec latenter implacabilis internecinique belli auctores existe-  
 bant. (V.) Ac tunc scissum in duas partes videre erat per omnes et  
 urbes et provincias omne Romanum genus, et hinc quidem sapientio-  
 res, inde insipientes stare: hinc homines opibus et dignitate eminentes,  
 inde egenos: hinc liberalis disciplinae alumnos, inde alienos ab omni  
 disciplina; hinc denique eos qui sani ac moderati essent, illinc eos qui  
 insanirent seditionibusque et sanguine gauderent: et optimos quidem  
 quosque isti suffragantes; pessimos autem omnes Byzantinis. Qui enim  
 genere, opibus, et dignitate reliquos anteibant, ii relictis focis, coniugibus,  
 liberis, ad istum omni studio convolabant, vitam iucundissimis rebus cari-  
 turam eligentes, et cum isto pati iniqua satius ducentes, quam cum illis  
 vivere delicate: illud, puto, Anacharsidis usurpantes, melius esse unum  
 habere amicum multi aestimandum, quam nullius pretii multos. (VI.) Oc-

- A. M. 6850 δένος. (ε΄.) Ὑλην τοίνυν εὐρόντες, ἣν πάλαι ποθοῦντες ἐτύγ-  
 Ind. 10 **Χανον**, φακέλλους γραμμύτων διέπεμπον οἱ Βυζάντιοι πρόεδροι  
 κατὰ πῦσαν ἐπαρχίαν καὶ πόλιν, ἀνάθεμα καὶ ἀφορισμοῦς  
 περιέχοντα πάντων, ὅσοι φίλοι θέλουσιν εἶναι τοῦ Καντακουζην-  
 οῦ· καὶ ἅμα πᾶν τό,τε δημοτικὸν ἐρεθίζοντα κατὰ τῶν πλου-  
 σίων καὶ τὸν βίανασσον ὄχλον κατὰ τῶν δόξῃ καὶ γένει προ-  
 χόντων· ἵνα τῶν οὕτως ἐχόντων ἐκ μέσου γενομένων, εὐχερῶς  
**D** αὐτοὶ τῆς ἀρχῆς ἐγκρατεῖς καταστῶσι, μηδὲν ὄθεν οὖν ἀντίπαλον  
 ἐφορώμενοι. καὶ μέντοι καὶ γέγονεν ἐντεῦθεν μεγίστη καὶ πολυει-  
 δῆς φθορὰ πανταχῇ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐν βραχεῖ πραγμάτων, οἷαν 10  
 οὐδεὶς ἐν βραχεῖ παραστήσαι δύναται λόγος. (Ζ.) Ὁ μὲν οὖν  
 Καντακουζηνὸς οὐδὲν ἐπιδείξασθαι θάρσος ἐβούλετο, οὐδ' ἐπε-  
 χεῖρει πρὸς οὐδὲν τῶν ἀπάντων σπουδῆς ἄξιον, οἷα φιλοῦσι ποιεῖν  
 οἱ τοιοῦτοις ἐγχειροῦντες καὶ πρὸς τοιαῦτα πελάγη συναλαθόντες·  
**E** ἀλλ' ἔμενον ἡσυχος μετὰ τῆς ἐπομένης αὐτῷ στρατιᾶς. εἶχε γὰρ 15  
 ὀπλίτας, τῶν μὲν λίαν ἀρίστον καὶ ῥώμῃ σώματος καὶ ψυχῆς  
 ἀνδρεία καὶ πείρα διαφερόντων, ἄχρι καὶ ἐς διασχίλους ἰππέας·  
 οἳ καὶ τὸ σὺν αὐτῷ θανεῖν πολλῷ τιμιώτερον ἦσαν ἠγούμενοι,  
 ἢ πλὴν αὐτοῦ ζῆν ἄχρι μιᾶς τινος τῆς ἡμέρας. οἱ μὲν οὖν λογάδες  
**F** τοιοῦτοι καὶ τοσοῦτοι τὸν ἀριθμὸν ἦσαν αὐτῷ· οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς 20  
 ταττόμενοι δις τοσοῦτοι. (Η.) Ἐκεῖνος μὲν οὖν διεπρεσβεύετο  
 πρὸς τοὺς Βυζαντινοὺς τὰ πρὸς εἰρήνην συχὰ, καὶ τῶν βασιλικῶν  
 τοῦ συζόγου τὴν βασιλίδαν ἀνεμίμησχε διαθηκῶν καὶ ἐντολῶν,  
 ὡς ἐκεῖνος ἔτι ζῶν αὐτῇ διετίθετο, περὶ τε κήδους τοῦ νέου βασι-

casionem itaque nacti, quam expetebant pridem, praesules Byzantini per omnes et provincias et civitates fasciculos mittebant litterarum, anathema et interdicta continentium adversus eos, qui amici essent Cantacuzeno, simulque et plebem omnem in divites irritantium, et mercenariam multitudinem in eos qui dignitate et genere eminebant: ut sublati de medio iis qui tales erant, facile ipsi rerum dominatum invaderent, nihil quacumque ex parte contrarium suspectumque habituri. Et certe maxima inde ac multiplex universae rei Romanae clades brevi exorta est, qualem paucis exprimere nulla possit oratio. (VII.) Cantacuzenus vero nulla re audacem se ostendere, nihil aggredi volebat, quod operae pretium esset, ut solent ii qui talia inceptant, et in eos rerum aestus compulsi sunt; sed quietus cum suo exercitu manebat. Habebat enim armatorum, eorum inquam qui longe fortissimi essent et robore tam animi quam corporis experientiaque praestarent, ad duo equitum millia; quibus multo praestabilius videbatur mori cum eo, quam sine eo vel unam tantum diem vivere. Tot itaque ac tales erant lecti milites. Qui autem secundum ab illis locum obtinerent, bis totidem erant. (VIII.) Iste igitur frequentes de pace legationes ad Byzantinos mittebat, et Augustam commonefaciebat supremae voluntatis et mandatorum imperatoris coniugis sui, quae ab illo adhuc vivente acce-



λέως καὶ ἐπιτροπῆς τοῦ Καντακουζηνοῦ ἄχρι τῆς προεπούσης A. C. 1341  
 ἡλικίας τοῦ νέου. μηδὲ γὰρ χρῆναι πιστεύειν ἀλλοτρίοις συμβου- Imp. Io. Pa-  
 λοις, καὶ πάντα πρὸς τὴν οἰκείαν σπουδάζουσιν ἔφεισιν, καὶ ὅσα laeol. 1  
 τὴν ταχίστην ἀνατρέψαι δύνανται τὴν πύλαι κατάστασιν, καὶ P. 383  
 5 ὅλα συλλήβδην εἰπεῖν τὰ τῆς βασιλείας πράγματα. (Θ.) Ἡ δὲ  
 τοιαύτη τοῦ ἀνδρὸς ἡμερῦτης οὐκ ἐμάλαξε τοὺς Βυζαντίους· ἀλλὰ  
 τοῦναντίον ἐξέμηνε πρὸς ἀνυπέρβλητον θράσος τε καὶ ἀπόνοιαν.  
 οὐδὲ γὰρ διὰ φειδῶ τῶν ὁμοφύλων αἱμάτων ταῦτ' ἔφασκον φά-  
 σκειν ἐκεῖνον, ἀλλ' ὡς ἐν ἀπογνώσει τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς συνωσθέντα.  
 10 καὶ φανερώς μὲν ὄπλα πολέμια κατ' ἐκείνου διηνεκῶς συγχροτοῦ-  
 σεν, ἐκ τε θαλάττης ὁμοῦ καὶ ἡπείρου, ἥκιστα σφισιν ἐνῆν οὐτ'  
 ἠρεμεῖν, οὐτ' οὐδὲμιᾶς λαθραίας φεῖδασθαι μηχανῆς, ὅσοι τε  
 διὰ φαρμάκων καὶ γοητειῶν καὶ ὅσοι δι' αἵματος. (I.) Ἐκεῖνος  
 δ' εἰς θεὸν ὀλοσχερώς ἀναθεὶς τὰς ἐλπίδας ἔμενεν ἡσυχῇ κατέ-  
 15 χων ἔτι τὰ ἑαυτοῦ κατὰ χώραν στρατόπεδα, καὶ ταῦτα πάνυ δι-  
 ψῶντα μάχης καὶ σκέλων πολεμικῶν, καὶ πλείους ἔχοντα τοὺς C  
 καλοῦντας τῶν οὐκ ἐπὶ τῶν τοῦ Βυζαντίου· ὥστε τοὺς πλείους  
 καταγρόντας αὐτοῦ ῥαθυμίαν καὶ γνώμης νωθρότητα, καὶ ἅμα  
 ὡς τὸ εἶκος ὑποπεύσαντας κίνδυνον σφῶν τε αὐτῶν καὶ αὐτοῦ,  
 20 οἴχεσθαι ἀποδράντας ἐκεῖθεν ἐς Βυζαντίους. ἐπέλιπε γὰρ ἤδη καὶ  
 τὰ σιτία σφῶς κατὰ πληθός, ἐς μόνον τὸ Διδυμοτείχου πολί-  
 χιον συγκλεισθέντας μετὰ πολλῶν τῶν ὑποζυγίων. ἦσαντιοῦτο V. 311  
 γὰρ αὐτοῖς τὰ τῆς τύχης ὁμοῦ καὶ τῆς ὥρας. ὃ, τε γὰρ χειμῶν, D

2. *νέω* cod. Reg.

pisset, de affinitate iunioris imperatoris ac de tutela Cantacuzeno defe-  
 renda, quoad idoneam aetatem pupillus attigisset; nec enim credendum  
 esse extraneis consiliariis, qui omnia pro sua libidine alacriter susciperent,  
 eaque maxime, quae veterem statum rerum et universum prorsus imperium  
 possent evertere. (IX.) Ea viri humanitas animos Byzantium haud mol-  
 livit: sed e contrario ut audacia amentiaque ultra modum furerent effecit.  
 Nec enim ea ab illo dici aiebant, quo parceret sanguini suorum civium,  
 sed quia ad desperationem suae salutis esset compulsus. Et cum arma pal-  
 lam hostilia in illum terra simul et mari assidue conflarent, minimum illis  
 otii supererat, nec ulli parcebant occultiori machinae, quae seu veneno,  
 seu praestigiis, seu cruenta morte grassaretur. (X.) At ille spem unico  
 in Deo ponens manebat etiamnum quietus, continebatque adhuc intra ca-  
 stra exercitum: qui tamen et pugnam et pugnam et spolia hostilia vehementissime  
 sitiebat, et a plurimis invitabatur civibus Byzantinis. Quo factum est, ut  
 plerique eum desidia et socordis ignaviae accusantes, simulque, ut veri-  
 simile est, rati periculum sibi et illi impendere, inde ad Byzantios transfu-  
 gerint. Iam enim et cibi ipsos pro hominum multitudine deficiebant, solo  
 Didymotichi oppidulo cum frequentibus iumentis inclusos. Adversa quippe  
 utebantur et fortuna et tempestate. Namque et hiems, si alias unquam,

A. M. 6850 εἶπερ ποτέ, ἐγγόνει βαρὺς καὶ πάνυ τοι σφόδρα συνεχὲς ἐπι-  
 Ind. 10 φέρων τὸ βάρος· καὶ πρὸς γε τῶν γουμμιάτων ὀπόσα πρὸς τε  
 τὸν Κρούλην Σερβίας καὶ Ἀλέξανδρον, τὸν τῶν Μουσῶν ἀρχηγόν,  
 καὶ πρὸς οἰουσδήποτε συμμαχίας ἕνεκα ἔπεμπε, πάντα ἡλίσκοντο  
 πρὸς τῶν Βυζαντιῶν, φρουροῖς καὶ ἡμεροσκόποις διαλαβόντων<sup>5</sup>  
 τὰ κύκλω πρὸς τε γῆς καὶ θαλάττης.

Ε ἰγ'. Ὁ γε μὴν πατριάρχης μελζονα τὴν δικαίωσιν τῆς βασιλι-  
 κῆς ἐπιτροπῆς μηχανώμενος ἑαυτῷ ἔστειπε διὰ πάσης σπουδῆς  
 P. 384 Ἰωάννην τὸν παῖδα τοῦ βασιλέως, οὐ περιμείνας, διὰ τὸ λίχρον  
 τῆς ἐφέσεως, οὐθ' ἡλικίαν αὐτοῦ, οὐτ' ἐπίσημον ἡμέραν τινὰ 10  
 τοῦ ἐνιαυτοῦ. ἐνάτη γὰρ ἐπὶ δέκα ἔτυχεν οὐσα τοῦ νοεμβρίου,  
 ἐν ἣ τὸ βασιλικὸν αὐτῷ περιτέθεικε στέφος, ἀξόμβολός τις φά-  
 ναι καὶ μάλα ἀνέορτος, τό γε ἦκον εἰς αὐτήν. καίτοι τοῦτο βροῦ-  
 λετο μὲν περιφανέστερον ὁ Καντακουζηνὸς καταστῆσαι μετὰ  
 τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον εὐθύς· ἐκώλυε δ' αὐτὸς ἐπιβούλως 15  
 Β καὶ μάλα σὺν δόλῳ. (B.) Κατὰ μέντοι τὴν τοῦ δεκεμβρίου  
 τετάρτην καὶ εἰκοστήν, περὶ δειλὴν ὄψιαν, ὅποτε τὴν γενέθλιον  
 πανήγυριν ἐορτάζομεν τοῦ σωτήρος Χριστοῦ, ἀνεβίβασε τοῦτον  
 κὰν τῷ τοῦ παλατίου Αἰθερίῳ οἰκίσκῳ· ὄθεν καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ  
 βασιλεῖς εἰώθεισαν τὴν τοιαύτην ἡμέραν προκύπτειν, ἀθροίζο- 20  
 μένου τοῦ πλήθους τῶν Βυζαντιῶν, καὶ παντὸς τοῦ στρατοῦ,  
 καὶ ἀνυμνούντων αὐτοὺς εὐχαῖς τε καὶ εὐφημίαις παντοδαίς κά-  
 C τωθεν, κατ' εἰκόνα τοῦ πάλαι θριάμβου Ῥωμαίων. ἦν δὲ νῦν  
 ὁ τοῦ δήμου κάτωθεν ἐξηχούμενος κρότος καὶ θόρυβος οὐκ εὐ-

constantissime ingravescens, asperrima tum fuit: et praeterea quascumque ille litteras sive ad Cralem Serviae, sive ad Alexandrum Mysorum principem, sive ad alios quoslibet arcessendorum auxiliorum causa mittebat, omnes intercipiebantur a Byzantiis, qui cuncta circum a terra et a mari custodibus atque exploratoribus tenebant.

13. At patriarcha, quo videretur meliori iure tutelam imperatoriam sibi arrogasse, omni diligentia Ioannem defuncti imperatoris filium coronavit, non expectata prae aviditate nec aetate illius, nec aliqua anni die insigniori. Nam is coronam imperatoriam illius capiti imposuit Novembris die xix. quae dies ex se minime insignis aut solennis est. At id ipsum voverat Cantacuzenus splendidiore apparatu celebrare post obitum statim imperatoris; sed hic insidiose et maximam per fraudem impederat. (II.) Verum die Decembris xxiv. circa vesperam, cum solenne natalium Christi Salvatoris celebramus, eundem in Aetherea quoque palatii aedícula inauguravit; unde et ii, qui illum antecesserant, imperatores soliti erant eadem die prospicere Byzantium congregatam multitudinem totumque exercitum, qui et votis et omni laetarum acclamationum genere ex inferiori loco eos prosequerantur, ad veteris triumphi Romani exemplum. Erat autem plausus ac strepitus, quem tum ciebat infra populus, non mera ac simplex

φημίαν ἔχων τοῦ βασιλέως ἀκήρατόν τε καὶ ἀμυγῆ· ἄλλα συνκε- A. C. 1341  
 κρατο καὶ ταῖς κατὰ τοῦ Καντακουζηνοῦ καὶ ἕμα ταῖς τῆς μη- Imp. Io. Pa-  
 τρὸς αὐτοῦ λοιδορίας, λίαν οὐσαις αἰσχροαῖς καὶ οὐ πάνυ τοι laeol. 1  
 σάφρονος ἀκοῆς ἄξιαις, ὑποκάαντος τοῦ Ἀποκαύκου καὶ ἀνα-  
 5 πλέγοντος δωρεαῖς ἀδροτέραις καὶ ὑποσχέσει τὴν τοιαύτην τοῦ  
 πλήθους ὀρμήν. (Γ.) Καὶ ἦν αὐτήκοος τούτων ἀπάντων ἢ τοῦ D  
 Καντακουζηνοῦ μήτηρ, δεσμωτήριον οἰκοῦσα μεταξὺ τῆς βασι-  
 λείου ἀδλῆς, ἔνθα τὸ ἄθροισμα τοῦ δήμου κατὰ ποταμοῦς  
 συνέρθει καὶ συνεκροτεῖτο. καὶ μέντοι καὶ τὴν καρδίαν σφόδρα V. 312  
 10 ἐπλήττετο, καὶ στενωγμοῦς ἐκ βάθους ἀνέπεμπεν, ὥσπερ κα-  
 πνοὺς θολεροὺς τε καὶ ὀμιχλώδεις, καὶ πολλὴν τὴν ἔνδον τῆς  
 ψυχῆς πικρίαν τοῖς παρακαυθημένοις ἀγγέλλοντας. μεριζομένη E  
 γὰρ τὴν ψυχὴν πρὸς τε τὴν ἀφόρητον ἐκείνην τῶν λοιδοριῶν  
 ἀκοὴν καὶ ἀναλογιζομένη πρὸς τίνων ταῦτα δραματουρεῖται,  
 15 χθὲς καὶ πρότεριτι δούλου μοῖραν ἐχόντων πρὸς αὐτὴν, καὶ ἕμα  
 τὴν μνήμην ἀναφέρουσα ἐς τὰς ἐκ βρέφους τύχας καὶ τὸ τῆς ἡλι-  
 κιώτιδος εὐδαιμονίας ἄνθος ἄχρι γήρως παραμείναν ἀκήρατον καὶ  
 ἀκμάζον, καὶ παρατιθεῖσα ἐκεῖνα πάντως ταῖς νῦν ἀντιπάλοις καὶ F  
 20 ἀδοκῆτοις τοῦ χρόνου φοραῖς, φέρειν οὐκ εἶχεν· ἀλλὰ πληγείσης  
 σφοδρῶς τὴν καρδίαν, εἰς νόσον ἐτρέπη τὸ σῶμα βαρεῖαν καὶ  
 ὑπισχνουμένην ἔσεσθαι οἱ τοῦ βίου τὸ πέρυς οὐκ εἰς μακράν.  
 (Δ.) Ἐπιστάσης τοιγαροῦν καὶ τῆς τῶν φῶτων πανηγύρεως μετὰ A. C. 1342  
 δύο καὶ δέκα ἡμέρας, καὶ τοῦ μὲν βασιλέως ὁμοίως αὐθις προ- Imp. Io. Pa-  
 κύπτοτος ἄνωθεν, τοῦ δὲ δήμου κάτωθεν τὰς ὁμοίας εὐφημίας laeol. 1

mi erga imperatorem studii significatio; sed et convitia, tam in Cantacuzenorum quam in illius matrem, admixta erant; foedisima illa certe, nec sobriis auribus digna: ventilante Apocauco et incendente maioribus largitionibus ac promissis impetum plebis. (III.) Ea vero omnia audiebat ipsa per se Cantacuzeni mater, quae tum intra aulam palatii carcerem habitabat; quo torrentia instar confluabat et glomerabatur collecta populi turba. Ac sane illius cor vehementissimo dolore pungebatur, gemitusque edebat altissimos, qui fumi instar turbidi ac nebulosi amaritudinem, quae plurima animo illius inerat, assidentibus indicabant. Partim enim convitiis illis intolerandis, quae audiebat, animum advertens, et a quibus istae tragoediae agerentur secum reputans, ab iis nempe, qui heri ac nudius tertius mancipiorum instar ei fuissent, partim memoriam repetens suae inde usque a pueritia fortunae felicitatisque illius sibi coevae, cuius flos illibatus ac vicens ad senectutem usque permanserat, componensque ista omnia cum illis adversis atque inopinatis vicissitudinibus temporis, minime id ferre poterat. Corde itaque graviter vulnerato, corpus in difficilem morbum incidit, qui finem vitae haud longe abesse pollicebatur. (IV.) Cum itaque et Luminum solenne post duodecim dies advenisset, atque imperator itidem deorsum prospicaret, populus autem ex inferiori loco similibus et accla-  
 Nicephorus Gregor. Vol. II. 40

A. M. 6850 και λοιδορίας αἰθις ἐπικροτούντων, ἔκειτο ἡ Καντακουζηνή νε-  
 Ind. 10  
 P. 385 κρὰ πρὸς τὸ δεσποτικόν ἐξοιμμένη καὶ ἐπιλεησμένη, καὶ πά-  
 νυ τοι σφοδρῶς ἀπωκισμένη τῆς πάλαι εὐδαιμονίας καὶ δόξης  
 ἐκείνης. ἔφθη γὰρ μικρὸν πρὸ τῆς τῶν σαλπγγῶν ἡχοῦς τὸ ζῆν  
 ἀπορρήξασα. δέισασα γὰρ οἶμαι ἡ ψυχὴ, μὴ πρὸς τὴν τῶν β  
 ὁμοίων αἰθις ἐμπέση λοιδοριῶν τρικυμίαν, συνεστάλη τε πρὸς  
 ἑαυτὴν καὶ προαπερῆσθη τοῦ σώματος. τὸ δ' ὅπως συγκεχώρηκε  
 Β ταῦτα γενέσθαι θεὸς, προΐοντες ἐροῦμεν πλατύτερον, στοχαζό-  
 μενοι καθόσον ἡμῖν ἐφικτόν. (E.) Ἄλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρέ-  
 δραμε. μετὰ γὰρ τὴν τοῦ βασιλέως τελευτήν, οὐ πολλῶν ἡμερῶν 10  
 μεταξὺ γενομένων, οὐδὲ τῆς τῶν πραγμάτων οὐπω συγχύσεως  
 εἰς φῶς ἐκραγείσης; ἀλλ' ἐν ὧδοισιν ἔτι καὶ μελέταις κνοφορου-  
 μένης, συνέβη καθ' ἕπνοους τῆ τοῦ Καντακουζηνοῦ μητρὶ, τὸ  
 ἱερὸν δοκεῖν ἀνὰ χεῖρας εὐαγγέλιον εἰληφῆναι ἄλλο τῶν πάντων  
 C οὐδὲν γεγραμμένον ὁμῶν, ἢ „αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ 15  
 ὀπίστου”, καὶ τοῦτο χρυσοῖς τε καὶ πρὸς ἅπαν κάλλος ἡσχημένοις  
 γράμμασιν ὁμοίως ἀεὶ πανταχῆ· διαπορεῖσθαι τε καθ' ἑαυτὴν,  
 πῶς ἱερὸν εὐαγγέλιον ὄν μηδὲν μηδαμῆ τῶν εὐαγγελικῶν εἶχε  
 φητῶν, ἀλλὰ μικρὰ τῶν τῷ θεῷ Δαβὶδ εἰρημένων. τοῦτο ἀφ-  
 D πνοθεῖσα διεγείτο πρὸς ἐνόους τῶν φίλων· καίτοι θεῖον ἔρασκεν 20  
 εἶναι χρησιμώδημα, καὶ πέρας προανασφραγεῖν τῶν καθ' αὐτὴν  
 πραγμάτων εὐκλείς τε καὶ πάνυ χρηστόν. τὸ δ' ἦν οὐ τοιοῦτον·  
 ὁμῶς ἔσχεν οὕτω ταυτί. (ς'.) Ἐν μὲν δὴ τοῦτο σημεῖον ἦν, ὃ  
 προανεφώνησεν ἐξ ἕπνων καὶ νυκτῶν τὴν τῆς μεγάλης ταυτησί

mationibus et convitiis streperet, iacebat in carcere exanimis Cantacuzena, proiecta atque oblivioni tradita, et a pristina felicitate suoque illo splendore quam longissime ablegata. Etenim vitam paulo ante tubarum sonum abruptit. Verita quippe anima, ut opinor, ne in similem recideret conviti-  
 orum aestum, contraxit se in semet, et priusquam id eveniret, e corpore erupit. Quomodo autem haec fieri Deus permiserit, fusius infra declara-  
 bimus, quantum licebit nobis coniectare. (V.) Sed me illud paene prae-  
 teriit. Paucis diebus post imperatoris obitum elapsis, cum rerum pertur-  
 batio nondum in lucem erupisset, sed concepta tantummodo esset ac de-  
 liberata, Cantacuzeni mater visa est sibi in somnis, sumpto in manus sa-  
 crosancto Evangelio, nihil omnino videre in eo scriptum, praeter illa verba:  
 „haec mutatio dextrae altissimi”: idque aureis summaque elegantia exara-  
 tis litteris, a capite ad calcem ubique similiter: secumque agitare, quo-  
 modo liber ille, cum sacrum esset Evangelium, ne verbum quidem usquam  
 evangelicum exhiberet, sed paucula illa Davidis prophetae. Id cum ex-  
 perrecta esset, amicis quibusdam exposuit: et quidem divinum aiebat esse  
 oraculum, ac praedici sibi gloriosos optimosque exitus rerum suarum. Id  
 autem non tale erat. Tamen haec ita se habuerunt. (VI.) Unum quidem  
 illud omen fuit, quo magnae illius et illustrissimae domus everasio in somnis

καὶ περιφανοῦς οἰκίας καθαίρειν. δεύτερον δ' ἐκ νυκτῶν μὲν A. C. 1342  
καὶ αὐτὸ, μὴ ἔξ ὕπνου γε μὲν, ἀλλ' ἔξ ἐργηγόρσεως φάντασμα Imp. Io. Pa-  
Θεαθὲν ἐνουργῶς. εἰωθὸς γὰρ τοῖς εὐγενεῖα καὶ δόξῃ μεγάλην συ- laeol. 1  
ζῶσι προσώποις, ἄχρι καὶ ἐς μέσας που νύκτας συνδιανυκτε-  
5 ρεῦν τοῖς ὅσοι χρεῖας οἰασθηποτοῦν προσίασιν ἕνεκα, τῇ Καν-  
τακουζηνῇ τοῦτο μάλιστα πάντων προσῆν, ἅτε καὶ μάλιστα πάν-  
των δόξῃ καὶ περιφανείᾳ προεχούσῃ, καὶ βουλῶν καὶ ἀπορρόητων  
προεστηκυῖα βασιλικῶν. τῆς δὲ τοιαύτης ἐχομένη καὶ νῦν συνη-  
θείας, καὶ πόρρω νυκτῶν γενομένης τῆς ὁμίλιας, ἔδοξεν αὐτῇ, V. 313  
 10 ἀνὰ πρῶτον. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

ἔ. Ἦρος δ' ἀρχομένου τὰς δυνάμεις αὐθις ἀναλαβὼν ὁ P. 407  
 βασιλεὺς ἦγεν ἐπὶ τὴν πόλιν Σεβῶν, καὶ ὅσα περίεξ εἰσι φρού-  
 5 ρια καὶ πυργώματα μέχρι Φιλίππων. κάπειδ' ἔπειραν προσάγων  
 ἐν τοῖς ὁμοίοις ἦν ἀτυχήμασιν, ἐμποδὼν ὡς ἔοικεν ἰσταμένου  
 15 τοῦ Θείου βουλήματος, ἔδοξεν αὐτῷ διαβαίνειν εἰ δύναίτο μέχρι  
 καὶ ἐς Διδυμότειχον, τοὺς μάλιστα ποθοῦντας ὑβόμενός τε καὶ  
 ὀφθησόμενος. ἐπεὶ δὲ τοῖς περὶ αὐτὸν ἐπικούροις τε καὶ συμμά-  
 20 χοις Τριβαλλοῖς, ἀκηκόοσι πολλὴν εἶναι τὴν ἐφεδρεύουσαν τῶν Β  
 ἐναντίων δυνάμιν περὶ τὰ πρόσω στενὰ τῆς Χριστοῦ πόλεως, ἀν-  
 ἔιστασθαι συνέβαινε πρὸς τὸ δόγμα διὰ δειλίαν καὶ δέος, καὶ  
 ἄλλως βλακικωτέροις οὔσι καὶ τὰς ὑπεροχίους οὐ σφόδρα ἀγα-  
 πῶσιν ἐκστρατείας, ὀπίσω ἀπήλλαττεν αὐθις ἐς τὰς τῶν Τρι-  
 βαλλῶν νομῶς καὶ αὐτοὺς, ἄκων τε καὶ μάλιστα πλείστον ἐπαγόμε-  
 ῖος κατὰ καρδίας τοὺς τῆς λύπης ἄνδρακας, διὰ τὸ μὴ κατὰ C

quem multos labores, multa gravia et iniqua exhausserant, et adhuc exhaustari erant. Relicto igitur ob metum recto tramite, sinistram versus per avia contendere arduisque ac difficilibus locis applicare se perrexit, donec Haemo monte superato, in Triballorum terram illaesus furtim delapsus est: quaesitumque imperatorem invenit, et cum eo, quantum par erat, colloquutus celerissime inde Didymotichum rediit, habens quae nunciaret tum aliis, tum omnium maxime imperatrici Irenae, vera admodum et minime fucata; ac talis adveniens, qualis iis qui nimio solis ardore torrentur Zephyri aura refrigeratrix. Et haec quidem ita se habuerunt.

5. Vere autem ineunte coactas iterum copias imperator duxit ad Serphas urbem, et quaecunque circum occurrunt Philippos usque castella ac propugnacula. At ubi tentata res est pari infelicitate, obstante nimirum divino numine, visum est ipsi transire, si posset, Didymotichum usque, ut eos a quibus vehementissime desiderabatur videret, et ab iis videretur. Sed quia Triballi, quos secum habebat socios ac foederatos, audientes magnam esse hostium manum in insidiis collocatam apud Christopolitanas fauces, ultra ituribus oppositas, eius voluntati obstiterunt timiditate ac metu; cum et alias ignaviores essent et longinquis expeditionibus non admodum gauderent; idcirco regressus est iterum in Triballorum fines, invitatus quidem et plurimas doloris faces suo ipse sordi admovens, eo quod minime ei

- A. M. 6851 *γνώμην δήπουθεν αὐτῶ τὰ πράγματα ἀπαντῆν. πεποιήται μέν-  
Ind. 11* τοι τὴν ἀναχώρησιν μέχρι καὶ ἐς πόλιν τὴν Στρουμιμίτζαν, καὶ  
ἴσα ἐπέκεινα χωρία ἦν ἀναπεπταμένα τε καὶ ἰπήλατα· ἔνθα δὴ  
καὶ τὸν Κράλην Σερβίας τὰς ἐπαύλους ποιῆσθαι τέως συνέβαινε.  
(B.) Εἷς δ' ἦν ἤδη τῶν αὐτῶ ἐπομένων καὶ ὁ Ἀσὸν Ἰωάννης. 5  
ὁ γὰρ πρὸ βραχέος ἐπιτροπεύων ἦν Μελενίκου φρούριον, ἐντο-  
D λαιῖς νῦν βασιλικαῖς τῷ Χρέλῃ παραδεδωκὼς πρὸς βασιλεῖα ἀφι-  
κετο, καὶ διετέλει συνὼν αὐτῷ, συσκηνοῦντι τέως τῷ τῶν Τρι-  
βαλλῶν ἡγεμόνι. (Γ.) Ἔτυχε δ' ἀφίγημένη τηρικαῦτα κακὰ πό-  
λειως Βεῤῥόλιας πρεσβεία τῷ Κράλῃ, λόγους περὶ ὧν ἀπήτει κο- 10  
μίζουσα καὶ ζητοῦσα μαθεῖν ἀκριβῶς, ἃ κατὰ γνώμην ἐστίν.  
ἀπήτει δ' ἐπήκοον τὴν πόλιν τούτῳ γενέσθαι καὶ ὑποχείριον, τῇ  
E ἀκροπόλει φρουρὰν Τριβαλλῶν ἐμβalόντι, πρὶν ἂν ἀκουσίῳ  
αὐτῶν πολέμου νόμοις ἔξανδραποδίσθαι τε καὶ διαρπάσῃ καὶ πό-  
λιν καὶ οἰκίας ἅμα καὶ γυναῖξί καὶ τέκνοις. τοῖς μέντοι πρε- 15  
σβεύουσι καταπλαγεῖσι πρὸς τὴν τῶν λεγομένων ἐμβριθείαν καὶ  
ἀποτομίαν ἔδοξε βέλτιον λάθρα κοινολογήσασθαι τῷ βασιλεῖ  
P. 408 Καντακουζηνῷ, καὶ δοῦναι λαμπρὰς τὰς ἑγγύας, εἰ βούλοιο  
τὴν ταχίστην λαθῶν παρεισελθεῖν καὶ λαβεῖν ἀπονητὴ τὴν πόλιν  
αὐτός. εἶναι γὰρ μανιώδους ψυχῆς καὶ γνώμης, αἰρεῖσθαι πρὸ 20  
τοῦ ἡμέρου τὸ βάρβαρον, καὶ προτιμᾶν τῆς ὁμοφύλου τὴν ἀλλό-  
φυλὸν τε καὶ νόθον ἡγεμονίαν. τούτων οὕτω συσκευασθέντων  
καὶ κωρωθέντων πρὶν αἰσθῆσθαι τοὺς Τριβαλλοὺς, λόγοις ἀπα-  
B τηλοῖς τισὶ μετεωρίσαντες τὴν τοῦ Κράλη δianoian οἱ ἐκ Βεῤῥόλιας  
πρεσβεις ἐπ' οἴκου ἀνεχώρησαν, ἀπαγγέλλοντες τοῖς ἐν Βεῤῥ- 25

ex sententia res succedebant. Rediit tamen retro ad urbem usque Strum-  
mitzam, et quaecunq; illac aperta atque equitabilia loca sunt; ubi et  
Crales Serviae tum forte diversabatur. (II.) Iam autem illum sequebatur  
et Ioannes quoque Assanes. Hic enim paulo ante praerat Melenici castello.  
Mox cum illud imperatoris iussu Chreli tradidisset, contulerat se ad impe-  
ratorem, et ei, Triballorum regis contubernali, comes adhaerebat. (III.)  
Forte eo tempore advenerat ex urbe Berrhoea legatio, actura cum Crale  
de iis rebus, quae ab eo petebantur, et quidnam decrevisset sciscitatura dili-  
genter. Petebat autem ille, ut urbem in sua potestate et manu haberet,  
ac Triballicum praesidium in arcem introduceret, antequam per vim et  
belli iure urbem, domos, mulieres liberosque in servitum redigeret at-  
que diriperet. At legatis, dictorum duritia et acerbitate percussis, melius  
visum est clam cum Cantacuzeno imperatore colloqui, ac fidem ei suam  
omni cautione adstringere, si in urbem furtim et quam celerrime sese in-  
tromittere eamque ipse nullo labore capere vellet. Esse enim animi ac  
sententiae furentis, barbariam humanitati praeferre, gentilibus externam  
et illegitimam potestatem. His ita compositis, ac priusquam Triballi per-  
cipere constitutis, Crales animo captiosis quibusdam verbis suspenso, le-  
gati Berrhoeenses domum reversi suis civibus renunciant et dura Crales



φοία τήν τε τῶν τοῦ Κράλη λόγων βαρύτητα καὶ ὡς ἀναγκα- A. C. 1343  
σθέντες αὐτοὶ συνθήκας αὐτοκρατορικᾶς πεποιήνται πρὸς βασι- Imp. Io. Pa-  
λέα, τοῦ καιροῦ σχεδιάσαντος τήν τοιαύτην παραχώρημα ἐπινοίαν. laeol. 2

(Δ.) Βραχεῖαι μετὰκἀαὐτο παρῶχηκεσαν ἡμέραι, καὶ τὰς οἰκείας V. 331  
5 ὁ βασιλεὺς δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐπὶ κνηγήσεια δῆθεν ἐξῆει, καὶ  
περιπάτους ἀπέσειῶς τινας καὶ ῥυστώνης βασιλικῆς. καὶ μὲν δὴ C  
οὕτω τρεῖς ἐκεῖθεν ἡμέραι παρῆλθον, καὶ τὴν πορείαν ἐπιταχύ-  
νας σφόδρα ἀταλαίπωρον εὔρε τὴν εἰς Βεῤῥοίαν εἴσοδον, σὺν  
πάνυ πολλῇ τῇ προθυμίᾳ καὶ ἡδονῇ καὶ ὑπτίαις τὸ δὴ λεγόμε-  
10 νον ὑποδεξαμένων τῶν Βεῤῥοίειων χερσί. τοῦτο γὰρ ἐν πρῶγμα ὄν  
ἀμφοτέροις ὠφελείας μακροῦς καὶ γαλήνης ἅμα γέγονεν αἴτιον,  
ἀπαλλαγείσι τῶν τοῦ Κράλη χειρῶν ἐν ταυτῷ. Θεοῦ δ' ἦν πάν- D  
τως τὸ χρῆμα, τοῦ τὰ δυσχερῆ ποιοῦντος ῥάδια, καὶ τοῦναντίον  
αὐτὸ ὅποτε βούλοιο, καὶ οἰστισιν ἐθελοὶ τρόποις. (Ε.) Ἐπεὶ γὰρ  
15 τεθέαται τε καὶ ἔγνω σαφῶς τὸν βασιλέα περιφρονούμενόν τε καὶ  
ὑβρίζομενον ὑφ' ὧν ἐν ἐλπίσιν ἔκειτο δοχῆς καὶ στοργῆς ἀξιοῦ-  
σθαι, μετέθετό τε τὴν γνώμην εὐθὺς καὶ αὐτὸς καὶ δρασμὸν ἐκ  
τῆς μνήμης γίνεσθαι ἐκὼν γε εἶναι ἐδίδου τῶν τε μελετηθέντων καὶ  
κυρωθέντων ἐν τῷ ἀφανεί τῆς οἰκείας καρδίας βουλευτηρίῳ τοῦ E  
20 ἐπιόντος χρόνου πρὸς ἀμοιβὴν δι' αὐτὸν ἀγαθῶν· καὶ πρὸς ἐπι-  
βουλὰς τέως ἀπησχόλει τὸν νοῦν, καὶ ὅλος πρὸς Βυζαντίους ἦν  
ὑποβρέων, καὶ πρὸς τὰς ἐκεῖθεν ἡρέμα καθελκόμενος ὑποσχέσις.  
(ς.) Ἄλλ' ὡσπερ πανταχοῦ τὰ τῆς ἀνθρωπίνης μελέτης ἡττώμενα  
καίται τοῦ θελοῦ βουλήματος, οὕτως ἐπικρατέστερα κἀνταῦθα νῦν

responsa, et pacta, quae cogente necessitate, cum id consilii ipsa res sta-  
tim animo suggestisset, ipsi cum imperatore suapte auctoritate fecerant.  
(IV.) Pauci inde effluxerant dies, cum imperator suas copias secum du-  
cens egreditur, venatum scilicet ambulatumque, regio quodam relaxationis  
otiique genere; necdum tribus ex eo diebus elapsis, accelerato itinere, fa-  
cillimum ad Berrhoeam urbem aditum offendit, excipientibus eum maximo  
studio Berrhoeensibus ac supinis, ut aiunt, manibus. Eadem enim utrius-  
que res magnam simul et utilitatem et tranquillitatem afferebat; quoniam  
eadem via utrique manibus Cralis elabebantur. Atque illud sane opus Dei  
erat, facilia exhibentis ea quae difficilia sunt, et contrarium quoties iuvat  
et quibus vult modis efficientia. (V.) Ktenim Crales, cum videret explo-  
ratumque haberet, despici et contumeliose haberi imperatorem ab iis, a qui-  
bus speraverat se humane ac benigne exceptum iri, mutavit et ipse statim  
sententiam, atque e memoria excidere ultro passus est, quae propter illum  
bona procedente tempore vicissim sibi in posterum promiserat, et in arcana  
cordis curia decreverat: coepitque applicare animum ad parandas insidias  
totaque ad Byzantios vergere, ac promissis, quae illinc veniebant, paula-  
tim alicui. (VI.) Sed ut in omni re consilia humana divinae voluntati sub-  
iiciantur, ita tum quoque illis vicere ea quae ab iis, quorum erat pericu-

- A. M. 6851 ἐγεγόνει, ἃ μὴδ' ὄλωσ οὐδαμῆ προσεδοκάτο τοῖς κινδυνεύουσι, μὴδ'  
 Ind. 11 F ἐπὶ καρδίαν ἀνέβη θνητήν. τῷ μὲν γὰρ βασιλεῖ ἥδιστόν τι καὶ  
 ἔλευθέριον ἀναπεπνευκέναι ἐπῆλθεν ὄψε, καὶ τῶν κατ' αὐτὸν  
 πραγμάτων ἀρχὴν νομίσαι τουτὶ καὶ κατάσχεσιν πρώτην· τῷ δὲ  
 τῶν Τριβαλλῶν ἀρχηγῷ δι' ὀργῆς ποιῆσθαι τὸ συμβᾶν, καὶ 5  
 μεταμέλω μακροῦ τὴν ψυχὴν κατατῆκειν, ὅτ' ἐν χερσὶν ἔχων με-  
 θῆκεν ὑπ' ἀβουλίας τὸν μακρῶν θησαυρῶν γενησόμενον αἴτιον,  
 P. 409 κατὰ τε πλοῦτον ἀρχῆς ὁμοῦ καὶ χρημάτων καὶ ἀφοβίας τῶν ἐφε-  
 ξῆς σαυλίειαν. (Z.) Ἐβούλετο μὲν οὖν πόλεμον ἄρασθαι κατ'  
 αὐτοῦ, καὶ μάχης ἄφξαι περιφανοῦς. δεδιὼς δ' αὖ, μὴ πρὸς 10  
 ἀθέτησιν πρῶτος χωρήσας αὐτὸς τῶν ὁμωμοσμένων ἀντιπράτ-  
 τοντι προφανῶς ἐντύχη τῷ θείῳ, κἀντεῦθεν ἤττης ἀγώνισμα  
 γένηται μέγα καὶ ἅμα τῆς ἕξ ἀνθρώπων χλεύης κληροῦχος εὐθύς,  
 B ἐπέσχεεν ἕς γε τὸ πυρὸν, σγῶσι λογισμοῖς δαπανῶν τὴν ψυχὴν.  
 ἔφθη γὰρ ἑκατέρων μεταξὺ δι' ὄρκων βεβαιωθεῖσα συμφωνία, 15  
 μηδέτερον μηδετέρῳ ποτὲ γίνεσθαι κώλυμα πρὸς εὐτυχίαν ἤντι-  
 नाοῦν ἀπαλλαγείσιν ἀλλήλων, ἀλλ' ἐμμένειν τοῖς ἀσύλοις ὄροις  
 αἰεὶ τῆς φιλίας, καὶ συγχωρεῖν ταῖς τῶν Βυζαντιῶν ὑπηκόοις πό-  
 λεσιν, ὅτε βούλοιντο προσχωρεῖν ὁπῶσποτε, νῦν μὲν καθ' ὁμο-  
 λογίαν, νῦν δ' ἐκ πολιορκίας ἑκατέρων ἄλλη ἄλλῳ, ἐμποδῶν 20  
 C οὐδενὸς οὐδενὶ καθεστῶτι. ταύτη τοι καὶ διὰ μυχῶν ἔκρυψε σιω-  
 πῆς τὸ συμβᾶν οὐ μᾶλα ἐθέλων.  
 V. 332 D ε'. Ἐν δὴ τούτοις ἦκεν ἐκ Θεσσαλίας καὶ ὁ τοῦ βασιλέως

15. Ita corr. Bolv. pro βεβαιωθεῖσαι συμφωνία.

lum, nullatenus praevisa fuerant, nec humanam in mentem unquam vene-  
 rant. Is quippe eventus fuit, ut imperator quidem suavissime ac libere  
 tandem respiraret, illudque sibi rerum secundarum initium ac primum ve-  
 lutī fundamentum esse duceret: Triballorum autem rex illud factum irasce-  
 retur, ac poenitentia tabesceret, quod quem in manibus habuerat per im-  
 prudentiam dimisisset, magnorum emolumentorum occasionem futurum sibi,  
 sive imperium et pecuniarios reditus augere, sive securitatem sibi in poste-  
 rum plenam parare voluisset. (VII.) Bellum igitur volebat cum eo sus-  
 cipere, atque aperto Marte eum invadere. Mox veritus, ne, si iuratum  
 foedus prior ipse violaret, in numen infestum aperte incurreret, eoque cla-  
 dis magnae exemplum fieret, risuque hominum statim exciperetur, continuit  
 se in praesens, et tacitis cogitationibus animum consumpsit. Convenerat  
 enim inter utrumque pactioe iureiurando confirmata, ne unquam alter al-  
 teri obstaret, melioris cuiuscunque fortunae causa discedenti ab altero, sed  
 ut intra inviolatos amicitiae fines maneretur semper, iisque urbibus, quae  
 Byzantinae ditionis essent, liceret ad utrum vellent se adiungere quomodo-  
 cunque, sive voluntaria deditioe, sive postquam ab alterutro obsessae fuis-  
 sent, ita ut alia alii cederet, neutro alteri obstante. Idcirco ille id quod  
 acciderat silentio pressit non libens.

6. Interea ex Thessalia advenit et imperatoris consobrinus Ioannes

πρωτεξάδελφος, ἰππίας ἐπαγόμενος Θετταλῶν τοὺς ἀρίστους, A. C. 1343.  
 Ἰωάννης ὁ Ἄγγελος, συνησθησόμενός τε τῷ γεγονότι τοῦ εὐτυ- Imp. Io. Pa-  
 χήματος καὶ εἴ τις εἴη χρείας ἔφεσις ἐπικουρήσων τὰ κράτιστα. laeol. 2.  
 ἀξιόμαχον γὰρ ἦδη καὶ αὐτὸς ἐκτίησατο δύναμιν, ἀφ' οὗ τῷ τοῦ  
 5 βασιλεύως ἐπέμφθη δόγματι πρὸς τὴν τοιαύτην ἀρχὴν, ἔτι τῷ  
 Κράτῃ συνόντος ἐν ὄροις τῶν Τριβαλλῶν, ὡς ἀνωτέρω πον διε-  
 λάβομεν. (B.) Τάχιστα γὰρ ἀπιὼν ἐκέισε πρὸς αὐξήν ἤγαγε E  
 τὰ Θετταλῶν πράγματα, διεβρώγῳτα καὶ κάμνοντα δι' ἀλλήλων  
 ταῖς ἀναρχίαις οὐχ ἤττον, ἢ τοῖς ἐκ πολλοῦ κατασχοῦσιν αὐτὰ  
 10 Κατελάνοις. εἰς γὰρ τρυφήν καὶ πότον ἦδη τῶν ἀπογόνων ἐκκυ-  
 λισθέντων, μᾶλα ἀσθενῶς ἔσχε τὰ κατ' αὐτοὺς, ὡς μὴδ' ἀντι-  
 πάλους ἔτ' εἶναι δύνασθαι, μὴ ὅτι μεγάλαις δυνάμεσιν, ἀλλ' F  
 οὐδὲ τοῖς παρασπωμένοις ἠρέμα καὶ διεβρόγγυμένοις οἰκοθεν μέ-  
 ρεσι. (Γ.) Τοιοῦτοις τοίνυν ὁ Ἄγγελος συμβεβηκῶς πράγμασιν, P. 410  
 15 ἀνὴρ δεινὸς τὰ πολέμια, τὰ τε πλείστα τῆς Θετταλίας οἰκείαν  
 ἔσχεν ἀρχὴν καὶ ἅμα παρεξίων Αἰτωλοὺς τε ὑπηγάγετο καὶ  
 Λοκροὺς τοὺς Ὀζόλας. εἶλε δ' ὁμοῦ καὶ Ἀκαρνανίαν ἕπασαν τοῦ  
 χρόνου χωροῦντος, ὑποχείριον πρότερον σχῶν καὶ τὴν ταύτης  
 ἡγεμονίδα Ἄνναν, τὴν τοῦ πρὸ ἐτῶν ἦδη συχῶν τεττηκότος  
 20 κόντον Κεφαλληνίας σύζυγον, ὡς ἀνωτέρω καὶ περὶ τούτου δια-  
 λαβόντες εἰρήκουμεν. ἦν ἀνελεῖν εὐθὺς παρώξινον ἔνιοι· μὴδὲ γὰρ B  
 ἠρεμήσειν αὐτῆς τὸ φίλαρχον, διὰ μακρῶν ἦδη τῶν χρόνων ἐν τῇ  
 ψυχῇ στηριχθέν· ἀλλ' ὥσπερ ἄνθρακες ἀχύροις τισὶν ἐμφωλεύον-

Angelus, secum adductis Thessalorum equitibus lectissimis, felicem illum eventum gratulaturus, et si quid auxilii a se exigeretur, acerrime operam navaturus. Iam enim haud contemnendas et ipse vires sibi comparaverat, ex quo in illam provinciam missus iverat iussu imperatoris, apud Cralem adhuc in Triballorum finibus commorantis; ut alicubi supra tradidimus. (II.) Profectus quippe illuc celerrime Thessalorum rebus incrementum attulit, fractis et laborantibus, non minus per ipsos indigenas principe legitime carentes, quam per Catalanos, qui iam pridem illic dominabantur. In luxum enim ac potandi licentiam lapsis nepotibus, multum debilitatae erant illorum vires, ita ut contendere iam haud possent, non cum viribus magnis solum, sed ne cum iis quidem partibus, quae domi paulatim ab invicem divellebantur atque distrahebantur. (III.) In hunc rerum statum cum incidisset Ioannes Angelus, vir bellicosissimus, maxima Thessaliae parte potitus fuerat: tum idem statim ultra progressus Aetolos Locrosque Ozolas subegerat. Quin et totam quoque Acarnaniam procedente tempore invaserat, comprehensa prius Acarnanum principe Anna, uxore illius Cephalenum comitis, qui multis iam ante annis interierat; ut supra diximus, de ea ipsa re disserentes. Quam quidem foeminam ut statim occideret, nonnulli instigabant: nec enim quieturam esse illam imperandi libidinem, quae tanto iam tempore infixae esset animo illius: sed quemadmodum ignis in pa-

- A. M. 6851 *τες ἀγνοοῦνται λάθρα τὴν ἕλλην ἐσθλόντες, μέχρις ἂν εἰς ὕψος*  
 Ind. 11 *ἀναρῆπίσωσι τὸ μεμηνὸς τῆς φλογός· οὕτω δὲ καὶ αὐτὴν ἐφε-*  
*δρεύουσιν ἐς αἰ ταῖς τῆς ἔξουσίας ἐλπίσι, μέχρις ἂν συνεξετα-*  
*ζομένη τοῖς ζῶσιν ἕτερον ὄρᾳ περιεζωσμένον τὰ σκῆπτρα τῆς ἀρ-*  
 C. 75. *αὐτὸς δὲ τούτων ἀπάντων τὸ τῆς συγγενείας προτιμήσας 5*  
*ἀνομοθέτητον δίκαιον τοῦ μὲν ἀναιροῦντος ἐφέλατο ξίφους·*  
*ἐν ἀδέσμῳ δ' οὖν προσέταξε τηρεῖσθαι ταύτην φρουρᾶ· ἵνα*  
*μὴ παραπλήσιον αὐθίς τι δράσῃ, καθάπερ ὅτε πρὸς Ἀνδρονί-*  
*κου τοῦ βασιλέως ἐν Θεσσαλονικῇ μετενεχθεῖσα χρόνῳ ὕστερον*  
*ᾤχετο λάθρα φυγοῦσα εἰς τὴν τῶν Ἀκαρνάνων αὐθίς ἀρχήν. 10*  
 D *ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἐξῆς διαρκέστερον ἀφηγησόμεθα. νῦν δ'*  
*ἐκείσε ἐπάνεμι.*
- V. 333 *ζ'. Ἀναλαβὼν γὰρ ὁ βασιλεὺς τὰς ἑαυτοῦ δυνάμεις, καὶ*  
 E *ἅμα τοὺς ἐκ Βεργίου ἐστρατολογημένους, ἦει πρὸς τὰς τῶν*  
*Θεσσαλονικέων ἐπαγγέλλας. κρούφα γὰρ ἐκείθεν ἔνιοι τούτῳ διε-*  
 15 *μηνύσαντο, εἰ θᾶπτον ἢ τῶν οὕτω βεβουλευμένων ἀσθεῖσθαι*  
*τὸν δῆμον ἴοι ἐπὶ τὰ τεῖχη, ῥάδιαν εὐρεῖν δι' αὐτῶν τὴν ἐς*  
 τὴν πόλιν παράδοον. ἰὼν γε μὴν ἔγνω τὴν ἐπιβουλήν ἔννευσαν ἐς  
 F *τὰς τοῦ δήμου πατρίας καὶ πρὸς θυμοὺς ὀπλομάχους ἀναφλέ-*  
*ξασαν ἅπαντας κατὰ τε τῶν ἐπιβούλων καὶ αὐτοῦ. διὸ δὲ καὶ 20*  
*ἀπρακτούσας ἀνεληφώς τὰς ἐντεῦθεν ἐλπίδας ἐπὶ Βεργίῳ ἐν-*  
 P. 411 *θὺς ἀναχωρεῖν ἐποιεῖτο διὰ σπουδῆς. (B.) Ἐπὶ τούτοις γὰρ*  
*καὶ ὁ Βυζάντιος κατέπλευσε στόλος ἐς τὸ τῶν Θεσσαλονικέων*  
*ἐπίγειον, ναύαρχον ἔχων Ἀλέξιον τὸν Ἀπόκαυκον καὶ ναυτικὴν*

leis abstrusus ignoratur et fomitem latenter exedit, donec furentem flammam sursum ventilet; ita et ipsam in spem dominandi semper intentam fore, quamdiu vivis annumerata alterum suo sceptro ornatum adspectura esset. At ille cognationis ius, quod non lege sed natura nititur, prius hisce omnibus habens, gladium ab eius caede abstinuit, ac ipsam in custodia vinculis liberam servari iussit; ne quid tale iterum committeret, quale iam antea, cum ab Andronico imperatore Thessalonicam translata clam aliquanto post in provinciam suam Acarnaniam rursus aufugit. Sed haec quidem fusius infra exponemus. Nunc vero illuc redeo.

7. Imperator, cum et suas copias et conscriptos Berrhoeae milites coëgisset, contulit se Thessalonicam, iis promissis inductus, quae sibi inde afferbantur. Clam enim illinc quidam isti significaverant, si antequam populus ea quae meditati essent pensavisset, ad muros ipse progrediretur, facile eorum opera futurum illi in urbem ingressum. At hic cum venisset, accepit manasse ad plebeias factiones huius coniurationis auram, et omnium animos pugnaci quodam furore inflammavisse, tum in coniuratos, tum in Cantacuzenum ipsum. Quamobrem, spe illinc quoque irrita, Berrhoeam diligentissime regressus est. (II.) Statim enim ab his appulit et Byzantina classis ad Thessalonicensem portum, praefectum habens Alexium Apo-

δύναιεν μάλα πολλήν. ἦσαν γὰρ Ῥωμαϊκαὶ μὲν νῆες πλείους ἢ A. C. 1343  
 πενήκοντα· Περσικαὶ δὲ, κατὰ συμμαχίαν ἐπόμηναι, δύο καὶ Imp. Io. Pa-  
 ἑκοσι. τὰ γοῦν κατὰ Θεσσαλονικὴν πράγματα διαθέμενος ἀνθή- laeol. 2  
 μερον δ' Ἀποκαυκος ὡς ἐβούλετο, καὶ ἅμα καθοπλίσας καὶ παρα-  
 5 σκευασάμενος ἐς τὴν ὑστεραίαν ἦν τε εὗρεν ἐν Θεσσαλονικῇ δύ- Β  
 ναιεν στρατιωτικὴν καὶ ἦν ἐπαγόμενος ἤκεν αὐτὸς ὁμόφυλόν τε  
 καὶ ἀλλόφυλον ναυτικὴν, τὴν διὰ γῆς ἐπὶ Βεῤῥόϊαν ἐπιταχύνειν  
 ἐνεθυμήθη πορεῖαν, εἴ πως δυνηθεῖη καταλαβεῖν περὶ τὴν τοῦ  
 μεταξὺ Βεῤῥόϊας καὶ Θεσσαλονικῆς ῥέοντος ποταμοῦ διάβασιν  
 10 τὸν τοῦ βασιλέως στρατόν. ἐνταῦθα γὰρ ἀνύσειν ᾤετο μάλιστα  
 τόλμης ἀγώνισμα καὶ τρόπαιον ἔνοπλον, κατακερματισθέντων ἴσως  
 τῶν πολεμίων, καὶ τῶν μὲν διαβάντων ἤδη, τῶν δ' ἔτι διαβαι- C  
 νόντων, τῶν δὲ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς διαβάσεως ἐστηκότων.  
 (Γ.) Τῷ γε μὴν βασιλεῖ κατεσπουδασμένην ποιουμένῳ τὴν ἀνα-  
 15 χώρησιν οὐδὲ τὴν πρόσω πορεῖαν ἄμοχθὸν τε καὶ ἀταλαιπώρον  
 εὐρεῖν ἐξεγένετο. τοῦ γάρ τοι ποταμοῦ ἤκισθ' ὅποι βουλομένοις  
 εἶη τοῖς ἅλι διαβαίνειν ἐθέλουσι προσηγῆς πανταχῆ καὶ βάσιμον  
 παρεχομένον τὸ ῥεῖθρον, ἀλλ' ἐν βραχέσι τόποις, καὶ τούτοις  
 οὐκ ἐς προὔπιον κειμένοις ὅτω ἂν εἶη βουλομένῳ παντὶ διαβαί- D  
 20 νειν, ἀλλ' ἀγνώστοις ὡς τὰ πολλὰ καὶ πολλὴν ἐπικρουσιν ἔχου-  
 σιν, οὐ μόνον ἐν χειμῶνός τε καὶ ἤρος ὥραις, ὀπηνίκα δαφυλέ-  
 στερον ἔχει τὸ κράτος ἢ τῶν ὑδάτων φύσις, βαπτίζουσά τε καὶ  
 κατακλύζουσα τὰ εἰδικμένα μέρη τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ θέρει τε καὶ  
 φθινοπώρῳ, ἐνέδραν ἐποιήσαντο παρὰ τὰς ἐπὶ θάτερα τοῦ πο-  
 25 ταμοῦ διαχλίμοι που τὸν ἀριθμὸν ὀπλίται τῶν Τριβαλλῶν, ἐνθα E

caucum, et navales copias longe maximas. Erant quippe Romanae quidem  
 naves plures quam quinquaginta; auxiliares autem ex Perside duae et vi-  
 ginti. Rebus igitur Thessalonicensium eo ipso die prout libuit ordinatis,  
 postera die Apocaucus, cum et eas quas Thessalonicae invenerat copias,  
 et illas quas classe secum adduxerat tam domesticas quam externas, arma-  
 set et instruxisset, Berrhoeam terrestri itinere quam celerrime proficisci  
 secum constituit, si forte imperatoris exercitum assequi posset in transitu  
 eius fluvii, qui Berrhoeam inter ac Thessalonicam fluit. Illic enim maxime  
 putabat partum iri sibi audaciae praemium ac tropaeum militare, hostibus  
 forte manipulatim dispersis: et his quidem iam traiectis; illis vero adhuc  
 traicientibus; aliis denique propter ripas transeundi causa stantibus. (III.)  
 Nec vero imperator cum sese inde proriperet, vacuum labore atque diffi-  
 cultate iter invenire potuit. Nam cum flumen haud semper nec quacun-  
 que transire volentibus facilem ac pervium se exhibeat, sed angustia in locis,  
 hisque non cuilibet traicere cupienti obviis, sed ignotis plerisque et ab-  
 ditissimis; non solum hieme ac vere, quo tempore maior exuberat aquarum  
 vis, eadem solita proluere et inundare terrarum partes; sed et aestate  
 autumnoque: in altera fluvii ripa duo circiter millia Triballorum insidias

- A. M. 6851 *μάλιστα διαβαίνειν ἐπίδοξος ἦν ὁ βασιλεὺς κατὰ τὴν ἐπάνοδον*  
 Ind. 11 *ἰμοῦ τῷ στρατῷ, ὡς ἂν ἐξαίφνης ἀγνοοῦσι περὶ τὴν διάβασιν*  
*ἐπεισεσόντες περιβόητον στήσωσι τρόπαιον ἐν βραχεῖ. τούτους*  
*γε μὴν οἱ πρόδρομοι τῶν στρατιωτῶν τοῦ βασιλέως πόρρω-*  
*θεν θεασάμενοι αὐτοὶ τε ἀπεγνώκεσαν καὶ μακρὰν τὴν δείλιαν* 5
- V. 334 *ταῖς βασιλικαῖς δυνάμεσιν ἐμβεβλήκεσαν. (Δ.) Καὶ τάχ' ἂν ἐν*  
*Ἰέκλεινῳ τῆς ὥρας ἐφθείροντο, μεταξὺ δυοῖν στρατῶν πολεμίων ὡς*  
*ἐν δικτύῳ συνειλημμένοι, καὶ ἅμα τοῦ ποταμοῦ τὴν στρατοπε-*  
*δεῖαν καὶ τὴν ὀφειλομένην παράταξιν κωλύοντος, εἰ μὴ θεὸς ἐκ*  
*τοῦ σχεδὸν ἀπροσδόκητον ἔχαρίσατο τὴν ἐπίκουρον χεῖρα· ὅς τὰ* 10  
*μὲν προσδοκώμενα πολλάκις ὑπρυκτα τίθησι, τοῖς δὲ μηδαμῆ*  
*προσοδοκηθεῖσι δεξιὰν χαρίζεται τὴν λῆξιν. Ἀπόκαυκος μὲν γὰρ*  
*δειλῆ μακρᾷ τὴν ὁρμὴν ἀνεχαίτισεν ἑαυτοῦ· ἀνὴρ δὲ τις τῶν*
- P. 412 *ἔγχωρων, ἄρτι τὴν Τριβαλλῶν διαδρὰς προνομῆν, ἦκεν αὐτό-*  
*μολος τηρικαῦτα τῷ βασιλεῖ, δέλξειν ἐπαγγελλόμενος ἑτέραν τῆς* 15  
*ἐγνωσμένης διάβασιν, εἰ δαφυλεστέρους τοὺς μισθοὺς ἀπολάβοι.*  
*ἐπὶ δὴ τοιούτοις τῷ βασιλεῖ τῆς διαβάσεως γενομένης, ἐκπλα-*  
*γέντες ἐκείθεν οἱ Τριβαλλοὶ τὸ τοῦ πράγματος παράδοξον ὤχοντο*  
*τὴν ταχίστην ἀνὰ τὴν χώραν ἄλλος ἄλλοθι διασκεδασθέντες.*
- B ἡ'. *Οὕτω δὲ κακῶν ἀπαθῆ πρὸς Βεῤῥόϊαν διασεῶσθαι τὸν* 20  
*βασιλεῖ Ἀπόκαυκος ἀκηχοῦς ἰμοῦ τῷ στρατῷ οὐκ ἐνέβαλεν (ὡς*  
*ἔφημεν) εὐθὺς εἰς τὴν πολεμίαν, ἀλλ' ὑφῆκε τῆς ὁρμῆς. ἐκ γὰρ*  
*τοῦ φανεροῦ πολεμεῖν καὶ συστάδην ποιεῖσθαι τὰς μάχας πρὸς*

17. ἐπὶ δὴ οορ. Boiv. pro ἐπειδῆ.

ei fecere, qua maxime parte eum cum exercitu redeuntem traiecurum putabant; ut repente in ipsum nec opinantem circa transitum impetu facto, tropaeum illustre brevi constituerent. Hos vero imperatoriorum militum praecursores conspicati procul et ipsi animum desponderant, et pavoris multum exercitui iniecerant. (IV.) Ac fortassis illa ipsa hora profugati fuissent, inter hostiles duos exercitus quasi intra retia comprehensi, flumine ipso obstante, quo minus aut castrametarentur, aut aciem rite instruerent; nisi Deus repente et ex improvise manum illis commodasset adiutricem: Deus inquam, qui et saepe infecta reddidit ea, quorum maxima erat exspectatio, et iis, quae minime praevisa fuerant, secundos exitus largitur. Nam Apocaucus quidem timiditate summa suum ipse impetum repressit. Vir autem quidam ex illius loci incolis Triballorum praedationibus nuper elapsus ultro tum ad imperatorem transfugit, promisitque, indicaturum se ei aliam ab ea quae nota erat per flumen viam, si sibi merces daretur paulo pinguior. His conditionibus transmissio imperatoris exercitu, percussae rei miraculo Triballi inde abeunt celerissime, alii alio per eam regionem dispersi.

8. Ubi Apocaucus illaesum imperatorem Berrhoeam usque evasiasse cum exercitu accepit, non statim, ut diximus, irrupit in hosticum, sed impetum remisit. Aperto enim Marte pugnare et comminus cum bellicoso

μάχιμον στρατὸν οὐ μάλᾳ ἐθάμβησει, πληθὸς μὲν ἔχων μυρίον αὐ- A. C. 1343  
 τὸς, ἀπὸ κώπης δ' ἐς γῆν ὀψὲ μετενηνεγμένον τὸ πλείστον. ὄθεν<sup>Imp. Io. Pa-</sup>  
 ἀπεσταλκῶς πρὸς τὸν Κράλλην πρᾶσβειαν, ἡρεθισμένον ἦδη καὶ<sup>lacoI. 2</sup>  
 αὐτὸν (ὡς δεδήλωται) κατὰ βασιλείως, ἐκάθητο μὲν περιμένων C  
 5 συμμαχικὸν ἐκείθεν στρατὸν· ἀπέφραττε δὲ καὶ τὸ τοῦ ποταμοῦ  
 στόμα, τριήρεις ἐφιστάς κατὰ θάλατταν, ὅποι κατιῶν ἀποπτύει  
 τὸ ῥεῖθρον ἐκεῖνος, μή που λαθῶν ὁ βασιλεὺς ἀκτίον ἐκπεμψῆ  
 πρὸς τὸν σατράπην Ἀμοῦρ, συμμαχίαν αὐτῶν. ἔπειτα πέμψας  
 ἑρώτα τὸν βασιλέα, ὅ,τι βούλοιο δοῦν περὶ ἑαυτοῦ, συγκεκλει-  
 10 σμένος τε οὕτως πανταχόθεν καὶ μέλλων ἐς τὴν ὑστεραίαν πο- D  
 λιορκεῖσθαι. (B.) 'Ο δ' ἀπεκρίνατο, σύνηθες οὐκ εἶναι πρὸς  
 πολεμίους πολεμίους ἐξαγγέλλειν στρατηγικὰ μυστήρια. ὁμως ἐπει-  
 δήπερ σοι ἐξ ἁλῶν εἰς τὸ στρατήγιον ἀναξίως πάνν σουτοῦ παρε-  
 ληλυθῶτι στρατιωτικῆς ἐμπειρίας ὡς ποθῶτάτω βαδίζειν ἐπε-  
 15 ται, μῦθον ἐρῶ σοι οὐκ ἄμουσον ἔγωγε πρῶτον· ἔπειτα καὶ περὶ  
 ὧν ἦρον με τάληθῆ σοι οὐκ ἀποκρύψομαι, ἵνα σαφέστερον εἰ-  
 δείης αὐτὸς, ὅσω περιφρονητικῶς ἔσχον ἐγὼ περὶ τὸν ὄγκον τῆς V. 335  
 σῆς ὑπερηφανίας, καὶ ὅπως σοι μὲν τὸ σὸν καταλείπειν ἴδιον P. 413  
 ἐθέλω κἀνταῦθα, ἐμοὶ δὲ τοῦμόν. ἴδιον δὲ σοι μὲν αἰετὸ τὸ χυ-  
 20 ρεῖν τοῖς ψεύδεσιν· ἐμοὶ δὲ τῇ φύσει τῆς ἀληθείας. Ἀνήρ τις  
 τῶν αἰθερίων ὀρνίθων ἐνός ποτε γενόμενος ἐγκρατῆς ἦρετο αὐτὸν,  
 ἐνὶ οἷς ἐστὶ λογιμοῖς. ὁ δ' ἀπεκρίνατο· οὐ τὰ ἐμά σε χρεῶν, ὡ  
 ἄνθρωπε, διερευνᾶν ὅπως ἔχει, ἀλλ' ὅπως ἔξει τὰ σά. εἴ τιγὰρ ἐγὼ

22. ἐνὶ οἷς corr. Boiv. pro ἐνίοις.

milite praelium conserere non admodum audebat: multitudinem quidem ille secum infinitam habens, sed quae ab remis maxima ex parte sero in terram translata fuerat. Missa itaque ad Cralem legatione, qui et ipse iam, ut dictum est, imperatori iratus erat, auxiliares illinc copias quietus expectabat. Verum et fluvii ostia munierat triremibus a mari obiectis, qua parte decurrens amnis aquas in mare evomit; ne forte imperator, cymba ad satrapam Amurim furtim missa, auxilium ab eo peteret. Deinde ad imperatorem misit qui interrogarent, quidnam ipse de se statueret, ita ex omni parte circumventus et postridie obsidionem passurus. (II.) At ille, „non solent”, ait, „hostes hostibus belli vulgare mysteria. Quia tamen a salibus ad summum belli munus homo indignissimus evectus es, eoque fit ut ab experientia militari quam longissime absis, fabulam tibi non illepidam narrabo primum: deinde et ad interrogata tua non dissimulata veritate respondebo, quo clarius ipse intelligas, quam despectus mihi fuerit superbiae tuae fastus, et quomodo velim in eo quoque tuum quidem tibi morem relinquere, meum autem mihi. Est autem mos tuus, ut mendacio gaudeas: meus, ut veritate. Homo quidam, cum aliquando avem cepisset, sciscitabatur ex ea, quaeenam essent eius cogitationes. At illa, non, inquit, necesse est tibi, o homo; explorare meae res quomodo se habeant, sed quomodo se habiturae sint tuae. Nam si divinandī facultate polleo, dicam tibi de me

- A. M. 6851 *μαντικὸς, ἐρῶ σοι περὶ ἑμαυτοῦ μὲν ἥκιστα, περὶ σοῦ δὲ μά-*  
 Ind. 11 *λιστα. τοῖς μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων ὀλιγοσκοποῖς τέχνην ἀθρο-*  
*ζειν ἐξ ὀρνίθων ἐπὶ τὸ ἐσόμενον συμβαίνει πολλάκις διὰ τε κα-*  
*θέδρας αὐτῶν καὶ πτήσεως καὶ κλαγγῆς, οὐκ ἐπίπαν εἰπεῖν*  
*ἐς τὰσφαλές πανταχοῦ τῆς τούτων διανοίας ἀπὸ στοχασμοῦ δια-*  
*σώζειν ἐξικνουμένης τὴν κρίνουσαν ψῆφον. ἐγὼ δ' ὄρνις ὢν οὐκ*  
*ἀπὸ καθέδρας καὶ πτήσεως καὶ κλαγγῆς ἀνάρθρου τὸ μέλλον*  
*ἀναγινώσκειν σοι δώσω, πρὸς ἀνάγκας ἀδήλους τε καὶ μὴ πάνυ*  
 C *σφαφεῖς συνωθῶν σε, ἀλλὰ φωνήεντα χεῖλη καὶ λόγων ἔναρθρον*  
*δύναμιν. ἄκουε γοῦν. εἰ μὲν ἀπολύσαι με προθυμηθείης, ὁ παῖς 10*  
*σοι τεθνήσκει· εἰ δὲ κρατεῖν ἐθέλεις, οὐκ ἂν φθάνοις τεθνη-*  
*κυῖαν θρηνῶν τὴν γυναῖκα. ἐπλήγη τὴν ἀκοὴν ὁ ἀνὴρ· καὶ διη-*  
*πόρει καθ' ἑαυτὸν, μεγίστην ἑκατέρωθεν ὄρων τὴν ἐμβροίθειαν*  
*τοῦ παρ' ἑλλίδα δεινοῦ. ὅμως ἐν ἐκλογῇ δοῦν γενόμενος ἀφύκτων*  
*κακῶν τὸ κουφότερον ὁ ταλαίπωρος εἴλετο, καὶ λόσιν τῷ ἔρ-*  
 D *νιδι παρασχὼν εὐθὺς ἐθρήνει τὸν παῖδα κείμενον. τοῦ μύθου*  
*τοίνυν οὕτως ἔχοντος, ἄκουε καὶ δι' ὃν ὁ μῦθος εἴρηται λόγον.*  
*Ἐπεὶ τῶν στρατιωτικῶν ἐν πείρᾳ γεγένημαι πάλαι πραγμάτων,*  
*ὥς γε καὶ αὐτὸς οἶσθα, οἶδα καὶ ὄσσην τὴν ἡμερήσιον αὐτὸς ἀεὶ*  
*δαπάνην ποιῆ τῶν χρημάτων περὶ τε τὴν ἐπομένην σοι ναυτικὴν 20*  
*δύναμιν περὶ τε τὰς περικὰς φάλαγγας, καὶ ἐπὶ τούτοις ὄσα τε*  
 E *Ἐἀναλλοσκεῖς καὶ ὄσα ἐς ἀεὶ ἀναλώσεις, συχνὰ περὶ συμμαχίας*  
*πρεσβευόμενος πρὸς τὸν ἡγεμόνα τῶν Τριβαλλῶν· καὶ μὴ πρὸς*  
*γε μόνον ἐκείνον ἔχων τοῦ χρέους τὸ βίαιον δαμιλεστέραν πέμπειν*  
*τὴν δεξιάν, μὴ δὲ πρὸς γε δήπου μετ' ἐκείνον τὴν ἡγεμονίδα 25*

*ipsa quidem minime; de te autem verissima. At ex hominibus ii, qui au-*  
*gures sunt, futurorum scientiam ex avibus saepe colligunt; ex illarum sci-*  
*licet sede, volatu, atque clangore, ita tamen, ut veritatem coniectura omni-*  
*no et ubique certa assequi mens eorum haud possit. Ego vero, avis quae*  
*sum, non tibi ex sede, aut confuso clangore, ea quae futura sunt dabo*  
*cognoscenda, obscurae et incertae necessitatis legibus te implicans, sed*  
*vocale os et distinctam articulis orationem adhibebo. Audi igitur. Si me*  
*dimiseris, tuus morietur filius; sin retinueris, mortuam uxorem statim lu-*  
*gebis. His homo auditus percussus est; et secum anceps deliberabat, gra-*  
*vissimam videns utrinque calamitatem praeter spem sibi impendere. Tamen*  
*cum ex duobus inevitabilibus malis alterum ipsi esset eligendum, illud mi-*  
*ser elegit, quod erat levius, ac dimissa avi, iacentem subito filium luxit.*  
*Ac fabula quidem ita se habet. Accipe iam, quorsum fabulae sententia per-*  
*tineat. Quia rei militaris usum habeo iampridem, ut ipse scis; non ignoro,*  
*quantos ipse diurnos sumptus facias, tum in copias navales, quae te se-*  
*quantur, tum in pedestres legiones: ac praeterea, quantum impendas ac*  
*semper impensurus sis pecuniae in illis legationibus, quas petendi auxilii*  
*causa ad Triballorum principem frequentes mittis; coactus non solum mu-*  
*nera illi pinguiora mittere, atque ipsi deinde reginae eius uxori: sed prae-*



σύζυγον, ἀλλ' ἐπὶ τούτοις θωπεύειν ζητεῖν καὶ χρήμασι περιέρ- A. C. 1343  
 χασθαι τοῖς ἐκάστῳ προσήκουσι τῶν τοῖς ἡγεμόσι παραδυνα- Imp. Io. Pa-  
 στευόντων Τριβαλλῶν· ἃ πάντα σε τὴν ταχίστην ἀπειρηκέναι F laeol. 2  
 βιάσονται καὶ μάλα τοι προθυμούμενον. Τὰ δ' ἐμὰ στρατόπεδα,  
 5 ἣ τε περὶ ἐμὲ διηνεκῆς δύναμις καὶ Θετταλία μικροῦ πῦσα.  
 ἀκούειν δ' οἶμαι σε τὴν Θετταλικὴν ἵππον ἤλικη, καὶ ὅσην ἔχει  
 τὴν ἐμπειρίαν ὁ στρατὸς ἐκεῖνος πρὸς τὰ πολέμια, καὶ ὅπως μα-  
 κρῶν καὶ ποικίλων πολέμων εἰσὶν ἀθληταί. ταῦτα δ' οἴκοι κα-  
 θῆσθαι προσετείχευεν ἐγὼ μέχρι καὶ ἐς τὸν τῆς χρείας καιρὸν, P. 414  
 10 ἵνα δυοῖν οὐδέτερον τῶν οὐ συμφερόντων ὀρώτο γινόμενον· μήτε  
 γὰρ ἐν ἀλλοτρίᾳ τὴν δίαίταν ἀπρακτὸν τρίβοντας ἐνεῖναι δαπανῶν  
 ἑαυτοὺς ἐν οὐ καιρῷ, μήτε τοὺς ἡμετέρους δησοῦν ἀγροὺς καὶ  
 τὰς ἀμπέλους ἐν ἀκμῇ τοῦ καρποῦ καθεστηκυίας ἀρπάζοντας δια-  
 φθεῖρειν· οἷα φιλεῖ τοῖς στρατοπέδοις συμβαίνειν ὡς τὰ πολλὰ  
 15 διὰ τὴν δημοτικὴν ἀναρχίαν. ἣ γὰρ τῶν τιοούτων φθορὰ τοῖς  
 μὲν ἔχουσι ζημίαν παρέχει καὶ βλάβηται τὰ μέγιστα· τοῖς δ' ἀρ- B  
 πάζουσι μικρὰ πολλάκις ἢ οὐδὲν ὠνησεν, ἀλλ' ὡς ἔπος εἰπεῖν,

Χελλεα μὲν τ' ἐδίην', ὑπερώην δ' οὐκ ἐδίηνε.

ταῦτ' οὖν ἐμοὶ μὲν, στρατιωτικαῖς ἐμπειρίαις συντεθραμμένῳ,  
 20 προειδέναι ἔπεισι· σοὶ δ' οὐ. Διὰ σοὶ μὲν ἐν τοῖς παρέργοις τὴν V. 336  
 ὄλην ἰσχὸν περιγίγεται δαπανῶντι τελευτῶν εἰς ἀμηχανίαν, καὶ

2. τοὺς ἐκάστῳ προσήκοντας τῶν τοῖς ἡγεμόσι κατ. conl. Boiv.  
 aut aliquid excidisse putat. Ego ad Τριβαλλῶν subintelligo τινάς.  
 3. ἃ πάντα σε cod. Vat., ἀπαντά σε apogr. Par. 16. τοῖς δ'  
 ἀρπάζουσι pro τοῖς δ' ἀρπάζοντας, ut annot. Boiv.

terea ambiciose adulari, ac pecuniis circumvenire singulos quosque neces-  
 sarios et clientes eorum optimatum, qui plurimum possunt apud principes  
 Triballorum. Quae omnia te, quamvis promptissimum, cedere ac desistere  
 incepto protinus cogent. Exercitus autem mei sunt, primum eae vires, quae  
 me perpetuo comitantur, tum etiam tota fere Thessalia. Atqui audiisse te  
 opinor, quantus Thessalorum equitatus, quantumque ille in re militari ha-  
 beat experientiae, et quomodo sit longis ac multiplicibus bellis exercitatus.  
 Eas ego copias domi sedere, quoad necessitas urgeret, imperaveram; ne  
 ex duobus, quorum neutrum expediebat, alterum existeret: neque enim par  
 esse externo in solo versantes propriis sumptibus viticare, alieno tempore;  
 neque ab illis agros nostros vastari, ac deleri vites maturo iam fructu di-  
 reptas; ut fieri ab exercitibus solet, populari plerumque licentia. Earum  
 quippe rerum direptio dominis quidem damno est ac plurimum nocet: diri-  
 pientibus autem parum aut nihil affert utilitatis; immo, ut ita dicam,

Labra rigat: medio sed non rigat ore palatum.

Haec sunt, quae mihi militaris disciplinae alumno praevidere est: tibi au-  
 tem minime. Cum igitur totas vires in ea impendas, quae ex re minime  
 sunt, reliquum est, ut in summas tandem angustias adducare, et pecuniarum

A. M. 6851 τὴν τῶν χρημάτων ἀπειρίαν κενοῦν εἰς πράξεις κακοπραγούσας,  
 Ind. 11 C δι' ἀπειρίαν τοῦ στρατηγεῖν· ἐμοὶ δ' ἐμπειρίας συντετραμμένῃ  
 \ στρατηγικαῖς τὴν τῶν χρημάτων ἔνδειαν πράξῃσιν εὐπορίαν ποιεί-  
 σθαι χρηστῶν καὶ πλοῦτον κατορθωμάτων τὸ τέλος ἐνδείκνυσθαι.  
 τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, ἔψεται δὴ σοὶ λοιπὸν τὸ τοῦ μύθου. 5  
 εἰ μὲν γὰρ ἀπιδῶν πρὸς τὸ τῆς δαπάνης πολύχουν μὲν, ἀνόνητον  
 δέ, καὶ ἅμα πρὸς τοὺς ἐπιόντας ἐκ τῶν πολέμων κινδύνους, πα-  
 D λινδρομεῖν τὴν ταχίστην ἐθελήσειας ἐς Βυζάντιον οἴκαδε, συμ-  
 ψήφῳ δι' ἀπόγνωσιν τῆ ἀνάγκῃ χρησάμενος, μακρὸν μὲν ὄφλη-  
 σεις τὸν γέλωτα· αἰσχρὸν γάρ φασιν Ὀμηρίδαι, 10  
 δηρὸν τε μένειν κενεὸν τε νέεσθαι.

καὶ πρὸς γε ζημιώσῃ τὰς πόλεις, ἃς ἐπιὼν αὐτὸς ἀπονητὶ κα-  
 θέξειν ἐλπίσω. εἰ δὲ τὸ μὴ τοιοῦτοις περιπεπτωκέαι κινδύνους  
 ὁμοῦ καὶ ὀνειδεσι φυλαττόμενος παραμένειν ἔτι φιλονεοκίης, οὐκ  
 E ἂν φθάνοις μετὰ τοῦ γέλωτα ὄφλειν μακρὸν καὶ τὴν κεφαλὴν 15  
 ἀφαιρούμενος, καὶ βιαίως οὕτως ἀποθόρηγνός τὴν ψυχὴν, ἐπει-  
 δὴν κυκλωθεῖσα ἡ πόλις, τὸ σὸν νῦν ὀρηγήριον, ἐκ τε γῆς καὶ  
 θαλάττης μετὰ πολλῶν ἐπιόντος ἐμοῦ τῶν δυνάμεων, ἐπὶ τὸν  
 αἴτιον τρέψῃται σε τὴν ὀργήν. Μεταπέμψομαι γὰρ οὐ Θετταλι-  
 κὴν μόνον ἵππον, καὶ ὅσα ἐκείθεν στρατόπεδα, ἀλλὰ σοῦ γε 20  
 F εἵνεκα καὶ Περσικὰς ἐξ Ἀσίας δυνάμεις. σὺ γὰρ ἤδη τοῦτ' ἐπε-  
 πράχεις πρῶτος, καθ' ὁμοφύλων δι' ἐμὲ Περσικὴν ἐλάσας δύ-  
 ναμιν. τὸ δ' ἐκ τῶν ὁμοίων τὸν ἀδικήσαντ' ἀμύνεσθαι, εἰ μὲν

infinatam exhaurias in res male cessuras, propter tuam in re militari imperitiam. Mihi vero, in quo imperandi usus cum aetate adolevit, pecuniarum penuria in rerum bene gerendarum opportunitatem cessura est, ac prosperis me successibus tandem ditabit. Quae cum ita sint, consequetur profecto illud, quod in fabula est. Si enim ad sumptus profusos, at minime utiles, simulque ad impendentia ex bellis pericula respexeris, eoque Byzantium reverti quam celerrime volueris, auctorem prae desperatione sequutus necessitatem, maximus erit de te risus: turpe enim esse Homeridas dicunt,

mansisse diu vacuumque reverti.

Ac praeterea urbes amissurus es, quas ego obeundo nullo ut spero labore capturus sum. Si vero, dum caves ne in illa pericula simul ac probra incidas, pertinaciter adhuc manseris; non poteris facere, quin praeter risum de te multum capite etiam plectaris animamque ita violento fato effundas; tum videlicet cum urbs, tuum nunc perfugium, undique circumsessa, urgente me magnis cum copiis terra ac mari, in te, qui malorum auctor fueris, iram omnem vertet. Arcessam nempe non Thessalicum modo equitatum, et quidquid illinc copiarum est; sed tui quidem causa et Persicas ex Asia vires. Iam enim tu commisisti id primus, qui Persicam manum mei causa in cives immisisti. Iniuriam autem simili facto ulcisci, culpa

ἀνελέγκλητον εἶναι κρίνοις αὐτὸς, ἀθῶος ἐγὼ, καὶ πρὸς αὐτῶν A. C. 1348  
 τὴν μαρτυρίαν τοῦ συγκεχωρηκότος λαμβάνω τῶν βασκαϊόντων. Imp. Io. Pa-  
 εἰ δ' εἰς ἐγκλήματος λόγον ἀνάγεις τοῦμὸν πρῶγμα, ὥρα σοι λο- laeol. 2  
 γίεσθαι, πηλίκων καὶ ὄσων τῶν ἐγκλημάτων ὑπεύθυνον σὸ σαυ-  
 5 τὸν ἐπεπράχεις ἐθειλοντῆς, κατὰ τε μηδὲν ἀδικούντος ὄπλα το- P. 415  
 σαῦτα κινῶν ἀσεβῶν ἀναμιξὶ καὶ ὁμοφύλων, καὶ πάντων ἀπειδῶν  
 χρημάτων, καὶ πᾶσαν Ῥωμαίων γῆν διαφθείρων, καὶ νεῶς κα-  
 θαιρῶν, καὶ μiasμάτων ἐμπιπλὺς ἱερὰ, καὶ πολυτρόπως τοῖς  
 10 θεοῖς ἐμπαροινῶν, καὶ πάσης πολιᾶν ἐδγενείας ἐκ μέσου ποιῶν,  
 10 καὶ πάντε φύρδην ἄνω καὶ κάτω κυκῶν καὶ διαστρέφων· ἵνα τί  
 γένηται; ἵνα σὺ μόναρχος καταστῆς, μελλοσιν ἢ κατὰ σέ καὶ τὴν  
 τύχην τὴν σὴν ἐπιβάλλων πράγμασι. τῆς ἀπονοίας· ὥσπερ ἂν εἰ B  
 μηδεὶς τῶν γινομένων ἐπόπτης δίκαιος ἦν, καὶ πάντα διοικῶν  
 πρὸς τὸ βέλτιον, ἀλλ' ἀκυβέρνητον εἶχε τὸ πᾶν καὶ πλημμυλῆ  
 15 τὴν φορᾶν. Καὶ ταῦτ' οὐδὲ πρὸς τὰς ἐμας φυγὰς καὶ τύχας  
 ἀπιδῶν συνέσεως ὅτιοσν εἰς δυσώπησιν ἐδυνήθης λαβεῖν, ὅπως  
 τοὺς μὲν φίλους, καὶ πολλὰς ὀφειλοντας ἔμοιγε χάριτας, ὡς  
 πολεμίους ἐξῶπλισε κατ' ἐμοῦ τὸ μανιώδες τῆς γνώμης· τοὺς  
 δ' ἐχθροὺς καὶ δυσμενεῖς, ὅφ' ὦν μοι προσῆκε πάσχειν μᾶλλον C  
 20 κακῶς, φίλους αἱ τῆς δίκης πλάστιγγες ἔδειξαν ἀκριβεῖς· καὶ ὅν  
 ὁ ὑμέτερος κλύδων εἰς πυθμένεας κατήνεγκε συμφορῶν, ὑπέρτερον  
 παραδόξως ὑμῶν ἐπεπράχει θεός. καὶ νῦν, ὡς ὄρας, ἐμοὶ μὲν  
 ἔξουρίας ἄπαντὰ γε χωρεῖ, καὶ χωρήσει ξὺν γε θεῷ. σὺ δ' ὄλους

vacare ipse si iudicas, innocens certe ego, et concessae veniae testimonium accipio ab ipsis obtrectatoribus. Quod si factum illud meum in crimen adducas, iam tibi cogitandum est, quot et quantis criminibus te obnoxium ultro feceris, cum tot in me innocentem infidelium promiscue ac civium arma movisti, cum nulli sumptui pepercisti, cum totam Romanorum ditio-nem vastavisti, templa evertisti, sacra omni scelere violasti, cum in di-vina multifariam et petulantissime bacchatus es, cum omnis nobilitatis ve-nerandam canitiem de medio sustulisti, cum omnia nullo discrimine sursum deorsum miscuisti atque invertisti; quo consilio? nimirum ut tu solus rerum potirere, maiora te ac tua conditione affectans. Proh dementia! quasi nullus foret arbiter iustus, a quo adspiceretur quodcumque fit, a quo omnia quam optime administrarentur; sed universa nullo rectore, nulla lege irent. Ac ne quidem ad mea exilia measque calamitates cum respice-res, erudiri ad verecundiam potuisti, cogitando quomodo eos quidem, qui mihi amici erant ac plurimum mihi debebant, animi sui furor in me tan-quam hostes armaverit; inimicos autem, et eos, a quibus laedi me aequius erat, amicos mihi divinae iustitiae lances veros ac certos probaverint; et quem vester ille aestus in profundos calamitatum fluctus merserat, eum Deus praeter omnem opinionem vobis altiozem effecerit. Et nunc, ut vides, mihi quidem omnia flatu prospero eunt, et porro ibunt Deo iuvante. Tu

- A. M. 6851 ἀηλωκῶς χρημάτων σωροῦς, τῶν τ' ἑμῶν δηλαδὴ μεθ' ὅσα  
 Ind. 11 D τοῖς βασιλικοῖς ἐνῆν πρυτανεῖοις καὶ ὅσα πᾶσιν εὐγενέσι τυ-  
 V. 337 μιερόμενα πέπραχας ἄρπυγμα ληστρικών, οὐδὲν πλέον κατορ-  
 θοῖς, ἢ τὸν Πηνελόπης ὑφαίνεις ἰστόν· ὃν πανημέριον ὑφαινό-  
 μενον τὸ σκότος ἀνέλυε τῆς κατοπίν νυκτός. δῆλον οὖν ἂν ἐν-5  
 τεῦθεν εἶη καὶ τοῖς μικρὰ φρονοῦσιν, ὡς ἑμῖν μὲν ἀδικοῦσιν  
 ἥμιστα συλλαμβάνειν ἐθέλει τὸ θεῖον· ἀδικουμένῳ δ' ἔμοιγε  
 καὶ μάλα μάλιστα. καὶ δέον ἑμᾶς, ἀφοσιουμένους τὴν ἐκ θεοῦ  
 νέμειν, τὸ τῆς ἀρετῆς ἐπίσχειν ἀταμείντον, ἑμῖν δ' ἡρεμεῖν οὐκ  
 E εἰς μνήμην οὐδ' ὄψε τῶν χρόνων ἔρχεται. Ὅμως εἰ μὴ ἐν τῷ αὐ- 10  
 τῆκα φεύγων αὐτὸς οἰχῆση, κακοδαιμονία δὲ τις συνέστιος κατὰ  
 χώραν ἄχρι καὶ ἐς ἐβδόμην ἡμέραν διακαρτερεῖν ἀναγκάσει, ἔργα  
 λόγων ὄψει πολλῶ κραιπαλιώτερα. (Γ.) Ταῦτ' εἰπὼν τοὺς μὲν  
 πρέσβεις ἀφῆκε πορεύεσθαι· αὐτὸς δ' ἀκάτιον κατεσκευακῶς  
 λάθρα δι' ἀμάξης κατήνεγκεν ἀλλαχόθεν εἰς Θάλατταν, στα- 15  
 F δίοις Βεβρόοις διέχουσαν ἐξήκοντα καὶ ἑκατὸν, δι' οὗ τὴν καλέ-  
 σουσαν ἀπειστάλκει πρεσβείαν τὸν τῆς Λυδίας σατραπὴν Ἀμούρη.  
 καὶ ἦν ὁ καιρὸς τρηκαῦτα παρὰ τὰς τοῦ κυνὸς ἐπιτολάς.

A. C. 1343  
 Imp. lo. Pa-  
 laeol. 3  
 P. 416

9. Ἐπανιόντων δὲ τῶν πρέσβων ἐκ Βεβρόοις, Ἀπόκαυκος  
 διακηκῶς, „Ἐγὼ δ' οὐκ ἂν ποθ' ὁμολογήσαιμι νόθον εἶναι καὶ 20  
 μὴ πάνν προσῆκον τοῖς στρατηγεῖν αἰρουμένοις (ἔφη) τὸ ψεῦδε-  
 σθαι, ὅτι μὴ καὶ μάλιστα σφισιν ἁπάντων εἶναι τῶν ἀναγκαιο-  
 τάτων. δυοῖν γὰρ ὄντοιν πραγμάτων, ἀληθείας καὶ ψεύδους,

vero consumptis pecuniarum acervis, mearum nempe, praeter id omne quod principum aeriis inerat et quiddid apud nobiles omnes repositum latro- nibus rapiendum dedisti, nihil aliud nisi Penelopes telam texuisti, quam tota die elaboratam sequentis noctis umbra retexebat. Patet itaque inde cuivis etiam mediocris ingenii homini, minime Deum velle adesse vobis iniuriam facientibus; mihi autem, qui iniuria affectus sum, affuturum esse maxime. Et tamen cum oporteat vos, divinam indignationem reveritos, furorem animi impotentem reprimere, nihilo magis vobis venit in mentem, tandem ut aliquando quiescatis. At nisi statim ipse fugitivus abeas, si te sinister aliquis genius, tecum habitans, ad septimam usque diem durare et manere hic cogat, videbis sane graviora multo dictis facta." (III.) Haec loquutus legatos dimisit. Ipse parari naviculam et rhedae impositam clanculum alia de parte in mare deportari curavit, quod Berrhoea distat centum et sexaginta stadiis: atque ita misit legatos, Lydiae satrapam Amurium arcessituros. Erat autem ferme illud tempus, quo Canis oritur.

9. Reversis Berrhoea legatis, Apocaucus, ubi renunciata audiit, „Ego vero," inquit, „nunquam hoc dederim degeneris animi esse, ac non omnino dignum eo, qui exercitibus praesit, mentiri aliquando. Quin illud per- necessarium esse dixerim, et omnium quidem maxime imperatori. Cum enim duae res sint, veritas et mendacium, unum ex utraque re emolumen-

ἔν ἑξ ἀμφοτέρων πορρίζεται κέρδος ὁ στρατηγός, καθ' ὁπότερον A. C. 1343  
 ἴδη συνωθοῦσαν τὸ συμφέρον τὴν τῆς χρείας ἀνάγκην. φιλοσό- Imp. Io. Pa-  
 φους γὰρ καὶ ὄσοις τὸ μὴ πάντῃ τοῦ βίου κοινωνικὸν πραγματεύε- laeol. 3  
 ται ἴδιον ἂν εἶη τὸ ψεύδους παντὸς ἄμικτόν τε καὶ ἀβαφῆ τὴν  
 βγλῶτταν τηρεῖν, οἷς οὐδεμία πρόσεστι βίου φροντίς, παρενημέ-  
 χθαι τῆς ἀληθείας πείθουσα. οἷς δ' ἀληθεύσασι μὲν ἐνίοτε δια-  
 κινδυνεύεται πόλεις αὐτάνδρους καὶ στρατόπεδα πάντ' ἀπολέσθαι,  
 ψευσαμένοις δ' ὄλην ἀπραιφνῆ χαρίσασθαι σωτηρίαν· ποῦ οὐκ  
 ἂν ἀτοπίας ἐλαῦνοι, πρὸ τοῦ συμφέροντος ψεύδους αἰρεῖσθαι τὸ  
 10 τὰ ἔσχατα βλάπτειν τῆς ἀληθείας; ἐγὼ γὰρ μυριάκις ἂν ἐλοίμην, C  
 ἕξδὸν μετὰ τοῦ ψεύδεσθαι, σῶζειν καὶ πόλεις ὁμοῦ καὶ στρατό-  
 πεδα, τοῦ γε ξὺν τῇ ἀληθείᾳ πρὸς βάρβαρον ἡπικλείας ἐλαῦναι  
 ἀπανθ' ἑκῶν. ἀνηποστάτου γὰρ ὄντος καὶ ἀνουσίλου τοῦ ψεύδους,  
 ἀνάγκη τὸν τούτῳ χρώμενον; ὁπότε χρώτο, μηδὲν ἄλλο γε δρᾶν,  
 15 ἢ σιωπῆν τινα καὶ φειδῶ τῆς ἀληθοῦς οὐσίας πραγματεύεσθαι·  
 καθάπερ δῆπου καὶ ὅσα τῶν κειμηλίων πολυτελέστερά τε καὶ τι- D  
 μιώτερα τοῖς ἔχουσι νῦν μὲν καλύπτεται τοῦ συμφέροντος εἰ- V. 338  
 νεκα, νῦν δ' ὥσπερ ἀνακαλυπτῆρια θύειν τοῖς τῶν ἀνθρώπων  
 ὀφθαλμοῖς τὸν ἴσον ἕξεισι τρόπον. ὥστ' οὐ δικαίως ὁ Καντα-  
 20 κουζηνὸς τὴν γραφὴν ἐμολ τοῦ ψεύδεσθαι, ὡς γε οἶμαι, προστρέ-  
 βεται, τοῦ λυσιτελοῦς ὡς μάλιστα ποιουμένῳ τὴν πρόνοιαν. ἐγὼ  
 γὰρ ἐλάττωμα ἂν ἡγήσάμην, εἰ μὴ τοιοῦτος εἶην· κἀκείνῳ δ'  
 αὐτῷ, εἰ στρατηγὸς ποιεῖν ἐβούλετο πρᾶγμα, τότε ἂν με λοιδορεῖν  
 ἐχρῆν, ὅτε μὴ οὕτω τοῖς ἀνὰ χεῖρας ἑώρα με πρᾶγμασι προσιόντα. E

tum percipit imperator, prout videt in hanc vel illam partem necessitate  
 impellente inclinare utilitatem. Ac philosophorum quidem, et eorum qui  
 vitae societati non omnino student, proprium fuerit linguam ab omni men-  
 dacio alienam et sinceram servare, cum nulla sit illi vitae cura, quae ut  
 recedant a veritate persuadeat. At ii, quibus, si vera dicant, metus est, ne  
 universas civitates ac totos exercitus perdant, mentientibus autem spes est  
 integram omnium salutem vindicandi, quo non illi amentiae perveniant, si  
 perniciosam veritatem utili mendacio priorem habeant? Enimvero ego cen-  
 tities maluerim, si possim, mentiendo servare et urbes et exercitus, quam  
 servata veritate omnia sponte pessumdare. Cum enim re et substantia ca-  
 reat mendacium, hoc qui utatur, eum necesse est, quando utitur, nihil aliud  
 nisi id agere, ut substantia veritatis silentio quodam ac parciore usu pre-  
 matur; quemadmodum in suppellectili, quae sumptuosissima sunt ac pretio-  
 sissima, ea a dominis nunc absconduntur, quia ita expedit; nunc hominum  
 oculis, velut novae nuptae posito flammeolo, possunt eandem ob causam  
 spectanda offerri. Non iuste itaque Cantacuzenus crimen mihi mendacii  
 (ut quidem puto) inurit: mihi inquam, qui utilitatis potissimam rationem  
 habeo. Immo ego me minoris aestimandum putarem, si eiuamodi non essem.  
 Iste autem, si id quod imperatoris erat facere voluisset, tunc mihi debuit  
 convitiari, cum videbat me non aggredi ea, quae exsequi tam facile et

A. M. 6351 Ἐμὲ δ' ἐκείνο μάλιστα πάντων ἐπαίρει θανμάζειν ἐκείνου, πῶς  
 Ind. 11 ταῦτ' ἐπείγεται δρᾶν, οἷς ὀνειδίζων ἐκτόπως ἐμοὶ λοιδορεῖται,  
 P. 417 τὴν βαρβαρικήν φημι καὶ ἀλλόφυλον συμμαχίαν. εἰ γὰρ ἐν ἀλλο-  
 τροις πταίμασιν ἰδίαν ἀσφάλειαν ἐγκωμίων αὐτὸς ἐπορίσματο  
 καὶ τῷ ὄντι τὰ μοι πεπραγμένα μεμίσηκε, ποθεῖν οὐκ ἐχρῆν, 5  
 οὐδὲ μιμῆσθαι. τὸ γὰρ μιμῆσθαι φιλοῦντός ἐστιν, οὐ μισοῦν-  
 τος, καὶ θανμάζοντος μᾶλλον ἢ ψέγοντος. οὐδεὶς γὰρ ἂ μισεῖ  
 B δρᾶν ἐκ ψυχῆς ἐπείγεται, τοῦ βιαζομένου παντὸς ἐκ ποδῶν ἰστα-  
 μένου. εἰ δὲ γλώττῃ μὲν λοιδορεῖται τούτοις οἷς ἐμὲ πρᾶττοντα  
 βλέπει, ἔργοις δ' οὐχ ὅπως οὐκ ἄποσπεύδει τὴν μίμησιν, ἀλλὰ 10  
 καὶ προσεπιδαφιλεύεται, δῆλον ὡς οὐχ ὅτι μισῶν λοιδορεῖται,  
 ἀλλ' ὅτι μὴ πρῶτος αὐτὸς ἐπεπράχει δυσχεραίνει· ὥστε δυοῖν  
 ὀπότερον καθ' ἑτέρου ψηφισθεῖν, καὶ πατέρῳ τούτῳ δικαίως  
 ἀκολουθήσῃ, καὶ ὁμοίως ἀμφοτέροις ἢ τὰ τῆς ἐπιτιμῆσεως ἢ τὰ  
 C τῆς συγγνώμης ἐφ' ὁμοίοις τοῖς πράγμασιν ἔνεται." (B.) Ἐκεῖ- 15  
 νος μὲν οὖν ταῦτ' ἐλέξε, σφόδρα τῆς ἑαυτοῦ καταψευδόμενος  
 φύσεως, καὶ πιθανότητι γλώττης τὴν τῶν πραγμάτων ἕποκλέ-  
 πτων ἀλήθειαν. ἔθος γὰρ αὐτῷ διηγεῖσθαι τοῦτ', καὶ πολλῶν  
 τούτῳ περιφανῶς ἐνεκαλλωπίσματο, ἕτερα μὲν τῇ γλώττῃ προσφέ-  
 ρειν, ἕτερα δ' ἐν τῇ διανοίᾳ καλύπτειν, καὶ μαχομένην δε- 20  
 D κνύειν τῇ γλώττῃ τῶν λογισμῶν τὴν μελέτην. πολλὰ μὲν οὖν κἀν-  
 ταῦθα τῇ γλώττῃ θρασυόμενος τοῖς ἔργοις ἠλέγητο. αὐτὸς  
 μὲν γὰρ διὰ δέος ἐν Θεσσαλονικῇ παρέμεινε· τὴν δὲ στρατιάν

13. τοῦτο et ἀκολουθήσῃ em. Boiv. pro τούτῳ et ἀκολουθηθήσῃ.

promptum esset. Iam vero eum ut mirer hoc maxime inducor, quod ea fa-  
 cere molitur, quae mihi ut probra insolenter obicit: armorum dico cum  
 barbaris et alienigenis societatem. Nam si in alienis ruinis laudum sua-  
 rum stabilitatem collocavit, et revera odio illi sunt ea quae gessi, affectare  
 atque imitari haud oportebat. Imitari quippe amantis est, non aversantis,  
 et eius magis qui admiraretur, quam eius qui vituperet. Nemo enim quas  
 res odit, eas vere et ex animo, cum omnis vis abest, facere studet. Quod  
 si ea, quae per me fieri videt, lingua quidem ille criminatur, re autem ipsa  
 non solum non abhorret ab imitando, sed et insuper cumulum addit: evi-  
 dens est eum, non quia oderit, criminari; sed quia primus haud fecerit,  
 ideo moleste ferre. Utracunque igitur in unum e nobis lex lata fuerit, ea  
 in alterum etiam merito cadat necesse est, et ex similibus factis similem  
 utrinque consequi reprehensionem aut veniam." (II.) Haec sunt, quae ille  
 dixit, de sua indole admodum mentiens, ac sermonis probabilitate rerum ve-  
 ritatem obcurans. Mos enim hic illi perpetuus fuit: eoque se palam saepe  
 tanquam ornamento aliquo venditavit, quod aliud ore pronuntiaret, aliud  
 in animo occultum haberet, et pugnare cum lingua consilia eius et cogita-  
 tiones appareret. Multam igitur tum quoque audaciam verbis professus  
 factis redarguebatur. Nam ipse quidem Thessalonicae mansit praec metu:

τῶν ἐπισήμων ἐν παραδοῦς ἐπὶ Βεῤῥόσιαν ἔπεμψε, παραγγέλλας ἄχρι τριῶν ἑκαὶ παραδελξαντας ἑαυτοὺς ἡμερῶν τὴν ταχίστην ἐπανίεαι. οὐ γὰρ δρᾶσοντάς τι γενναῖον σφῶς ἐπεπόμφει· τῶν γὰρ ἀμηγάνων ἐν ἐδόκει τοῦτ' αὐτῷ· ἀλλ' ὅσον μὴ φωραθῆναι 5 τὴν τούτου δειλίαν τοῖς πλείστοις. τοῦ γὰρ τοι θράσους ἀνδρία καὶ τόλμη πολεμικῇ συνοικεῖν σὺδαμῇ δυναμένου, πῶς ἂν αὐτὸς, μακρὸν μὲν ἐν τῇ γλώττῃ τὸ θράσος ἔχων, μακροτέραν δ' ἐν τῇ ψυχῇ τὴν δειλίαν, γεγυμνωμένοις ξίφεσιν ἢ αὐτὸς ποδ' ὁμιλήσειεν, ἢ πείσειεν ἄλλους; θῦττον μεντὰν τοῦ σώματος 10 ἀποθῆρηγνυμένην θείσασαίτο τὴν ψυχὴν, ἢ συθῆρηγνυμένου πολέμου πύταγον ὄπλων ἀκούσειεν. (Γ.) Ἐπεὶ τοίνυν πεπαθῆρησιασμένη μύγῃ τὸν πολέμιον οὐκ ἐνῆν κατεργάσασθαι, πρὸς τὰς ἐν κρυφῇ συνθήεις αὐθις ἔβλεψε μηχανὰς καὶ τοὺς λαθραίους δόλους. κἀπειδὴ γε ἠχηκόει τὴν βασιλέως οἰκίαν εἶναι παρὰ τὸ τεῖχος τῆς 15 πόλεως ἔνδον· ἀφ' ἧς ἐξιώντα τὸν βασιλέα περὶ μέσας πού νύκτας μεμονωμένον τε καὶ ἀρύλακτον ὡς τὰ πολλὰ περισκοπεῖν ἐκ τῶν ἐπάλλξεων, εἰ ἐπίοιεν ἔξωθεν αἱ τῶν ἀντιπάλων δυνάμεις καὶ 20 ὅσοι πάντα πύργον καὶ πᾶν ἡμιπύργιον διαλαγγάνοντες φωναῖς ἀλλεπαλλήλοις τὰ νυκτερινὰ παρεμετροῦντο διαστήματα· πολλοῦ τιος ἐπρίατο μισθοῦ τῶν εὐφρωῶς ἐχόντων τῆς τοξικῆς ἀσκήσεως ἕνα τινὰ, καὶ τοῦτον εἰς Βεῤῥόσιαν πέμψας κατὰ τὸ λεληθὸς

A. C. 1343  
Imp. Io. Pa-  
incol. 3

4. μὴ Boiv. pro moi.

exercitum autem uni ex primoribus commissum Berrhocam misit; praecepitque, postquam se illic per tres dies ostentassent, ut redirent quam celerrime. Non enim ut aliquid praeclari facerent, eos miserat; qui nullo modo fieri id posse existimabat; sed ut ne a plerisque timiditas eius deprehenderetur. Enimvero si nulla esse potest arrogantiae cum fortitudine et bellica magnanimitate societas; quomodo ille, cui tantum in lingua arrogantiae erat, in animo autem timiditatis multo plus, nudatis ensibus aut ipse interfuisset, aut aliis ut interessent persuasisset? Citius profecto erumpentem corpore animam vidisset, quam in belli conflictu sonitum audisset armorum. (III.) Quia igitur aperto Marte hostem profligare haud poterat, ad suas illas denuo occultas artes et obscuras dolos respexit. Et cum audivisset imperatoris domum iuxta muros sitam in urbe esse, eaque solum illum egredi circa medias noctes solum, ac plerumque incustoditam, ut circumspiceret e propugnaculis, exploraretque, num extrinsecus hostium caepiae ingruerent; et qua vigilantia urbem intus custodirent sive ii, qui per urbem mediam armati obambulabant et vias circumibant, sive ii, qui turrim quamlibet aut turriculam sortiti, crebris clamoribus sese mutuo compellantes, nocturna intervalla metiebantur; magna mercede quendam conduxit ex iis, qui singularem habent ad tractandum arcum dexteritatem, et

A. M. 6851 *παρήγγειλε νύκτωρ ἐξιόντα τῆς οικίας τὸν βασιλέα καιρίαν βασιλεῦν*  
 Ind. 11 *ἔκ τοῦ τείχους, καὶ παραχρῆμα σχολίῳ διὰ τῶν ἐπάλξεων διεκπε-*  
*σόντα πρὸς τὸ στρατόπεδον ἀπαθῆ τὴν σωτηρίαν πορίσασθαι.*  
*τῆς τοίνυν ὥρας ἑλληθυσίας, ἐν ἣ τὸν βασιλέα τῷ εἰωθῶτι χρῆ-*  
*σθαι γέγονε περιπάτῳ παρὰ τὸ τεῖχος τῆς πόλεως, τρις μὲν εὐ-5*  
*θὺς ὁ τοξότης ἐκείνος ἐτείνετο τὸ τόξον· τρις δ' ἀτυχῶν περὶ*  
 αὐτός. Θόρυβον μὲν γὰρ ἐξ εἰρήνης ῥάδιον καὶ τοῖς φανλοτά-

rium obtinet: rati, opinor, quamdiu ibi futuri essent, posse se in ea urbe, quae omnium maxime totius undecunque orbis domicilium esset, et in qua dissoni versarentur et varii tam sermone quam moribus homines, suam nequitiam obumbrare, et ex avibus imitari picos Martios, qui circum arbores volitando, omnemque ex omni parte corticem rostris tundendo, quidquid sanum est praetererunt, et ei solum parti incumbunt diutius, quae vitiosa est ac putrida, eaque altius excavata vescuntur.

8. Mortuo imperatore, cum res Romanorum in bellum civile incidissent, et omnia tanquam nimbo ac nocte ita caligarent, ut quo quisque veheretur ne ex astris quidem, ut aiunt, conici posset; rebusque omnibus sursum deorsum euntibus, tam vicinum esset tamque expectaretur exitium, quam ab erat ac desperabatur salus; (etenim ferunt in discordiis pessimo cuique honorem obvenire; eum autem, qui quoquomodo ad meliora inclinat, luctuosissima pati ac tragicas percipere calamitates;) ea propter et mihi optimum esse visum est tranquillam vitam eligere, ab aulicis theatris absistendo. Sublato enim mali irritamento, remotisque iis, quae contentiosam pugnam accendunt, etiam ipsius mali progressionem cessare existimavi. Cum itaque hortando alios neminem qui crederet invenire potuissem, id feci, quod in me erat. Tumultum nempe ex pace efficere etiam vilissimis et infimae

τοὺς καὶ βάνουσιν ἄγουσι βίον ποιεῖν· ἐκ δὲ θορόβων εἰρήνην, **A. C. 1344**  
οὐδὲ τοῖς σφόδρα συνετοῖς μᾶλα τοι εὐδοκίαν. τὸ μὲν γὰρ αὐτονο- **Imp. lo. Pa-**  
μία φύσεως ἄγεται· ἡ δὲ φύσις ἄτακτον καὶ ἀνώμαλον ὠμολό- **laeol. 4**  
γηται εἶναι· τὸ δὲ παιδεία καὶ συνέσει βεβουλευμένη καὶ σώφροσι  
5 **βλογισμοῖς** οὐκ ἀκίβηται. ὅθεν τὸ μὲν καὶ τὰς οὐκ οὐσίας ἀναπλάττει  
προφάσεις, ἐφόδια πορίζον ταῖς μάχαις· τὸ δὲ καὶ τὰς οὐσίας  
ἐκτέμνειν πειρῶται, καθύπερ ἰατρὸς πρὸ τῆς βλάβης ἐν τῇ ῥῆσιν  
τὴν θεραπείαν τεχνώμενος. (B.) Ἐμοὶ μὲν οὖν διὰ τε ταῦτα  
βέλτιον τὸν ἡσύχιον ἔδοξε βίον ἐλέσθαι, καὶ ἕμα μεμνημένῳ κά-  
10 **κείνῳ τὸ Ζήνωνος** τοῦ σοφοῦ, ὅπως ἐν συμποσίῳ μακρῶ, τῶν  
ἄλλων σοφῶν ἐπιδεικτικῶς τοῖς ἐκ Βαβυλωνίων ὁμιλούντων πρέ-  
σβεισιν, μόνος αὐτὸς ἰσώπα, καὶ τὴν αἰτίαν τῶν πρέσβων ἐρο-  
μένων τῆς σωπῆς, ἴν' ἔχοιεν ἀπαγγέλλειν τῷ βασιλεῖ σαφές τι  
περὶ αὐτοῦ· „πορευθέντες ἀπαγγελάτε,” φησὶν, „ἰδεῖν ἐν Ἀθή-  
15 **ναις ἄνθρωπον, σωπῆν ἐν συμποσίῳ δυνάμενον.”** (Γ.) Οὕτω δὲ  
πεπραγῶς καὶ αὐτὸς ἑώρων ὥσπερ ἐκ σκοπιᾶς σφόδρα ἀντιφιλο-  
νεικοῦντας τοὺς ἐκατέρωθεν ἀναβράσυντας κλύδωνας ἐκ τε τῶν  
δημοσίων ἐκ τε τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων, ὅστις  
λάβῃ τὸ μείζον, καὶ δίκην ὀλκάδων δνοῖν ἐν μέσῳ πλημμελῶς καὶ  
20 **ἀτάκτως ἀγομένων, καὶ φερομένων φορῶν** τινα καὶ κίνησιν ἀκυ-  
βέρνητόν τε καὶ ἄλογον καὶ ἀνώμαλον, καὶ οἷον ποιεῖ τὸ αὐτόμα-  
τον· ὡς μετὰ τοῦ μὴ δύνασθαι μηδὲ βούλεσθαι βοηθεῖν περι-  
στατουμένοις ἀλλήλοις· ἀλλ' ὁμοίως ἑαυτοῖς τε καὶ ἀλλήλοις ἐς

9. κάκεινο Boiv. pro κάκεινφ. 11. ἐκ Boiv. pro ἐν. 16. ἐκ ante  
σκοπιᾶς add. Boiv.

plebis hominibus facile est; ex tumultu vero pacem, ne prudentissimis qui-  
dem valde promptum. Alterum quippe liberrimo naturae impetu fertur:  
naturam porro inordinatum quiddam esse constat et inaequale: alterum au-  
tem certo animi iudicio et sapientibus consiliis regitur. Itaque illud quidem,  
ut occasione discordiis praebeat, causas commiscitur etiam eas, quae  
nullae sunt: istud vero etiam eas, quae subsunt, recidere conatur; velut  
medicus, qui morbo, antequam crescat, in ipsa radice medicam adhibet ma-  
num. (II.) Mihi igitur tranquillam vitam eligere satius visum est, et illa  
cogitanti, et hoc simul Zenonis illius sapientis reminiscenti; qui celebri in  
convivio, cum ambitiose caeteri philosophi apud legatos Babylonios dispu-  
tarent, silebat ipse solus, et silentii causam sciscitantibus legatis, ut habe-  
rent aliquid de eo certi, quod regi renunciarent: „Abite,” inquit, „ac re-  
nunciate, vidisse vos Athenis eum hominem, qui silere in convivio posset.”  
(III.) Idem ego cum fecissem, prospiciebam tanquam e specula eos, qui  
utriusque effervecebant, tam civilium quam ecclesiasticorum negotiorum  
fluctus, acerrime inter se certantes, ecquis superior evaderet; atque in me-  
dio duas veluti naves, nulla lege, nullo ordine euntes, sed impetu quodam  
motuque temerario, caeco et inaequali abreptas, qualem efficit casus; ut  
nec possent, nec vellent optulari sibi invicem circumventis; sed pariter et

- A. M. 6852 τοῦμρανὲς ἐκίον γε εἶναι τὸν ἔσχατον ὕλεθρον ἀμφοῖν πραγμα-  
 Ind. 12 τεύεσθαι· ὡς τὴν τῶν ἐντεῦθεν ἀντικρυς κινήτων μίμησιν κο-  
 F ρυφουμένην εἶναι ὁρᾶν πανταχόθεν εἰς Ὀλύμπους καὶ Καυκάσους,  
 καὶ εἴ τι τῶν ὁρῶν ὑπερνέφελόν τε ἔστι καὶ μέγρι καὶ ἐς αἰθέ-  
 ρος φοιτῆ γειτονήματα. (A.) Καίτοι καὶ Ἀθηναίων τοῖς πάλας  
 σοφοῖς οὐκ ἄλλοτε ποτε στασιάζειν, καὶ γλωττοδαίδαλον μάχην  
 ἐγείρειν, καὶ πᾶς ἀπὸ στόματος ἀκοὰς ἐνοχλεῖν ἀπαντώσας ἐπήει,  
 ἥ ὅτε τῶν ἔξω θορόβων τε καὶ πολέμων ἐκδήμων πάμπαν ἦσαν  
 P. 453 ἀπηλλαγμένοι. τότε γὰρ καὶ πρὸς διαφόρους αἰρέσεων φύλαγας  
 ὄραν εἶχε τὰ Ἑλλήνων σχιζέσθαι δόγματα, τῶν μὲν Ἐπικουρείων, 10  
 τῶν δὲ Πυθαγορείων, καὶ ὅσοι τῷ χρόνῳ τὴν μνήμην παρέδωσαν  
 ἄφθονον τῶν τῆς ἔριδος χορηγίαν παρεχομένων. ἐνταῦθα δὲ  
 μυρίων ἔνδοθεν τε καὶ ἔξωθεν δημοσίων ἐπιβρόντων θορόβων  
 καὶ τραγικῶν συμφορῶν, μέλζονα τὸν ἄλλως ἀναθῆπιζόμενον τῶν  
 δογματῶν ἐβλεπον πόλεμον, καὶ τὸ τῆς θεολογίας σεμνὸν ἐν ταῖς 15  
 B ἁγναιῖς καλινδούμενον καὶ ἐνοχλούμενον ὑπὸ τῆς τῶν παλαμναίων  
 καὶ Φαρισαίων φύλαγος. καὶ εἴ τινες ἀντίπαλοι Μακκαβαῖοι,  
 καὶ ὅσοι διὰ τὸν χρόνον ἦσαν ἐρεκτικοί, τότε δὴ κληδῶσι τε καὶ  
 σῆμαις, καὶ εἴ πού τις ὑπῆρχεν ἐργαστρομυθός καὶ Βάκχη καὶ  
 Φοιβόληπτος, ὥρα πᾶσι λαμπρὰ τις ἀναίδην ἐπῆρχε ληρεῖν, ὡς 20  
 C τὰ καὶ τὰ προβήσεται, καὶ τὰ καὶ τὰ γενήσεται. (E.) Τούτοις  
 δὲ θαρρήσας ἦκε καὶ τῶν Κελτικῶν τε καὶ Γαλατικῶν βαρά-  
 θρων τις σοφὸς καὶ οὐ σοφὸς ἀνὴρ Γαλάτης, πολλὰ τῶν μίμη

12. τῶν add. Boiv.

sibi ipsis singulae, et altera alteri palam atque ultro extremum exitium molirentur, surgentiumque inde coram fluctuum molem videre esset curvatam undique in Olymporum et Caucatorum speciem, et si quis mons alius nubibus altior exsurgit, et ad aetheris usque confinia pertingit. (IV.) Atqui praeis sapientibus, qui Athenis vixere, nunquam alias altercari et verborum certamina instituire, atque obvias quasque aures linguae verberibus fatigare libuit, nisi quum tumultu externo bellisque adventitiis prorsus defuncti erant. Tum quippe in diversa sectarum agmina scissos Graecos disidere tempus ferebat, modo Epicureorum, modo Pythagoreorum, et quicumque alii posteris memoriam amplam prodidere earum rerum, quae contentionis materiam praeberent. At hic cum infiniti, tam domi quam foris, tumultus publici affluerent tragicaeque calamitates, maius ventulari alio modo videbam opinionum bellum, ac theologiae maiestatem in viis proteri atque vexari ab accleratorum [Palamitarum] Pharisaeorumque coetu. Quod si qui illis adversabantur Maccabaei, aut quicumque ipso tempore suadente Ephectici erant, apud eos prognosticis quibuscunque vocibus et verbis locus erat; et sicubi esset sive engastrimythus aliquis, sive Maenas, sive Pythonissa, omnibus splendida erat occasio impudenter hariolandi, haec atque haec feliciter cessura esse; haec atque haec esse eventura. (V.) His fretus e Celticis Gallicisque barathris prodiit et Gallus quidam, sapiens

γενομένων διατεινόμενος προειδέναι πρὸς τῶν μετεώρων, καὶ ὅσα A. C. 1344  
 ὁ τῆς καθ' Ἑλλάδας πεπωμένης μίτος ὑφαίνει, τὰ τε ἄλλα καὶ <sup>Imp. Io. Pa-</sup>  
 περὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων, ὅποι σαφῶς προβήσεται· καὶ <sup>laeol. 4</sup>  
 ὡς τεθνήξεται μὲν ἐς τὴν ὑστεραίαν ὁ Καντακουζηνός· οὐχίσεται V. 367  
 5 δ' ἅπαν ἀντίπαλον καὶ πολέμιον γένος, πρὶν ὅλον ἐξήκειν ἐνιαυ- D  
 τόν. τοῦτον ὡς ἐξ οὐρανίων ἀντύγων προσαγόμενον ὑπὸ τῶν ὁμο-  
 φύλων Λατίνων ἢ βασιλῆς Θεασαμένη τε καὶ ἀκούσασα, ἔπειτ'  
 ἀνερευνῶν ἐθέλουσα τὰς τῶν λεγομένων αἰτίας μετάπεμπτον  
 ποιεῖται καμὲ, καὶ οὐ μᾶλλον ἐθέλοντα, ἵνα συνιῆς τῶν λεγομέ-  
 10 των ἀδέκαστος· εἶην κριτής. ὁπόσα μὲν οὖν ἐκεῖνος διήει, βέ-  
 βαια τὰ παρὰ τῶν ἀστέρων ἐνδεικνύμενος πεπωμένα, ἄκαιρον εἶ-  
 ναι καθ' ἕκαστα διηγεῖσθαι νομίζω. λέξω δ' ἐξ ὧν πρὸς ἀναφρασει E  
 αὐτὸς ἐκείνου περιφανῶς ἀντεισήνεγκα μέτρια. (ς'), „Καὶ πρῶτον  
 ὁ Πτολεμαῖος ὁ πάνυ φησὶν, ὡς οὐχ ἅπαντα τοῖς ἀνθρώποις ὑπὸ  
 15 τινος ἄνωθεν ἀνάγκης συμβαίνειν οἴεσθαι χρῆ, καὶ ἄτρεπτα γί-  
 νεσθαι καθ' εἰμαρμένην τινὰ τὰ γινόμενα· ἀλλ' αὐτὴν μὲν τὴν  
 τῶν οὐρανίων κίνησιν ἐξ αἰῶνος ἄτρεπτον κατὰ γένεσιν θεῖαν καὶ F  
 τάξιν ἀποτελεῖσθαι· τὴν γε μὴν τῶν ἐπιγείων ὑπὸ φύσεως μὲν  
 διοικεῖσθαι, συμφυῆς τὸ τρεπούμενόν τε καὶ ῥέον ἐχούσης αἰ·  
 20 ἔπεσθαι γε μὴν ὁπώσποτε καὶ τὴν ἄνωθεν αἰτίαν, κατὰ συμβε-  
 βηκός, οὐ μὴν ὡς ἐπίπαν ἀνθρώποις καταληπτὴν· πολύχουν μὲν  
 γὰρ ἔχειν τὴν δύναμιν διὰ τοῦ ἀέρος ἥλιον καὶ σελήνην πρὸς τὰ  
 ἐπίγεια κατὰ τινὰς λόγους καθολικωτέρους, πᾶσιν οἷς νοῦ καὶ

idem ac minime sapiens, qui multa, quae nondum evenissent, augurari se ex meteoris assererat, et quidquid filo suo texit illa, quam Graeci πεπωμένην vocant; tum alia, tum de Romanis rebus, quidnam certo futurum esset: ac moriturum quidem postridie Cantacuzenum; abituram autem omnem adversariorum hostiumque multitudinem, antequam totus annus elapsus esset. Eum, tanquam ab axe caelesti missum, et a Latinis gentilibus ad se adductum, cum vidisset imperatrix, audivissetque; ac deinde vellet eorum, quae ab illo dicta erant, rationem investigare, me ipsum quoque arcessit, non adeo volentem; ut cum istius dicta intellexissem, iudex forem incorruptus. Quaecunque igitur ille disputavit, ut firma esse ostenderet ea, quae ab astris determinata essent, singula commemorare ab re esse existimo. Ex iis autem, quae ego ut illum refutare aperte proloquutus sum, referam non multa. (VL) „Ac primo quidem magnus ille Ptolemaeus affirmat, non omnia, quae hominibus accidunt, ad caelestem aliquam necessitatem referri oportere, nec fatali quadam lege immutabilia esse ea, quae fiunt; sed ipsa quidem caelestia corpora ita a Deo creata esse et ordinata, ut eorum motus ab aeterno immutabilis sit constitutus: quae autem terrestria sunt, horum motum a natura gubernari, mutabilitatem insitam habente et perpetuam instabilitatem: accedere tamen utcunque etiam causae superioris concursus, eamque aliquando, non tamen in universum, ab hominibus posse intelligi. Etenim late quidem per aërem diffusam esse solis et lunae vim in terrestria, generalibus quibusdam rationibus, apud eos omnes constat, qui ingenii et pruden-

A. M. 6852 φρονήσεως μέτεστι σύμφωνον ἄν εἴη. τὰς γε μὴν γενεθλιαλογικὰς  
 Ind. 12 ἐπισκέψεις καὶ ὅσα παρ' ἐνίων γνωμολογεῖται περὶ τῆς ἐκάστων  
 P. 454 ἰδιωτρόπου συγκράσεως, τοῦτο δ' ὄχλον εἶναι μᾶλα τοι σφόδρα  
 μάταιον καὶ μόχθον ἀνήγυτον καὶ ἀκατάληπτον κεκτημένον τὸ  
 πέρασ οὐ Πτολεμαίω μόνον τῷ πάνυ δοκοῦν ἔστιν, ἀλλὰ καὶ τῷ 5  
 τὰ θεῖα πολλῶ Βασιλείω. τούτοις δὴ καὶ τὰ Χαλδαίων ἀντικρυς  
 Β συνάδει,

Μὴ τὰ πελώρια μέτρα γαίης (φασκόντων) ὑπὸ σὴν φρένα  
 βάλλου·

οὐ γὰρ ἀληθείης ἐν χθονὶ ἔστι φυτόν.

μηδὲ μέτρει μέτρον ἡέλιου, κανόνας συναθροίσας·

10

αἰδίω βουλῇ φέρεται πατρὸς οὐχ ἔνεκέν σου.

μήνης φοῖζον ἕασον· αἶε τρέχει ἔργω ἀνάγκης.

C ἀστέριον προπόρευμα σέθεν χάριν οὐκ ἔλοχεύθη.

αἰθρίας ὀρνίθων τισὸς πλατὺς οὐποτ' ἀληθής·

οὐ θυσιῶν σπλάγγων τ' ὄθομαι· τὰδ' ἀθύρματα πάντα, 15

ἐμπορικῆς ἀπύτης στηρίγματα· φεῦγε σὸ ταῦτα,

μέλλων εὐσεβίης ἱερὸν παράδεισον ἀνοίγειν,

D ἔνθ' ἀρετῆ σοφίη τε καὶ εὐνομίη συνάγονται.

εἴη δ' ἄν καὶ ἄλλως ῥάδιον, εἴ τις ἀναιρεῖν ἐθέλοι τὴν πεπρωμέ-

νην. εἰ γὰρ ἔξ ἀνάγκης οἱ ληστὰι ληστεύουσιν, ἔξ ἀνάγκης δ' αὖ 20

V. 363 καὶ ὁ νομοθέτης τὸν ληστήν τιμωρεῖται, μάχεται λοιπὸν ἡ πε-

8. σὺ μέτρα γῆς con. Boiv. 9. ἀληθ. φυτόν ἐν χθονὶ cod. Vat.  
 11. συμφέρεται cod. Vat. idemque add. ἰδίον ante πατρός. 12. ἔργω  
 Psellus, ἔργον cod. Vat. 15. τ' ὄθομαι Synesius, unde Boiv. τ' ὄθο-  
 μαι, τς τομαὶ cod. Vat.

tiae expertes non sunt. At natalium siderum observationem, et quaecunq̄ue  
 a nonnullis pronunciantur de peculiari singulorum corporum constitutione,  
 id vero negotium esse futilissimum, laboris infiniti, et exitus incomprehensi,  
 non soli videtur Ptolemaeo, sed et in divinis versatissimo Basilio. His au-  
 tem et illa Chaldaeorum prorsus suffragantur:

Ne vasti mensuram orbis sub pectore verses:

Terra etenim veri caret arbore.

Multiplici frustra solem ratione laboras

Metiri: haud illum propter te aeterna voluntas

Patris agit. Lunam rapidus sine torqueat axis:

Stat nunquam quidquid fatali lege movetur.

Sidera ne tibi nata tuis vel praevia rebus

Ire putes. Passis avium fuge credere pennis.

Extā et haruspiciū, ludus: mala fraudis avarae

Praesidia. Haec fuge, qui sacros Pietatis in hortos

Tendis, ubi virtus, fas et sapientia florent.

Facile autem et alioqui fuerit volenti cuique fatum tollere. Nam si latrones  
 ex necessitate latrocinantur, rursusque ex necessitate legislator poena affi-

πρωμένη τῇ πεπρωμένη, καὶ ἡ ἀνάγκη τῇ ἀνάγκῃ· μάχης δὲ καρπὸς φθορὰ καὶ λύσις γενέσεως. ἐφθαρται ἄρα τὸ τῆς πε-  
 πρωμένης ἄτρεπτον, καὶ διοικεῖται πάντα κατὰ θεῖαν πρόνοιαν, A. C. 1344  
Imp. Io. Pa-  
laeol. 4  
 ὅπως ἂν ἐκάστοις ἐστὶν ἐνδεχόμενον." (Ζ.) Ταῦτα δὴ καὶ ὅσα  
 5 πικραπλήσια πρὸς ἡμῶν εἰρημένα ἐπεστόμισέ τε τὸν Γαλάτην  
 καὶ ἄφθογγον ἔχων τὴν γλῶτταν ἐκεῖνος ἀπῆει τοῦ συνεδρίου.

Ἄλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἦνδανε θυμῷ.

ὡς γὰρ σπινθῆρες καλύμην διέδραμον τὴν τῆς βασιλίδος ψυχὴν,  
 καὶ κότον ἔσχεν, ὄφρα τελέσῃ καιροῦ προϊόντος, εἰ καὶ τέως  
 10 ἔχεμυθοῦσα χαροπὸν διὰ τοὺς παρόντας ἐδείκνυ τὸ πρόσωπον. P.  
 ὅ, τε γὰρ ἀνὴρ ἐκεῖνος πατριώτης ἦν αὐτῇ καὶ ὁμόγλωττος· τὰ τ'  
 ἐκείνῳ πεφρασμένῳ κατὰ νοῦν ἐπῆρχεν ἐκείνη καὶ σφόδρα καθ'  
 ἡδονὴν, καὶ ἀκοῆς ἀντιφθεγομένης ἤκιστι πάντων ἐδεῖτο πρὸς  
 ταῦτα. ὁμως ἔσχεν οὕτω ταῦτα· καὶ πρώτη τις ἦν αὐτῆ πρόφα-  
 15 σις, τὸ τῆς ἐμῆς ἐκείνης ἡσυχίας συνεχῆς διακόψασα καὶ μήνι-  
 δος ἐγκατορῶσα σπέρματα ταῖς τῆς καρδίας αὐλαξί τῆς βασιλλ-  
 δος κατ' ἐμοῦ· δευτέρῳ δὲ καὶ τελευταίῳ, ἦν προϊόντες ἐν τοῖς  
 καθήκουσι τόποις ἔροῦμεν, τὰ μεταξὺ διηγησάμενοι πρότερον.  
 (Η.) Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τόδε λεχθέντα ἄρκειν οἴομαι δυοῖν  
 20 ἕνεκα· ἐνὸς μὲν, ὅτι πρὸς ἀναγκαιοτέρας τήμερον ἡμῶς ὑποθέ-  
 σεις ὁ λόγος ἀνθέλκει, πρὸς ἧς καὶ ὁ τοῦ λόγον μάλιστα καὶ τῆς  
 ἐξ ἀρχῆς προθέσεως τείνει σκοπός· δευτέρου δ', ὅτι πολλὰ πολλῶν  
 εἰρηκότων καὶ ἀγωνισαμένων ὑπὲρ τῆς ὑποθέσεως, ὡς ἐνῆν, οὐ B

cit latronem, restat, ut fato fatum pugnet, et necessitas necessitati: pugnae autem illius fructus existit pernicietas atque interitus naturae. Ruit itaque fati immutabilitas, et omnia a divina providentia administrantur, prout cuique solet contingere." (VII.) Haec et talia a nobis disputata homini Gallo os obstruxere, atque ille obmutescens excessit e concilio.

At non aequo animo tulit Atrides Agamemnon.

Quaedam enim veluti scintillae animum imperatricis tanquam stipulam pervasere; arcanamque iram servavit, donec scilicet tempore procedente expleret, quamvis linguae tunc temperaverit, vultumque hilarem, eorum qui aderant gratia, induerit. Nam vir ille et popularis erat ipsius, et eodem quo illa sermone utebatur; et ea, quae ille dixerat, isti optatissima erant et valde placentia; ac minime haec eas aures desideraverat, quae his refragarentur. Atqui haec ita se habuerunt, ac prima haec fuit occasio, quae meae illius tranquillitatis cursum interruperit, atque irarum in me semina animo imperatricis altius infixit. Alteram ac postremam suo loco infra subiiciemus, ubi ea, quae intermedio tempore acciderunt, narraverimus. (VIII.) Haec vero, quae hactenus dicta sunt, sufficere puto duplici de causa: primum quia nos oratio nostra hodie retrahit ad argumentum magis necessarium, ad quod maxime et narratio ipsa et intentio prima operis dirigitur tanquam ad scopum: deinde quia, quum multi multa dixerint, et certatim de iisdem illis rebus quantum in se erat egerint, non puto eas ipsas

A. M. 6852 μακρῶν ὄμαι ἂν ἔτι τῶν ἡμετέρων δεήσεσθαι λόγων· ἀλλ' ὡς ἐν  
 Ind. 12 προσθήκης μέρει, καὶ κριτικῆς τινος ψήφου, καὶ τουτωνὶ ξυν-  
 ερῶνηκόντων, εἰ καὶ βραγέα δοκεῖ πως, ἀλλ' οὖν τὸν γε ἴσον  
 δυνήσεσθαι τρόπον εἰς τὴν ἀληθείας ἐνάργειαν. διόπερ ἐκείσε  
 ἐπαινιτέον. 5

C 9'. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Ἀπόκαυκος ἐς βυθοὺς πρὸς τοῦ Γαβαλᾶ κα-  
 τενεχθῆναι δυστυχημάτων παρεκινδύνευσε μὲν, ἀνένηξε δ' οὖν  
 καὶ ἐς τὴν πρὶν ἀφίκετο εὐδοξίαν, ὡς γε εἴρηται, δι' ὧν λοιπὸν  
 αὐτὸν ἀμυνεῖται πύσας κεκίνηκε μηχανάς· ἕως, μὴ τὰ μελλῶ  
 τῶν δεινῶν ὑποστῆ, δέισας αὐτὸς ἐς τὸν μέγιστον τῆς τοῦ Θεοῦ 10  
 Σοφίας κατεπεφεύγει νεῶν. ἔνθα μετὰ συγχρόν τινα χρόνον, πολ-  
 λὰς καὶ ποικίλας ἀκούων τὰς καθ' ἑαυτοῦ ἀπειλὰς, καὶ δέισας  
 Daυθῆς, μὴ κάκειθεν ἀνάρπαστος ἔξαπίνης γενόμενος ἐς ταρτά-  
 ρους καὶ ζόφους δεαμωτηρίων ἑίρη, κάκεινο πιεῖν ἐγγένηται του-  
 τῶι τὸ ποτήριον, ὅπερ ἄλλοις αὐτὸς κекέρακε πλείοσι, τὸ μο- 15

V. 369 ναδικὸν ἐξ ἀνάγκης ὑπέδν σχῆμα. φθάσας γὰρ αὐτὸς καταλέλυκε  
 τὴν τοιαύτην ἄσυλον ἐκ πολλοῦ, τῶν προσφύγων ἀρχαίαν ἀσφά-  
 λειαν, ἐνδιδόντος καὶ αὐτοῦ τοῦ τὸν πατριαρχικὸν διέποντος Θρό-  
 νον. διὸ καὶ αὐτοὶ πρὸς ἐσχάτας ἐνεπεπτώκεισαν ἄτιμίας καὶ  
 περιαιγωγὰς κακοδαίμονας, ὡς εἰρήσεται. τοῖς γὰρ τὰ Θεῖα προ- 20  
 φανῶς οὕτως περιφρονηταῖς εἰκὸς ἐν ἐσχάτοις τοιαύτας ἐπιέναι  
 τίσεις, εἰς παιδαγωγίαν τοῦ βίου, δραστικώτερόν πως καταστέλ-  
 λειν τὸ θρησιῶδες τῆς τέχης ἐσχόουσαν. (B.) Ἀλλὰ γὰρ ἕρκος

A. M. 6853

Ind. 13

A. C. 1345

Imp. Io. Pa-

lacol. 4

P. 456

7. ἀνένηξε Boiv. pro ἀνέτηψε.

longiorem iam a nobis orationem desiderare: sed ista accessionis aut indi-  
 cialis cuiusdam suffragii instar contributa, etsi exigua videantur, eandem  
 tamen habitura vim ad veritatem declarandam.

9. Cum Apocaucus exitio prope demersus fuisset a Gabala, mox tamen  
 emerisset, et in priorem gratiae et honoris locum restitutus esset, ut iam  
 diximus, omnem deinceps, quo eum ulcisceretur, lapidem movit eo usque,  
 donec veritus ille, ne extrema pateretur, in maximum S. Sophiae templum  
 confugit. Ibi aliquamdiu commoratus multas ac varias minas cum audiret  
 in se iactatas, ac rursus vereretur, ne inde subito abreptus in tartara et  
 custodiarum tenebras coniceretur, atque idem sibi poculum hauriendum es-  
 set, quod aliis ipse pluribus miscuerat, monasticum cogente necessitate ha-  
 bitum induit. Prior enim ipse sustulerat asylum illud longo ante, profugo-  
 rum vetus praesidium, ipso quoque obsecundante patriarcha. Quam ob  
 causam et ipsi in summas ignominias ac vicissitudines calamitosas incide-  
 runt, ut postea dicitur. Qui enim divina tam aperte contemnunt, eos ae-  
 quum est eiusmodi poenas tandem aliquando subire, ut humanum genus his  
 exemplis erudiat, quae efficaciorum quandam vim habent ad comprimen-  
 dam fortunae ferociam. (II.) Sedenim cum interea ver advenisset, Amu-



πης Ἀμοδρ τῆς Ἀσιανῆς δυνάμεως περαιωσόμενος ἦκεν ἐς Λιδυ- A. C. 1345  
 μότειχον· ἀκαίϋθεν αὐδεις ἦκε μετὰ βασιλέως ἄχρι καὶ ἐς Βυζάν- Imp. Io. Pa-  
 τιον, θείας τε ἔνεκα καὶ πείρας εἰ δέοι. ἐπεὶ γε μὴν ἐληλύθει laeol. 4  
 καὶ συμμέτρον τοῦ διαστήματος νῦν μὲν ἰστάμενος, νῦν δὲ  
 5 περιϋὼν ἐσκόπει καὶ συνεώρα, πολλή τις αὐτὸν συνέσχε κατά-  
 πληξις τοῦ τε μεγέθους τῆς πόλεως καὶ τοῦ τῶν τειχῶν ὕψους B  
 καὶ κάλλους, ἔτι τε καὶ τῆς τῶν πέριξ τάφρων θαναμισίας οἰκο-  
 δομῆς, καὶ τῆς τῶν προτειχισμύτων στάσεώς τε καὶ τάξεως ἐθαύ-  
 μαζε δ' ἕτερον τρόπον, καὶ ὅπως οὐκ ἦν ἐπὶ τῶν ἐπιάλξεων, ὡς  
 10 εἶωθε ταῖς μεγάλαις τε καὶ πολυανθρώποις πόλεσι, πληθὸς ἀν-  
 δρῶν· ἀλλὰ πλην ὀλίγων ἔρημον ἐδόκει τὸ τεῖχος πολεμικῆς  
 ἀπάσης παρασκευῆς καὶ δυνάμεως. ὁ γὰρ Ἀπόκανκος, μᾶλλον  
 τὴν ἔνδοθεν ὀρμὴν δεδιώς τοῦ δημοτικοῦ πλήθους, ἢ τὴν τῶν C  
 ἔξωθεν πολεμίων ἔφοδον, ἄδειαν οὐκ ἐδίδου τοῖς βουλομένοις ἐπὶ  
 15 τὸ τεῖχος ἄπασιν ἀνιέναι, ἀλλ' οἷς μάλιστα' ἐθάρρει τῶν ὀπλιτῶν  
 καὶ ἰππέων. τούτων γὰρ τοὺς μὲν ἔνδον ὑπνους ἔστησε φύλακας  
 τῶν πυλῶν· τοὺς δὲ περιμέναι διανυκτερεύοντας τὰ τε τεῖχη καὶ  
 πᾶσαν ἔνδον προσετετέχει τὴν πόλιν. (Γ.) Οὐπω τέτταρες ἡμέ- D  
 ραι παρεληλύθεσαν, καὶ ἄρας ὁ βασιλεὺς ἀπῆε μετὰ τοῦ Ἀμοδρ,  
 20 καταπολεμησῶν τῷ Μομιτίλῃ, πρὸς μέγα δυνάμεως κατὰ βραχὺ  
 προϊόντι καὶ χειρουμένῳ πόλεις καὶ χώρας Ῥωμαϊκὰς αἰεὶ. καὶ τὸ  
 ἔαρ ἐν τούτοις ἐτελεύτα. διαβάσης δὲ τὴν Ῥοδόπην τὸ ὄρος τῆς  
 τε Ῥωμαϊκῆς ὁμοῦ καὶ Περσικῆς δυνάμεως, ἐν παρασκευαῖς ὁ  
 Μομιτίλας ἦν τοῦ πολέμου. εἶχε γὰρ τέως πόλεις ὅφ' ἑαυτῷ Ξάν-

rius satrapa; traiecto magnis cum coipis Asiaticis Hellepontō Didymoti-  
 chum venit, atque inde rursus cum imperatore Byzantium usque progressus  
 est, et visendi studio, et urbis, si oporteret, sollicitandae causa. Cum ita-  
 que venisset, et iusto spatio interiecto, modo stans modo circumeundo,  
 specularetur et oculis lustraret, maiorem in modum obstupescibat, tum ur-  
 bis magnitudinem intuens, tum altitudinem murorum et pulchritudinem, tum  
 admirabiles circumductarum fossarum substructiones, tum denique situm  
 ipsum et ordinem propugnaculorum. Idem rursus admirabatur, quod in sum-  
 mis moenibus non appareret ea hominum frequentia, quae solet esse in ur-  
 bibus duntaxat peditum numero refertis; sed paucis demptis, omni  
 bellico apparatu omnique praesidio destitutus murus videretur. Nimirum  
 Apocaucus, intestinos plebis motus magis veritus, quam externorum hostium  
 impressionem, licentiam non dabat volenti cuique murum adscendere; sed  
 iis duntaxat peditum equitumque, quibus maxime confidebat. Eorum enim  
 alios intus portarum custodes constituerat, ut insomnes excubarent; aliis  
 ut moenia noctu circumirent, nec non totam intus urbem perlustrarent, praec-  
 perat. (III.) Nondum dies quatuor effluerant, quum imperator castris  
 motis profectus est cum Amurio, debellaturus Momičilam, qui ad magnam  
 paulatim potentiam pervenerat, urbesque et terras Romanas quotidie inva-  
 debat. Atque inter haec ver abiit. Transgressis Rhodopen montem Ro-  
 manis simul et Persicis viribus, coepit bellum apparare Momičilae. Habebat

- A. M. 6853 *Θεῖάν τε καὶ Περιθόριον, καὶ ὅσα ἐφ' ἐκάτερα καὶ μεταξὺ πολλ-*  
 Ind. 13 *Ἡχνιά τε καὶ χωρία, καὶ στρατεύματα ἵππικὰ τεττάρων ἐπέκεινα*  
*χιλιάδων. (Δ.) Θέρους δ' ἤδη μεσοῦντος, καὶ τῆς γῆς ἐν ἀκμῆς*  
*ὑπαρχούσης τοῦ σίτου, τὰς δυνάμεις ἀνεληφώς ἀπάσας ὁ βασι-*  
*λεὺς ἐγγύς που τοῦ Περιθορίου παρεστρατοπέδευσε, καὶ εἰς τὰ-*  
*ξιν πολεμικὴν διεκόσμη τε καὶ συνέταττε σφῶς. ἤδη δὲ καὶ ὁ Μο-*  
 F *μιτίλας, ὀρητήριον ὀχυρὸν ἑαυτοῦ τὸ Περιθόριον καταστῆσά-*  
*μενος, ἐξῆμε πολλαῖς τε πεφραγμένους ταῖς δυνάμεισι καὶ πλείονι*  
*ἐκτετυφωμένους τῷ θράσει. οὐδὲ γὰρ οὐδὲν οὔτε μικρὸν οὔτ' ἀγεν-*  
*νὲς ὑπολογίζεσθαι ἦν αὐτῷ περὶ ἑαυτοῦ· ἀλλ' ὥσπερ ἐν χειρσὶ 10*  
*τῆν νίκην ἤδη καὶ πρὸ τῆς πείρας ἔχων τῶν πολεμίων, οὕτω μα-*  
*κροῦ τῷ θράσει ῥέων ἐς μέσους ἤλαυνε τοὺς πολεμίους. (Ε.) Ὁ δὲ*  
 P. 457 *βασιλεὺς κατὰ μέτωπον τῶν πολεμίων ἑαυτὸν κατὰ τῶν Ῥωμαϊ-*  
*κῶν δυνάμεων συνταξάμενος τὴν ἔφοδον καὶ τὸν δρόμον ἐκαρ-*  
*τέρει τοῦ Μομιτίλου. τὰς δὲ Περσικὰς δυνάμεις, πολλὰς τινὰς 15*  
*οὖσας, εἰς ἀκριβῆ περιήλυσε κύκλον, ὡς ἐν μέσῳ, καθάπερ ἐν*  
 V. 370 *εἰρκτῇ καὶ δικτύῳ, συγκλεισθῆναι Μομιτίλαν μετὰ πάσης αὐτοῦ*  
*τῆς δυνάμεως. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς τῶν σαλπύγων τε καὶ τῶν τυμ-*  
*πάνων κρότοις συνανεκίονατο καὶ ἡ τοῖς βαρβύροις ἤθεσι τῶν*  
 B *Περσῶν περὶ τοὺς πολέμους ἡλικιωτὶς κλαγγή, πολὺς τε ἀνὰ 20*  
*πάντα τὸν χῶρον ἐκείνον ὁ θόρυβος ἦν καὶ πολλὴν ἐξ ἀπροσδο-*  
*κῆτου τῷ Μομιτίλῳ τὴν κατὰπληξιν ἐνεποίη καὶ πρὸ τῆς πείρας,*  
*καὶ τὸ γαῦρον ἐκαῖνο σφόδρα καὶ μετέωρον ἔθραυε φρόνημα.*  
 (ς.) *Καὶ ἵνα τὰς ἐν μέσῳ τύχας καὶ ἀγχιστρόφους ἔλικας τοῦ*  
*πολέμου παρέλθωμεν, τῶν ἵππων εὐθὺς ἀποβάντες οἱ πλείους 25*

enim tunc in ditione sua urbes Xanthiam ac Perithorium, et quaecunque sive utrinque adiacent, sive interiecta sunt, municipia ac loca; et equitum ultra quatuor millia. (IV.) Media iam aestate, cum fruges maturae essent, imperator copiis omnibus secum assumptis castrametatus est iuxta Perithorium, suosque acie directa instruxit et ordinavit. Iam autem Momitilas, cum in urbe Perithorio praesidium sibi firmum constituisset, magna stipendium hominum manu et maioribus animis inflatus, prodierat. Nihil enim parvum, nihil humile de se sperare ei succurrebat; sed quasi victoriam iam, ante factum pugnae periculum, haberet prae manibus, medios in hostes ruit plenus audaciae. (V.) At imperator, adversus hostium frontem se et Romanas legiones cum collocasset, impetum atque incursionem Momitilae sustinebat. Persicas autem vires, quae numerosae erant, in orbem accurate undique explicuit, ut in medio, tanquam carcere aut retibus, Momitilas cum omni suo exercitu includeretur. Statim vero atque tubarum et tympanorum sono mista est illa barbaris Persarum moribus familiaris in bello vociferatio, plurimus per omnem illum locum tumultus exstitit, et Momitilam, antequam tentatum esset praelium, de improvise vehementer percudit, animumque illum elatum et insolentem fregit. (VI.) Atque ut eos casus, qui medii intercessere, et celeres alternantis pugnae conversiones

τῆς Περσικῆς δυνάμεως ἐν τόξοις ἅπαντες ἦσαν κατὰ κύκλον A. C. 1345  
 περιστάντες. οἱ δ' ἐν μέσῳ στρεφόμενοι, καθάπερ μονιοί τινες <sup>Imp. Io. Pa-</sup>  
 ἕγριοι, διακόνειαι καὶ διαφυγεῖν τὴν τῶν Περσῶν οὐκ ἐδύναντο C <sup>laeol. 4</sup>  
 φάλαγγα. ἐνέκειντο γὰρ εὐθὺς οἱ τοῦ βασιλέως ἵππεις, νῦν μὲν  
 5 κατὰ μέτωπον ἅπαντῶντες, νῦν δὲ κατὰ νότου συγχοῖς τοῖς δό-  
 ρουσι πύλοντες. καὶ ἐπειδὴ τὴν τοῦ Μομιτίλου πῦσαν ἵππον ἐν  
 βραχεῖ παμπληθέσειν οἱ Πέρσαι περιπειράντες βέλεσι νεκρὰν ἐποιή-  
 10 σαστο, πεζοὶ λοιπὸν πρὸς πεζοὺς ἐμάχοντο καὶ ἐν χερσὶν ὁ πό- D  
 λεμος ἦν. καὶ συνελόντι φάναι, μηδένα τῆς Μομιτίλου φασὶ δυ-  
 15 νάμεως ἐν τοῖς ὄπλοις λελείφθαι, μηδὲ φρυγάδα λαθόντα γενέ-  
 σθαι τινά· ἀλλ' αὐτόν τε ξίφους ἔργον Μομιτίλαν καὶ ἕμια  
 πᾶσαν ἄρδην αὐτοῦ γενέσθαι τὴν στρατιάν, πλὴν ὀλίγων, ὅσοι  
 ζῶντες ἐάλωσαν.

ί. Τέτταρες μεταξὺ παρῆλθον ἡμέραι καὶ ὁ Ἀπόκαυκος ἐν P. 458  
 15 Βυζαντίῳ πρὸς τῶν δεσμίων, ἐντὸς τοῦ πρὸς ἀνίσχοντα ἤλιον  
 παλαιοῦ παλατίου, μετὰ μεσημβρίαν ἤδη τῆς ἡλιακῆς γενομένης  
 ἀκτίνος, ἔσφακταί τε καὶ αὐτὸς καὶ σκότους καὶ λήθης ὁ πολὺς  
 ἐκεῖνος ὑπῆλθε μυχοῦς ἐν βραχεῖ, μηδενοῦ τῶν μακρῶν ὀχρω-  
 20 μάτων ἐκείνων συναραμένον, περὶ ἃ μακράς τε ἀτηλώκει δαπά- B  
 20 νας καὶ περὶ ἃ τὸ πλεῖστον ἀπησχόλει τοῦ βίου. τὸ δ' ὄπως,  
 ἔρων ἔρχομαι τραυτέρων. (B.) Ἐπεὶ γὰρ εἰς μεγάλων πραγμά-  
 των θορόβους καὶ διοικήσεις ἐνέβαλεν ἑαυτὸν, καὶ πολλοὺς ἐκτί- V. 371  
 σαστο, ὅσοι τε τὸ τῆς τύχης ἐβάσκακινον ἕψος καὶ ὅσοι παθόν-  
 τες κακῶς ὑπ' αὐτοῦ καιρὸν ἐζήτουν ἀμύνασθαι, δέους περιήει

omittamus, plerique Persarum, cum ab equis desiluissent, circumstetere in orbem universi cum arcubus. Hi vero in medio aestuantes, tanquam aprī aliqui feroces, perumpere et effugere Persarum phalangem haud poterant. Instabant enim continuo imperatoris equites, modo a fronte occurrentes, modo densis a tergo hastis impellentes. Ubi omnem Momitilae equitatum brevi tempore innumeris confixum telis Persae deleverunt, conflixere exinde pedites cum peditibus, fuitque in ipsis iam manibus tota belli fortuna. Ut paucis absolvam, neminem ferunt ex Momitilae militibus superstitem in armis mansisse, neque eorum quemquam fuga clam evasisse, sed et ipsum trucidatum esse Momitilam, et omnem simul illius exercitum internecione esse deletum, paucissimis, qui vivi capti fuerint, exceptis.

10. Elapsis ex eo diebus quatuor caesus et ipse Byzantii Apocaucus ab iis qui in vinculis erant, intra vetus palatium, quod ad orientem vergit, transgresso iam meridiem sole; noctisque et oblivionis penitissimos recessus subito intravit magnus ille et praepotens vir, neque ullam ei auxilio fuit magnorum illorum praesidiorum, in quae et immensos fecerat sumptus, et maximam vitae partem intentam haberat. Id quomodo acciderit, protinus exponam apertius. (II.) Cum ille se in magnorum negotiorum tumultus atque administrationes intrusisset, et plurimos fecisset sibi infensos; quotquot nempē sive fortunae illius altiori invidabant, sive ab eo iniuria affecti

- A. M. 6858 *νύκτωρ και μεθ' ἡμέραν μεστός· ὡς πολλῶν μὲν διὰ ταῦτα περι-*  
 Ind. 13 *αὐτὸν δορυφορίων ἔχειν ὀπλιτῶν και ἱππέων, ὁπότε τὰς τῆς πό-*  
 λειως περιουθεύοι πλατείας, πολλαῖς δὲ και τὴν οἰκίαν κατέφρα-  
 κτον ἔχειν δυνάμεσιν, ὁπότε οἰκοὶ καθῆσθαι χρεία τις εἴη τὰν-  
 δροί· και τυραννίδος μελέτας ἐν καρδίᾳ τρέφειν μὲν ἐκ πολλοῦ, 5  
 νῦν δὲ και μάλα μάλιστα, ὅτε πάντας τοὺς δόξῃ και γένει προῦ-  
 ρχοντας εἶχε δεσμώτας, και ἦν οὐδεὶς, ὃς ἀντῆραι βλέφαρον ἦν  
 αὐτῷ, ἀλλὰ πάντες ἰδεῖσαν, ὡσπερ πάλαι Συρακούσιοι Διο-  
 νύσιον τὸν Σικελίας τύραννον. (Γ.) Ὅθεν δυχρὸν τινα πύργον  
 τῶν ἔνδοσιν τοῦ παλαιοῦ παλατιοῦ ἀπολεξάμενος κατασκευάζειν 10  
 P. 459 *ἐγγνώκει πρὸς μάλα πολὺ τοῦ ἀέρος τὸ ἔνθος ἀνάγοντα, και οἰκί-*  
*σκους ἐν αὐτῷ πολλοὺς μὲν, χώρημα δ' ἕκαστον ἔχοντα μήκους*  
*ἄμα και πλάτους οὐδὲν οὐργιᾶς μᾶλλον· τὸν γε μὴν ἐπὶ τῶν*  
*ἐπάλξεων περιδρομον οὐκ ἔσωθεν ἀλλ' ἔξωθεν εἶναι ἐληλαμ-*  
*νον· αἴτιον δ' ἵνα πάντας ὁπόσους ἐκείνος εἶχε δεσμώτας, και 15*  
*ἄσους ἔξειν διὰ μελέτης εἶχε, συνυγαγῶν και συγκλείσας ἐντὸς*  
*μηδεμίαν ἀνεωγμένην αὐτοῖς ἐύση πύλην, δι' ἧς ἂν τις εἰσελθοῖ*  
 Bτε και ἐξελθοῖ· ἀλλὰ λίθοισιν και τιτάνῳ περιφράξας ἀπάσας  
 ὡσπερ ἐν τάφῳ ζῶντας κατέχη. (Δ.) Ἐπεὶ δὲ τέλος εἶχε τὰ τῆς  
 ξένης ἐκείνης οἰκοδομίας και ἔδει τριῶν ἡμερῶν μεταξὺ τοὺς δε- 20  
 σμώτας ὁμοῦ συγκλεισθῆναι πάντας ἐντὸς, καθάπερ εἰς λήθης  
 φρούριον ἢ κοινὸν πολυάνδριον, εἰς ἀπόγνωσιν ἦκον οἱ δέσμοιο  
 προφανῆ τῆς παρούσης ζωῆς και τοῦ κοινοῦ τοῖς πῦσιν ἡλίου·

occasione ulciscendi quaeritabant: diu noctuque timoris plenus oberrabat, atque eam ob causam multos circa se habebat stipatores, tam pedites, quam equites, quoties urbis plateas circumiret; magnis idem praesidiis munitae erant aedes illius, cum domi sedere eum aliqua necessitas cogebat. Ac tyrannidis quidem invadendae consilia alebat in corde iampridem; tum autem longe plurimum, cum eos omnes victos teneret, qui dignitate et genere praestabant, neque ullus esset, qui oculos contra attollere auderet, sed omnes extimescerent, ut olim Syracusani Dionysium, Siciliae tyrannum. (III.) Quapropter in veteri palatio munitam quandam turrim, prae caeteris delectam, decrevit ita exaedificare, ut in multam altitudinem eveheretur, cellulaeque inessent plurimae, paterent autem singulae, tam in longum quam in latum, non plus orgyia: crepido vero seu ambulatio illa, quae murorum fastigia ambit, non intus sed extrinsecus esset circumducta; eo scilicet, ut iis omnibus, quos ille aut victos tenebat, aut in vincula conicere meditabatur, coactis intus atque conclusis, nullam patentem portam relinqueret, per quam aliquis introire aut egredi posset; sed lapidibus cunctas et gypso obstrueret, atque ita quasi vivos illos sepeliret. (IV.) Postquam itaque absolutum est aedificium illud novi generis, cum oporteret triduum intra eos, qui in vinculis erant, includi omnes simul, tanquam in arcem Oblivii, aut sepulchrum aliquod commune, incidere illi in apertam vitae praesentis communisque omnibus lucis desperationem, subiitque, abiecta sui ipsorum

καὶ σφῶν αὐτῶν ἀπειθήσασιν ἐπὶ τὸ παραβολώτερον τοὺς τῆς A. C. 1845  
 τύχης κύβους ἀναδρόπτειν ἐπήει, καὶ πρὶν ζῶντας εἰς τὸν προκει- <sup>Imp. Io. Pa-</sup>  
 μενον ἐμβληθῆναι τάφον, δυοῖν ἐργάσασθαι θάτερον· ἢ ξίφει C <sup>laeol. 4</sup>  
 τὸν τύραννον διαχρησαμένους τὴν τοῦ βίου σφίσι αὐτοῖς ἔλευ-  
 5 Θερσίαν πορίσασθαι· ἢ τὸν ἀνδράσι πρέποντα θάνατον ἄπαξ ἐκτι-  
 σασι μακρῶν τοῦ λοιποῦ δεινῶν ἀπηλλάχθαι. εἰς τέτταρας μὲν  
 δὴ τῶν εὐγενεστέρων τὸ τοιοῦτον διαβεβηκὸς βούλευμα περαι-  
 τέρω προβαίνειν οὐκ ἐκρίθη δεῖν, ὡς μὴ ἔκπυστον φωραθεῖη γε- D  
 νόμενον. τὸ γὰρ τοι προφανές τῶν ἐλλίδων ἀναμφισβητήτους  
 10 τινὰς ὑπετίθει τὰς ὑποσχέσεις, ἐπιχειρήσασιν ἤξειν ἅμα πάντα  
 συλλήπτορας τοὺς δεσμώτας, καὶ μὴ προμελητήσαντας, ἐς τὸ  
 κοινὸν τῆς ἔλευθερίας στάδιον. (E.) Εἰωθὸς οὖν Ἀποκαύκῳ συ-  
 χνότερον ἐνδημεῖν ἐκεῖ, καὶ μάλιστα νῦν ἐπιταχύνοντι πρὸς τοῦδ-  
 ρον τοὺς τέκτονας· ἐπειδὴ καὶ ἡ τελευταία παρῆν ἡμέρα, καθ' E  
 15 ἣν εἰς πέρας ἔδει προερχθῆναι τὸ βούλευμα, ἤκε μεθ' ὕπνον καὶ  
 τράπεζαν ὀψόμενος, τὴν τῆς ξένης εἰρκτῆς τελευταίαν οἰκοδο-  
 μίαν καὶ τὸν ἀνευθεῖ τῆς ὄλης ἀπαρτισμὸν ὑποθέσεως. καὶ  
 ἐπειδὴ κατὰ τοὺς τῆς ἡμέρας ἐκείνης ὕπνους (ἐνδεκάτῃ δ' ἦν Ιου-  
 νίου) θόρυβοι τινες ἐξ ὀνείρων ἀγρίων αὐτὸν ἐξεφύβησαν, οἷα  
 20 φιλεῖ πολλὰκις ἐν τοῖς τοιοῦτοις προαναφωνεῖν τὸ δαιμόνιον, ὃ  
 μὲν αὐτῷ σωτηρίας εἶχεν ἐλπίδας, οὐ μεμελέτηκεν· ὃ δ' εἶχεν εἰς F  
 τοὺς ἐπηρητημένους αὐτῷ κινδύνους ὀξύτερα τὰ ἐφόδια, τοῦτο δὲ  
 καὶ βέλτιον εἰς σωτηρίαν εἶναι κέκρικε τε καὶ εἴλετο. τὸ δ' ἦν,  
 ἔξω παρὰ τὰς τοῦ παλατίου ἐκείνου πύλας ἀφέντα τοὺς δορυφό- V. 372

10. ἤξειν em. Boiv. pro ἔξειν.

cura, aleam omnem audacius iacere, et antequam vivi paratum in tumultum detruderentur, duorum alterum navare, atque aut tyranno trucidato parere sibi ipsis libertatem, aut virili semel morte oppedita, gravissimis in posterum aerumnis liberari. Id consilium cum inter se communicassent quatuor ex nobilioribus, ultra progredi non placuit, ne divulgaretur. Etenim ipsa futuri evidentia manifestam fidem faciebat, ubi rem aggressi essent, futuros iis adiutores in eo libertatis certamine eos omnes, qui victi tenerentur, quanquam haud praemeditatos. (V.) Cum igitur soleret Apocancus illuc saepius ire, ac tunc maxime fabros ad opus urgeret; ubi supremus dies affuit, quo oportebat ad exitum perduci ea quae deliberata erant, venit post somnum et mensam adspecturus, nempe singularis illius carceris ultimam exaedificationem et absolutam totius operis consummationem. Et quia per somnum illa die (erat autem undecima Iunii) pavores eum quidam ab atrocibus somniis excitati perturbaverant, qualia solet saepe numen iis casibus portenta praemittere, id quidem, quod spem aliquam salutis afferebat, non providit, quod autem ipsi ad impendentia pericula brevioram viam muniebat, illud sibi ad salutem melius esse duxit adeoque praetulit. Erat porro illud, satellites eius et armigeros omnes simul exclusos illius palatii atria

- A. M. 6853 ρους αὐτοῦ καὶ ὑπασπιστὰς ὁμοῦ πάντας μεθ' ἑνὸς τιμος εἰς  
 Ind. 13 τὸ τοῦ φιλοτεχνήματος θέατρον εἰσιέναι. οὕτω γὰρ ἐνόμισε, μήτ'  
 P. 460 ἔξ αὐτῶν ἐντὸς ἕγγενέσθαι οἱ ἐπιβουλὴν τινα, μήτ' ἔξωθεν ἔξ  
 ἄλλοτριῶν ἴσως καὶ δημοτῶν ξυμμελετηθεῖσαν· εἶναι γὰρ μεγί-  
 στην ταῖς πύλαις ἀσφάλειαν τοὺς οἰκέλους ἐκείνους ὑπασπιστὰς. 5  
 οὕτως ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν τὴν  
 τούτου διάνοιαν ἔσφηλεν, ἵνα ῥῆον μᾶλλον τῶν ἄλλοτριῶν αὐτὸς  
 ἑαυτῷ καταστήσῃ τὸν κίνδυνον. (ς'.) Εἰσιόντος οὖν καὶ ἀρ-  
 ξυμένον τοῖς οἰκοδόμοις διαλέγεσθαι περὶ τῶν πρακτέων, τὸ προσ-  
 Βτυγὸν ὁ Ῥαυλ πρῶτος ἀρπάσας ῥόπαλον (μηδὲ γὰρ παρεῖναι 10  
 ἕξιφος οὐδὲν ἐκεῖ τοῖς δεσμίοις) καὶ πρὸς τὸ μανικώτερόν τε καὶ  
 ἐνθουσιῶδες τοῦ ἤθους ἐλθὼν ὑπὸ δέους καὶ ἀπογνώσεως ἔξε-  
 δραμε κατ' αὐτοῦ, τοιάδε φθεγγόμενος. „ἕως πότε σου τὴν ἀπή-  
 νειαν ἢ τὰ πλῆγια βόσκουσα τοῦ ἡλίου λαμπρὰς διακαρτερήσει βλε-  
 πουσα; ἕως πότε θεῖοι κεραυνοὶ καὶ πρηστῆρες ἐν αἰθέρι τὴν σὴν 15  
 καθευδήσουσι ταμιεύοντες κόλασιν; ἄλλ' ὦρα σοι νῦν, ἀλιτήριε,  
 C δυοῖν θάτερον· ἢ σὺν ἐμοὶ τῷ ἡλίῳ τῷδε συγκαταδύναμι πρὸς  
 ἄδην τήμερον· ἢ σοῦγε θανόντος ἐλευθέρους βλέπειν, εἰ βο-  
 λομένῳ γε εἶη θεῶ, βλεφάροις λευκάς τὸν τεῦθεν ἡμέρας ἐμὲ  
 ξυνορᾶν.” ταῦτ' ἔλεγε καὶ ἅμα ἐμβριθεστέρῳ βραχίονι κατενεγ- 20  
 κὼν τὸ ῥόπαλον τὴν ἐκείνου γενναίως ἐπάταξε κεφαλὴν. καιρία  
 μὲν οὖν οὐκ ἐγένετό τις ἐκείνῳ τότε πληγῆ· ῥίφεισθαι δ' οὖν τῆς  
 D καλύπτρας, γυμνῇ λοιπὸν περιῶν ἐπεβοῦτο τῇ κεφαλῇ τοὺς ἐξαι-  
 ρησομένους τῆς ἀθρόας ἐκείνης καὶ ἀφνιδίου περιστύσεως. ἄλλ'

20. ξυνορᾶν abundat, ut Boiv. observat.

servare; ipsum vero cum uno aliquo ingredi ad operis grati spectaculum. Ita quippe nec intus ab iis imminere sibi insidias credidit; nec foris, ab alienis forte seu a populo meditata: maximum enim stare pro foribus praesidium, suos illos stipatores. Sic ille, qui comprehendit sapientes in astutia eorum, mentem iustus subvertit; quo facilius ipse sibi, et magis quam quivis extraneus, periculum conflaret. (VI.) Cum itaque esset ingressus, ac de iis quae agenda essent coepisset colloqui cum architectis, primus Raül, arrepto quem fors obtulit fuste (nec enim ullus suppetebat illic vincit gladius) furiosum quandam et fanaticum induens morem prae metu ac desperatione in eum irruit haec vociferans. „Quousque tandem immanitatem tuam fax alma solis adspicere perstabit? Quousque divinum fulmen et ignei turbines, in aethere consopiti, supplicium tuum reservabunt? Sed tibi, o scelus, duorum alterum iam necessum est, ut aut mecum hac hodierna luce morte oppetas; aut mortuo te, liberis exinde oculis intuear, si Deus velit, candidos dies.” Haec ait, et simul valentiori brachio clavam molitus illius caput strenue percussit. Non tamen lethale statim vulnus inflictum est. Cum autem capitis tegmen esset excussum, ille nudato iam capite oberrans eos inclamabat, qui se ab subita illa repentinaque clade libe-

ἦν τὸ παράπαν οὐδείς, πλὴν ἑνὸς, ὃς εὐθὺς συμπλακεῖς τῷ A. C. 134.  
 Ραοῦλ ἔπαυέ τε καὶ ἐπαλετο· καὶ ἦν ὠθισμὸς ἐν ἀμφοτέροις μα- Imp. Io. Pa-  
 κρὸς, ὁπότερος ἂν ἀνέλοι τὸν ἕτερον πρότερος. ἀλλ' οὐδέτερος laeol. 4  
 οὐδέτερω κίνδυνον ἐνεγκεῖν ἐδυνήθη. τούτων δ' οὕτως ἐχόντων,  
 5 ἕτερος τῆς τῶν Παλαιολόγων σειρᾶς ἀθρόον τῷ Ἀποκαύκῳ ἐπι-  
 πηδᾷ, τὰ παραπλήσια λέγων καὶ δρωῖν τῷ προτέρῳ, καὶ ἡμῶν  
 ἄλλος, καὶ ἐπὶ τούτοις ἕτερος· καὶ οὕτω, συνελόντι φάναι, **E**  
 βιαίως ἐκείνος ἀπέρρηξε τὴν ψυχὴν, ἀπάσης ἐρμῆος βοηθείας,  
 ὃ πάντα χρήματα παρὰ πάντα δαπανῶν τὸν βίον ὑπὲρ τοῦ μὴ  
 10 βιαία χρήσασθαι τελευτή. (Ζ.) Ἐλαθε γὰρ ὡς ἔοικεν ἑαυτὸν,  
 Θεοῦ μὲν ἀφαιρῶν τὴν πρόνοιαν, ἀνθρωπίναις δὲ προσαρτῶν  
 ἐπινοίαις τε καὶ σπουδάσμασι τῆς παρουσίας τοῦ βίου διαγωγῆς  
 τὰ ἐνέχυρα. καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἄλλους διαβάλλων καὶ καθειργνύς **F**  
 καὶ τοὺς ἐκείνων ἀφαιρούμενος βλους ἐπὶ σαθροῖς θεμελίοις ἐπε-  
 15 τίθει τὰ τῆς ἰδίας ἀσφαλείας ὄχρωμάτα· παραπλήσιον ποιῶν,  
 ὥσπερ ἂν εἰ κρηστῆρας ἐκ γειτόνων ἀρπάζων μηδὲν αὐτῷ προσ-  
 ἤκοντας ἀδοχειράει τὴν ἑαυτοῦ προφανῶς ὑφήπτεν οἰκίαν. διὸ  
 καὶ παραμύθιον μὲν ἢ ἐκείνου γέγονε τελευτῇ τοῖς τε διὰ πένταν  
 οὐκ ἔχουσιν ὅτῳ χρήσονται φαρμάκῳ πρὸς τὰς ἐπιούσας ὁμοίως  
 20 τοῦ χρόνου τύχας καὶ κῆρας καὶ οἷς ἔφεσις τῶν κακῶς ὑπ' αὐ- P. 461  
 τοῦ πραττομένων ἐκδικῆσιν θεύσασθαι ἦν, πρὶν ἀπογνώσει σφᾶς  
 δεδωκότας ἐν τι πεπονθέναι τῶν ἀθεμίτων· καὶ ἡμῶν παιδευτή-  
 ριον, ἐς τὸ σῶφρον τοὺς θρασυτέρους ἀνθέλκον, καὶ οἷς τὰ  
 ἀτόλμητα ζῆν οὐδενὶ δέει τολμᾶται. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε

arent. Sed erat omnino nullus, uno excepto, qui, consortis statim cum Raule manibus, feriebat simul et feriebatur. Et hi quidem magno uterque niso certabant, uter alterum interficeret prior. Sed neuter alteri periculum inferre poterat. Haec cum ita se haberent, de Palaeologorum catena alter statim in Apocaucum irrui, eadem ferme ac primus dicendo faciendoque, et confestim alius, atque etiam alius. Ita, ut paucis absolvam, violenta ille morte vitam abruptit, omni auxilio destitutus, qui omni sumptu per omnem vitam curaverat, ne violentum exitum sortiretur. (VII.) Non animadvertenter scilicet, divinam a se tolli providentiam; in hominum autem consiliis ac diligentia poni vitae huius tuendae certissimam rationem. Quamobrem cum alios criminaretur, et vinculis coërceret, et fortunis spoliaret, salutis suae praesidia vitiosis fundamentis imponebat; perinde ille agens, ac si igne non suo, sed ex vicinis raptο, suam ipse domum propria manu succenderet. Itaque illius mors solatium quidem iis fuit, quibus ob inopiam nihil supererat, quo tanquam remedio uterentur adversus temporum fortunam et calamitates, aequae ut antea subeuntes; item iis, qui vindicata illius malefacta videre cupiebant, antequam desperatione auctore nefas ipsi aliquid susciperent: documentum vero exstitit, quo audaciores, et ii qui nullo metu deterriti ea tentant, quae intentata esse oportet, ad sanio rem mentem revo-

- A. M. 6853 τὸν τρόπον. (H.) Πρὶν γε μὴν αἰσθησθαι τοῦ δράματος ἕγγε-  
 Ind. 13 **B** σθαι τοῖς ἔξω, δεσμὰ πάντα καὶ κλοιοὺς οἱ δεσμῶνται ῥήξαντες  
 V. 373 εἰς τὴν τοῦ πτώματος θέαν μετὰ πάσης ἐπεξέθειον ἡδονῆς, οὐ  
 μείον διακοσίων ὑπάρχοντες· ὧν εἰς τις σκεπύρων τεκτονικῶ (ξί-  
 φος γὰρ ἦκιστα παρῆν) τοῦ λοιποῦ τὴν κεφαλὴν ἀφελόμενος σώ-5  
 ματος ἐπὶ τῆς ἐπύλξεως ἔστησεν, ὥστε καταφανές γενέσθαι τὸ  
 δρῆμα καὶ πᾶσι τοῖς ἔξωθεν ἤδη παρὰ τὰ τεῖχη ποταμηθὸν εἰσ-  
 ρέουσι δῆμοις· ὡσθ' ὅσοι μὲν αὐτῶ κατὰ γένος ἢ καθ' ἑταιρείαν  
**C** εἶεν προσήκοντες μηκέτι ποιεῖν ἀνήνυτα, πάσης τελέως σβε-  
 σθείσης τοῦ ἔην ἐκείνον ἐλπίδος· ὅσοι δ' ἀπεχθῶς εἶχον αὖ πρὸς 10  
 ἐκείνον, τούτους δ' ἔβρωσθαι τὰς διανοίας, καὶ συμμαχεῖν ἔξω-  
 θεν ἀδεῶς τοῖς ἔνδοθεν ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας ἡγωνισμένοις.  
 ἔπειτα διελόντες ἑαυτοὺς εἰς τάξεις καὶ μοίρας τὴν τῶν πυλῶν  
**D** Δομοῦ καὶ ἐπύλξεω διέλαχον φυλακὴν. (Θ.) Μέγιστον δ' ὄμως  
 ὑπῆρχέ σφισιν ἐμπόδιον εἰς τὴν τῆς παραδόξου ταυτησὶ σωτη-15  
 ρίας συντηρητικὴν ἑαυτῶν δύναμιν ἢ τε τῶν πρὸς τὸ ἔην ἀναγ-  
 καίων σπάνις καὶ ἢ τῶν ὄπλων τε καὶ τῶν ἀμυντηρίων βελῶν  
 ἔνδεια. οὐ γὰρ εἶχον ὄθεν ἐκ τοῦ παραχρῆμα ῥᾶστα κομίσονται  
 τὰ τῆς χρείας, ἀπροσδόκητον σχεδιασάσης τῆς περιστάσεως τὸ  
 παραθῆν. ὁμως τῆς νυκτὸς ἐπιούσης ἐκείνης, καὶ πάντων ἐκείνων 20  
**E** ἐν ζάλλῃ καὶ τρικυμίᾳ λογισμῶν ὑπαρχόντων μεγίστη, ἤκε τριήρης  
 ἐκ τῶν Γαλάτου περὶ μέσους πονύκτας, ἐκ τοῦ παραλλοῦ τελ-  
 χους κομίζουσα τούτοις ἄρτον καὶ οἶνον, καὶ ὅσα τὸ τῆς ὥρας

caerentur. Et haec quidem in hunc modum gesta sunt. (VIII.) Caeterum antequam foris quisquam tragoediam illam persensisset, ruptis omnibus et vinculis et catenis, maxima cum voluptate ad cadaveris spectaculum accurrere ii qui in carcere erant, haud minus ducentis. Ex quibus unus fabrilis ascia (etenim ensis nullus praesto erat) caput, ab reliquis membris abscisum, super fastigiis murorum statuit; quo manifestum fieret illud facinus universae multitudini, quae extrinsecus iam propter muros torrentis instar confluebat; et ut ii quidem omnes, qui illum genere contingebant, aut aliqua societate cum eo coniuncti fuerant, labore irritato supersederent, extincta prorsus saluum habendi spe: quoscumque vero ille infensus habuerat, ii animo confirmarentur, adessentque extrinsecus sine ullo metu iis, qui pro communi libertate certavissent. Deinde se in ordines et manipulos distribuerunt, portarumque et propugnaculorum custodiam sortiti sunt. (IX.) At magno ipsis impedimento erat, quo minus illius insperatae salutis conservandae facultatem haberent, eorum quae ad victum necessaria sunt inopia, armorumque et telorum quibus se defenderent penuria. Non enim habebant, unde facile et e vestigio ea quae usui essent deveharent; cum ipsa occasio id quod perpetratum erat, minime praemeditatum, ex tempore suggestisset. Ea tamen quae sequuta est nocte, cum illi omnes in maxima perturbatione curarumque aestu versarentur, venit de triremibus Galataeis una, circa mediam ferme noctem, ab maritimo muro panem et vinum apportans, et



συνεχώρει στενὸν ἑδάδιμα, καὶ ἅμα ἐπαγγελίας καὶ φιλανθρω- A. C. 134.  
 πους λόγους, καθ' ὁπίοτερον βούλοιντο δοῦν· εἴτε μένειν αἰρου- Imp. Io. Pa-  
 μένοις κομίζειν ἐς τὴν ὑστεραίαν ὄπλα καὶ βέλη πολέμια· εἴτ' incol. 4  
 ἐκείθεν ἀπαλλάττεσθαι διὰ θέος, δέξασθαι προθύμως ἐς τὸ ἐν  
 5 τοῖς Γαλάτου σφῶν αὐτῶν φρούριον, καὶ πῦσαν περιποιήσασθαι  
 σφισιν ἀσφάλειαν. ταῦτ' εἰπόντες ἐπανήσαν οἴκαδε, χρηστὰς  
 ἐλπίδας μὲν τοῖς ἐντὸς τείχους καταλιπόντες, οὐκ εἰς χρηστὸν δ'  
 οὐδ' ἐπέραις ἐληλυθυίας. πέμψασα γὰρ ἡ βασίλισ Ἄννα (οὐ γὰρ  
 ἐλελήθει τὸ γεγονός) ἀπέφραξέ τε καὶ ἀνεχαίτισε τὴν ἔφοδόν τε  
 10 καὶ τὸν εἰσπλοῦν τῆς κρύφα μελλούσης ἐπιτείνει Λατινικῆς ἐς τὴν  
 ὑστεραίαν δυνάμεως. (I.) Τοῦτο πρὸς ἀπόγνωσιν ἤγαγε τοὺς P. 462  
 τειγῆρεις ἐκείνους. οὐτε γὰρ ὄπλον ἦν σφισιν οὐδὲν φυλακτῆριον,  
 οὐτ' ἄσπις, οὐτε τόξον, οὐτε βέλος οὐδὲν ἀμυντήριον· καὶ  
 πρὸς γε τὸ τεῖχος ἀμεληθὲν ἐκ πολλοῦ διεφθάρως ἦν τὰ πλείστα  
 15 μέρη τοῦ τε περιπάτου καὶ τῶν ἐπάλλξεων. τὴν μὲν οὖν νύκτα πῦ-  
 σαν ἐκείνην οὕτως ἐπ' ἐλπίσιν ἀμφισβητησίμοις ἐντὸς τείχους ἠθ-  
 λίσαντο, τὰς τε πύλας φυλάττοντες καὶ τὰ τεῖχη περιῶντες.  
 ἔωθεν δ' ὡς εἶδον σύρρακα καὶ χυδαῖον ὄχλον, παρὰ τὸν γειτονα B  
 συνιόντας ἰππόδρομον θέας εἶνεκα, καὶ ἥκιστα συμμαχίας ἤστι-  
 20 νοσοῦν, ἔξ ὧν γε ἠλπίκασιν· (ᾤοντο γὰρ, ἐπεὶ μισητὸς ὑπῆρχε τοῖς  
 ὄλοις σχεδὸν Βυζαντιοῖς Ἀπόκαυκος, ἅπαντας ἤξειν εὐθὺς, στα-  
 σιάσαντας κατὰ τῶν ἀρχόντων καὶ βουσιλέων, ἀπαλλάξαντος δὲν  
 ὡς τύραννον ἐδεδίεσαν·) ὡς οὖν ἕτερα ἀνθ' ἐτέρων ἐώρων καὶ

quidquid ciborum illius tempestatis iniquitas concedebat: item promissiones et benigna verba, utrumlibet illi facere mallent. Si enim manere ibi satius ducerent, allatum iri postridie arma ipsis et tela hostilia: sin inde ob metum migrare destinarent, eos se alacriter in praesidium suum Galataeum recepturos, et omnem ipsis securitatem praestituros. Haec cum dixissent, domum redierunt, bona spe iis relicta qui intra murum versabantur, sed quae ad bonum exitum non pervenit. Siquidem imperatrix Anna, missis hominibus (nec enim eam id quod acciderat latuit) praecclusoque aditu, adventum inhibuit appulsisque illius Latinorum manus, quae clanculum affutura erat postridie. (X.) Ea res obsessos illos ad desperationem compulit. Quippe nec arma iis erant, quibus protegerentur, nec clypeus, nec arcus, nec ullum ad vim propulsandam telum. Ac praeterea neglectis pridem murus hiabat plerisque in partibus circumductas ambulationis et summorum propugnaculorum. Totam itaque illam noctem dubia spe intra murum mansere, portas custodientes et moenia circumeuntes. Mane autem, ubi plebeiam faecem atque colluviem conspicati sunt, ad vicinum Hippodromum visendi studio, ac non (ut speraverant) ferendi ullius auxilii causa confluentem; (etenim arbitrabantur, eo quod omnibus fere Byzantinis odio fuisset Apocaucus, venturos statim omnes, seditione adversus magnates et imperatores mota eo, quem ut tyrannum metuerant, sublato,) ubi itaque aliud

A. M. 6853 οὐ κατὰ γνώμην ἐχώρει τὰ δρώμενα, περὶ διαλλαγῶν ὤμιλον  
 Inq. 13

τοῖς ἔξωθεν πρὸς τῆς βασιλίδος ἰοῦσιν Ἄννης. καὶ τάχ' ἂν ἐγγι-  
 γνητό τι χρηστὸν ἐκείνοις, εἰ μὴ τινος δαιμονίου κεκώλυκε βασκα-  
 νία. ἀλλ' ἐχρῆν, ὡς ἔοικεν, ἐν Θεομηρίας καιροῖς μηδὲν ἀτόλ-

V. 374 μῆτρον παροφθῆναι τῶν ἀδεμίων. ἔσχε δὲ οὕτως. (I.A.) Ἡ τοῦ 5

Ἀποκαύκου γυνή, τὸ ἐνδόσιμον πρὸς τῆς βασιλίδος Ἄννης λα-

D βοῦσα, προσκαλεῖται πᾶν τὸ Γασμουλικόν, καὶ χρημάτων χρη-

γία δαψιλεστέρα πείθει, τὰς τριήρεις αὐθήμερὸν ἀφεμένους ἕπαν-

τας, ὅπλα δ' ἐκείθεν ἀνειληφότας καὶ βέλη πάντα, περιεληλυ-

θῆναι πολιορκοῦντας τὸ τοῦ παλατίου ἐκείνου φρούριον, ἕως εἰς- 10

πηδύσαντας ἡβηδὸν τοὺς ἐπὶ τὸς ἀνελεῖν, τοὺς μὲν ὡς ἀνδρο-

φόνους, τοὺς δ' ὡς ἀνδροφόνους δῆπουθεν ὁμόφρονας καὶ ὁμο-

στίγους. πρὸς δὲ τοιοῦτους φόνους ἀγαθαίων καὶ ἀσυνέτων ἀν-

E δρῶν ὀπλίσασα δεξιὰς ἐκείνη χρημάτων ἀβραῖς (ὡς εἰρήκει-

μεν) δεξιῶσεν καὶ οἶνον κρατήρων πολλῶν ἐμφορεῖσθαι δίδωσιν 15

ἀφρόνως, ἵν' οὕτως τοῦ καθήκοντος ἐκστάντες λογισμοῦ μαι-

νομένων δίκην χωρῶσι πρὸς τὰς τῶν ἀνθρώπων σφαγὰς. ἐπεὶ δ'

οὕτω ταῦτ' εἶχε καὶ ὁ τοῦ ἡλίου δρόμος ἤδη τὰ μεσημβρινὰ

παρήλλατε ὑψώματα, δραμόντες ἐκεῖνοι κύκλῳ τὸ φρούριον

περίεστησαν ἕπαν, ἀσπίσι καὶ ὅπλοις ἕπασιν πεφραγμένοι, καὶ 20

Ἐἕπαν βέλος ἐκβεβόλον ἐν χεροῖν περιφέροντες, καὶ ὅσα θύρας ἀνα-

μοχλεύουσιν ὄργανα καὶ κατασιέουσι τελεχῆ καὶ ἀποσπῶσι λί-

θους ἐκ θεμελίων· ὧν οἱ μὲν τὰ βέλη πέμποντες ἔξωθεν κατὰ

pro alio viderunt accidisse, neque ex sententia succedere res, de reconci-  
 lianda gratia egere cum iis, qui ab imperatrice Anna advenerant: et nisi  
 obstitisset genii alicuius mali invidia, fortasse aliquid boni ipsis exstitisset.  
 Sed nimirum oportuit, in illis furoris divini temporibus, nihil sceleris in-  
 tentatum omitti. Res autem ita se habuit. (XI.) Apocauci uxor, ab im-  
 peratrice Anna licentiam cum impetrasset, Gasmulicam omnem turbam ad-  
 vocat, et pinguioribus pecuniae largitionibus persuadet, ut cuncti tiremibus  
 ea die relictis, sumptisque inde armis et telis quaecunque inessent, pa-  
 latii illius arcem obsidione cingant, quoad facta irruptione eos trucident,  
 qui intus versentur, nulli aetati parcendo; hos, ut homicidas; illos, ut ho-  
 micidarum fautores atque contubernales. Ad eiusmodi caedem cum illa ho-  
 minum circumforaneorum et stolidorum dextras armavisset liberali, ut dixi-  
 mus, pecuniae erogatione; multis etiam vini poculis profuse eos ingurgitat,  
 ut in hunc modum recta ratione excussi furentium instar ad homines iugu-  
 landos ruerent. Cum in eo res essent, solis curau meridiano iam verti-  
 cem praetereunte, ruere illi et totam undique arcem circumstare, clypeis  
 armisque omnibus instructi, et omne missilium telorum genus manibus cir-  
 cumferentes, eaque omnia instrumenta, quae aut ad portarum repagula con-  
 vellenda, aut ad muros quatendos, aut ad lapides e fundamentis emovendos  
 valent. Ex his alii quidem foris magnam telorum vim ac densam veluti nu-

πλήθος καὶ δίκην βαθέων νεφῶν πάντας τοὺς ἔνδον τῶν ἐπάλ- A. C. 1345  
 ξων ἀπήλασαν ἐκ τοῦ παραρχῆμα, μηδὲν ὄθενον ἔχοντας ὄπλον, Imp. Io. Pa-  
 ἢ φυλακτήριον, ἢ δι' ὧν ἀμνηεῖται τις τὸν ἐπιόντα πολέμιον. laeol. 4  
 οἱ δὲ τὰ ἐκμοχλευτήρια φέροντες ὄργανα, προσιόντες ἔξωθεν τὰ P. 463  
 5 τε τείχη πολλαχόθεν διώρτυτον καὶ τὰς πύλας ἀνεμόχλευον· ὡς  
 ἐν πάνυ βραχεία καιροῦ ῥοπῇ, πολλῶν πολλαχόθεν τῶν εἰσόδων  
 ἀνοιχθειῶν, πάντας ἄρδην εἰσρῦναι τοὺς πολέμιους. (IB.) Ἦν  
 τότε ἰδεῖν τοὺς μὲν ἀθλίους ἐκείνους ἀφειδῶς ἀναιρουμένους καὶ  
 πρὸς ἕδην ἐκ τῶν χθρῆς πεμπομένους δεσμῶν· τοὺς δὲ φόβου  
 10 πνιόντας ἄνδρας ἐκείνους εἰς πολυειδεῖς καὶ ποικίλας σφαγὰς  
 χρωμένους τοῖς ξίφεσι ξὺν πολλῇ καὶ μανιώδει τινὶ τῇ ὠμότητι  
 καὶ βαρβαρικῇ τῇ θρασύτητι. γυμνοὶ μὲν οὖν ἀσπίδων οἱ τάλα-  
 νες ὄντες ἐκείνοι καὶ ἄοπλοι, καὶ ἥκιστα διαφυγεῖν τὸν παρόντα  
 δυνάμενοι κίνδυνον, οἱ μὲν ἤδη ἐκόπτοντο, οἱ δ' ἔξεχόντο φεύ-  
 15 γοντες σύνδυο καὶ σύντριες καὶ κατὰ πλήθος, καὶ διὰ τῶν με-  
 σοτοίχων καταφρόντες ἐς τὴν ἐχομένην τῆς Νέας μονῆν διμερῆ-  
 ζοντό τε τὰς θείας εἰκόνας ἀντ' ἄλλου φυλακτηρίου παντὸς ἐε- C  
 ροῦ· οἱ δ' ἐνεχειρῶντο τὰ ἐπὶ τῆς θείας τρυπέλης τῶν μυστη-  
 eiusmodi festis ac celebratibus apparandis. Hoc vero tantam multitudi-  
 nem capere hand poterat; adeoque arctior locus et insuavior videbatur.  
 Nam cum publicus ille suggestus, cui imperatorios thronos imponi oportebat,  
 eam exigeret longitudinem, quae et altitudini et latitudini responde-

- A. M. 6855 βασιλικὸς ἔδει τεθῆναι θρόνους, ἔχρῃν ἰκατέρωθεν τὴν προσήκουσαν ἔχειν εὐρυχωρίαν καὶ τοὺς τοῦ θεραπευτικοῦ τάγματος, ὁπότε δεήσειεν· ὡς εἶναι βραχὺ λοιπὸν τὸ λειπόμενον τοῦ νεῶ πρὸς ὑποδοχὴν διαφόρων ὄχλων. ὁμως ἐφαμίλλου τῷ μεγίστῳ θείῳ ἐκείνῳ τεμένει τῶν πάντων ὄντος οὐδενός, ὁ δεύτερος ἐξ 5
- D ἀνάγκης ἔδοξε πλοῦς εἰς τὴν χρεῖαν αὐτός. (Γ.) Καὶ ἦσαν οἱ τοὺς βασιλικὸς τηρικαῦτα θρόνους πληροῦντες ἐκείνους δυοῖν τε βασιλέων ὁμωνύμων ὁμοφροσύνη καὶ ἅμα βασιλλίδες τρεῖς, Ἄννα τε καὶ Εἰρήνη ἢ Καντακουζηνὴ μετὰ τῆς θυγατρὸς Ἑλένης. τούτων δ' οὕτω τετελεσμένων, περὶ δεκάτην ὥραν που τῆς 10
- V. 401 πρώτης καὶ εἰκοστῆς τοῦ μαίτου ἵππων εὐθὺς ἐπιβάντες, ὡς εἰχον, μετὰ τῶν βασιλικῶν ἐνδυμάτων ἐκείνων ἦγον εἰς τὸ πάλαιον. 401
- V. 401 καὶ τὴν συνήθη πεποιηκότας ἐμφάνειαν ἀπ' ὑψηλοῦ τοῦ βήματος εἶτα κατήσαν, καὶ τράπεζαν παρετίθεισαν, ἐπὶ πέντε
- P. 496 θρόνων αὐθις καθίσαντες. (Δ.) Τοσαύτη δὲ πενία κατέχετο τὰ 15
- P. 496 βασιλεια τηρικαῦτα, ὥστ' οὐδὲν ἦν τῶν τρυβλίων καὶ ἐκπωμάτων ἐκεῖ χρυσοῦν ἢ ἀργυροῦν· ἀλλ' ἕνια μὲν καττιτέρινα, τὰ δ' ἄλλα πάντα κεραμεῦ καὶ ὀστράκινα. ἐξ ὧν ἔξεστι συνίεναι τοῖς ὅσοι μὴ ἀδαεῖς τῶν τοιούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλως ὀφειλομένων, ὁπόσα μὴ κατὰ τὸ εἶδος τελεῖσθαι ξυνέβαινε, τῷ τῆς ἐνδείας βιαίῳ τῶν 20
- P. 496 τότε τυραννομένων πραγμάτων καὶ λόγων καὶ ἐγχειρημάτων. ἐῷ
- P. 496 Βγὰρ λέγειν, ὅτι καὶ τὰ βασιλικά τῆς ἐορτῆς ἐκείνης διαδήματά τε καὶ περιβλήματα, ὡς ἐπὶ τὸ πλείστον, χρυσοῦ μὲν εἶχον τὴν φαντασίαν καὶ λίθων δῆθεν πολυτιμῆτων· τὰ δ' ἦν ἐκείνα μὲν

rot, necesse etiam erat utrinque spatium satis amplum diaconis patere ad sedendum, ubi opus futurum esset; ita ut templi reliqua pars angustior iam foret, quam ut posset capere variam hominum multitudinem. Tamen cum ex omnibus templis nullum esset, quod maximo illi posset aequiparari, altero hoc velut subsidiario uti necesse visum est. (III.) Erant autem ii, qui sedilia illa imperatoria tunc tenebant, cognomines et socii duo imperatores; item tres imperatrices, Anna et Irene Cantacuzena cum filia Helena. Quae cum ita essent, primo et vigesimo Maii die, circa decimam horam, concensis statim equis, ita ut erant, cum imperatoris illis insignibus, venire ad palatium. Cumque ibi de more spectandos se ex alto suggestu exhibuissent, mox descenderunt, ac mensa apposita, rursus in quinque sedilibus consedere. (IV.) Tanta porro tunc laborabat inopia palatium, ut in lancibus et poculis nihil ibi esset aurei aut argentei; sed stannea quidem nonnulla, caetera vero omnia fictilia et testacea essent. Ex his quilibet, earum rerum non rudis, caetera quoque aliunde requisita, nec ita ut par erat perfecta (tyrannica quippe inopiae vi in factis, in dictis, in consiliis, tum temporis dominante) facile intellecturus est. Nam illa quidem dicere omitto, ut et ipsa in ea solennitate diademata et vestimenta, maxima ex parte, auri quidem speciem haberent et gemmarum pretiosissimarum; con-

ἀπὸ σκόντους, ὅποσα χρυσὸς ἐπιχρῶζει πρὸς τὴν τῶν σκυτίων Ἀ. C. 1347  
 ἐνίστε χρεῖαν· ταῦτα δ' ἐξ ὕλων, παντοδαπὴν ἐχόντων χρυοῖαν Imp. Io. Pa-  
 πρὸς τὸ διαυγές. ἦσαν δ' οὗ καὶ σποράδην εἰπεῖν εὐκοσμίαν ἔχον- laeol. 6  
 τες ἀλθροῦσαν λίθοι πολυτελεῖς καὶ μαργάρων στυλπνότης,  
 5 οὐκ ἀπατώσα τὰς ὄψεις· οὕτως ἐρῆει καὶ σφόδρα ἔσθη καὶ κα- C  
 τηρέθη τὰ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης εὐδαιμονίας τε καὶ λαμπρότητος  
 τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων· ὡς νῦν γε μηδ' ἄνευ αἰσχύνῃς ἔχειν  
 ἡμῶς ἐκτιθέναι τὴν τῶν τοιούτων ἀφήγησιν. (E.) Αἰτίαι δ' ἦσαν  
 τῆς τοιαύτης καταφορῆς τε καὶ κακοδαιμονίας· πρώτη μὲν, ἡ  
 10 τῶν ἐμφυλίων στάσεων φορὰ τε καὶ σύγχυσις· ἡ ῥάστι μὲν ἡ τῶν  
 ὄντων ἦν χρηματικῶν εἰσόδων ἀνατροπή· ῥάστι δ' ἡ τῆς οὐκ  
 οὔσης δαπάνης εὐρεσις καὶ ἐπίνοια· δευτέρα δὲ καὶ τελευταία, D  
 τὸ φιλάργυρόν τε καὶ χρυσομανὲς τῆς γνώμης τῆς τε βασιλίδος  
 Ἄννης καὶ Ἀλεξίου τοῦ Ἀποκαύκου· οἷς ἡ τοῦ στρατεύεσθαι  
 15 χρεῖα κατὰ τοῦ Καντακουζηνοῦ, πρόβασιν παρασχούσα πλουτεῖν  
 κακοτρόπως, ὅλαις ἐξαντλεῖν ἐπινενόηται χερσὶ τὰ ἐκ πολλοῦ τοῖς  
 βασιλικοῖς ταμείοις ἐντεθραυρισμένῳ πολυτελεῖ κεμήλια. προσ-  
 ποιούμενοι γὰρ ἑτέροις πιπράσκουσιν τὰ μὲν αὐτῶν αὐτοὶ κατ' E  
 ἐκλογὴν ἐσφετερίζοντο λάθρῳ· τὰ δ' αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐπιπράσκον,  
 20 πᾶν τοι εὐωνον, καὶ ὅποια βουλομένοι σφίσιν ἦν, τὴν προῦσιν  
 ποιούμενοι. ἦν δ' ὁμοῦ καὶ ἐξεπίτηδες τὸ γινόμενον, ὡς αὐτοῖς  
 ἐνίστε ἐκλαλούμενον ἦν· ἔν' εἰ τύχοι παρεληφῶς τὴν βασιλειον  
 ἀρχὴν ἐς Βυζάντιον εἰσεληλυθῶς ὁ Καντακουζηνός, μὴ εἶναι οἱ  
 χρημάτων εὐπορίαν, δι' ἧν τοῖς ἡγεμόσιν ἰσχύς κατ' ἐχθρῶν

starent autem illa corio, qualia nonnunquam insurantur ad coriariorum  
 usum; haec vitro, omnigenis coloribus perlucente. Erat tamen alicubi, sed  
 sparsim, sincerus pretiosorum lapidum nitor, et is, qui oculos non deciperet,  
 margaritarum felgor. Adeo dilapsa erat penitusque extincta et pe-  
 sumdata vetus illa rei Romanae fortuna et magnificentia, ut ne nunc qui-  
 dem sine pudore earum narrationem edere possimus. (V.) Cur au-  
 tem adeo res perditae et afflictae essent, hae causae erant. Prima, civi-  
 lium dissidiorum tumultus et caeca perturbatio; cui facillimum fuit et id quod  
 rei pecuniariae erat effundere, et eos sumptus comminisci atque excogitare,  
 qui nulli erant. Altera, eademque ultima, avaricia et auri amore furens  
 animus Annae imperatricis Alexique Apocauci; quibus belli Cantacuzeno  
 inferendi necessitas occasionem praebens perperam ditescendi ideo excogitata  
 est, ut plenae manibus illas gazas haurirent, quae in imperatoris  
 thesauris iam pridem erant repositae. Aliis enim vendere simulan-  
 tes nonnulla, delectu habito, in rem suam convertebant; quaedam ipsi sibi  
 vili admodum pretio, et ut libitum erat, vendebant. Id tamen et consulto  
 fiebat, ut ad ipsis temere aliquando vulgatum: ne videlicet Cantacuzeno,  
 si forte is Byzantium ingressus rerum potiretur, parata esset copia pecu-  
 niarum, unde et principibus vires ad debellandos hostes suppetunt, et or-

A. M. 6855 περιγίνεται καὶ κόσμος τῇ ἀρχῇ δημιουργεῖται· ἀναλογίαν γὰρ

Ind. 15

ἔχειν βίβη παντὶ τὰ χρήματα, καὶ μάλιστα πάντων ταῖς ἡγαμον-  
καῖς ἀρχαῖς, ὅποιαν δῆπου τοῖς πᾶσι ζωοῖς ἢ τῶν νευρῶν σύμ-  
πηξίς τε καὶ ἀρμονία. (ς.) Ὅθεν ἐλθόντι τῷ Καντακουζηνῷ  
πάντ' ἦν παντάπασι κεκενωμένα τὰ βασιλέων ταμεία· καὶ πλὴν 5  
ἀέρος καὶ κόνεως καὶ τῶν Ἐπικουρείων εἰπεῖν ἀτόμων, εὐρηται  
πλέον οὐδὲν ἐν αὐτοῖς. δέον οὖν ζητῆσαι καὶ λαβεῖν ἢ μὲν ἐκ τῆς

P. 497 βασιλίδος Ἄννης εἰς τὰς τῶν βασιλικῶν ἐνεργειῶν ἀναγκαίας δα-  
πάνας· ἢ δ' ἐκ τῶν τὰ δημόσια κατεδηδοκότων, κἀκεῖθεν πορι-  
σαμένων τὴν τοῦ πλουτεῖν εὐπορίαν, κἀκ πενήτων πάννυ τοι γε 10  
γονότων ἐξαίφνης πλουσίων· ὁ δὲ σιωπῇ παρέδραμεν ἅπαντα·  
εἶθ', ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῇ συμφυεῖ καὶ συντρέφῃ πραύτητι κἀν-  
ταῦθα χρώμενος· εἶθ', ὡς ὁ τῶν πλείστων ἐκράτει λόγος, δει-  
λίας τε συνισχημένος τρόποις ἐξ ὁμοφροῦς τινος ἀφελείας καὶ

Βῆμα δεδιῶς ἀδόκητόν τινα στάσιν, ἐτι τεταραγμένων αὐτῷ τῶν 15

V. 402 πραγμάτων καὶ ἀνωμάτων ὄντων. (Ζ.) Τοσοῦτον γὰρ ἀπέ-  
σχετο τοῦ μηδεὶ δι' ὄχλου γενέσθαι τῶν ὄσοις, τῷ καιρῷ πρὸς  
ἀρπαγὴν χρησαμένοις συμμάχῳ, διανεμασθαι ξυνεπεπτώκει τά  
τε αὐτοῦ καὶ τὰ τῶν ἀκολουθησάντων αὐτῷ πράγματα, οἰκίας  
τε καὶ ἀγροὺς δηλαδὴ, καὶ ὄσα χρυσὸς καὶ μάργαρος καὶ λίθοι 20

C πολυτελεῖς συνοικοδομοῦσι καὶ συνυφαίνουσιν· ὥστε καὶ ὀφείλων  
ἀποδοῦναι πρὸς τῶν ἡρπακῶτων ἀνεληφτότα μὲν τὸ οἰκεῖον ἅπαν  
πρότερον τοῖς μυρίους ὑπομεμενηκόσι δι' αὐτὸν κινδύνους, προσ-  
αποδοῦναι δ' αὖ καὶ τὰ τοῖς πόνοις ἀνάλογα ἐπαθλά σφισιν, ὁ

7. & add. Boiv.

namenta imperii confiantur: pertinere enim pecuniae rationem ad quemlibet statum; maxime vero ad principatus conservandos, ad quos ita se habet, ut ad animantem compactio et coagmentatio nervorum. (VI.) Offendit itaque Cantacuzenus thesauros imperatorum omnes omnino exhaustos, nihilque in iis praeter inane et pulverem et Epicureas (ut ita dicam) atomos. Cum igitur quaerere et accipere oporteret partim ab imperatrice Anna, ad necessarias functionum imperatoriarum impensas, partim ab iis, qui rempublicam depeculati fuissent, et magna sibi inde opum vi parata ex inopibus ditissimi statim evasisent; ille silentio omnia praeteribat: sive, ut mihi videtur, suam illam ingentem coalitamque lenitatem in eo quoque retineret; sive, ut plerique dictitabant, timidus moribus praepediretur, naturali quadam animi humilitate; et quia, turbidis adhuc rebus et nondum ordinatis, improvisam aliquam seditionem extimesceret. (VII.) Tantum nempe aberrat, ut molestus esset ulli eorum, qui tempore usi ad rapiendum opportuno partiti inter se fuissent cum ipsius proprias facultates, tum eorum, qui eum sequuti erant; domos nempe et praedia, et quaecunque auro ac margaritis pretiosive lapidibus seu compinguntur, seu contexuntur; ut immo, cum deberet, primo quidem rem omnem familiarem, ab iis qui diripiissent repetitam, restituere iis, qui pericula pro se infinita obiissent, deinde et praemia



δὲ αὐδ', ὅποι καταλύσειεν ἐκείνων ἕκαστος ἐσπέρας, ἦν πεφρον- A. C. 1347  
 τικῶς· ἀλλὰ καὶ ἀπαιτοῦσιν ἐπετίμα, καὶ κατυβοῶσιν ἤχθρει, Imp. Io. Pa-  
 καὶ διανυκτερεύοντας ἐν τοῖς ὑπαίθροις καὶ πλανωμένους ἐς ἀλ- laeol. 6  
 λοτριᾶς θύρας ὑπερέωρα, ὑπόδειγμα τιθεῖς, ὡς ἔφασκε, σφίσιον D  
 5 αὐτὸς ἑαυτὸν διὰ τῆς τῶν παθημάτων ταυτότητος, ὡσπερ τις  
 βραβευτῆς καὶ ζυγοστάτης μέσος ἰστάμενος καὶ νέμων ἐπίσης  
 ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις τὴν τοῦ βίου ῥοπὴν καὶ τὴν τῶν ἔβρων  
 πρόφουσιν· ῥέζοθεν οὕτως ἐκτέμνων καὶ ἀποφράττων κακῶς τὰς  
 τὸ δίκαιον σοφιζόμενας τῆς κρίσεως γλώττας. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ  
 10 εὐ τε καὶ ὡς ἑτέρως τὰ τοιαῦτα τῷ Καντακοωζηνῷ ἐψηφίσθαι τε E  
 καὶ πεπράχθαι κρίνειν παρήμι τοῖς τῆδε τῇ ἱστορίᾳ κατὰ τὸ  
 εἰκὸς ἐντυγχάνουσι, καὶ συνάπτειν εὐφρῶς δυναμένοις ταῖς ἀφ-  
 χαῖς τῶν πραγμάτων τὰ τέλη, καὶ παρεξετάζειν, ὡσπερ ἐφ' ἐνός  
 τινος σώματος, τὴν ἀλληλογλίαν καὶ συστοιχίαν τῶν κατὰ μέρος  
 15 καὶ καδ' ἕκαστα πεπραγμένων τε καὶ λελεγμένων. ἐγὼ δ' ἐκείσε  
 ἐπάνειμι. J (H.) Ἐβδόμη γὰρ μετὰ τὴν ἀναγόρευσιν καὶ στερηφο- F  
 ρίαν ἐκείνην ἡμέρα παρήν· καὶ ὁ αὐτὸς ἐν Βλαχέρναις εἶχε θεῖος  
 ναὸς μετὰ τοῦ βήματος καὶ τῶν δίφρων ἐκείνων τοὺς τε βα-  
 σιλίας ὁμοῦ καὶ τὰς βασιλίδας· καὶ τὰ νόμιμα τῆς τῶν νέων βασι-  
 20 λείων προετελεῖτο συζυγίας, Ἰωάννου φημι καὶ Ἐλένης, τοῦ μὲν  
 ἐξκαίδεκάτους ὄντος, τῆς δὲ δυοῖν ὑποβεβηκυίας ἐτῶν ἐκείνου.  
 ιβ'. Ἐπεὶ δὲ στρατὸς καὶ δῆμος ἅπας ἡσχάλλε τε καὶ τὰ P. 438  
 μέλλοντα μᾶλλον ἢ τὰ παρόντα ἐδοῦλει δικαιοτήρια, διὰ τὸ ἐκ-

1. πεφροντικῶς Boiv. corr. pro πεφρονικῶς. 8. τὰς κακῶς τὸ  
 conl. Boiv.

pro laboribus digna persolvere; ne curaret quidem, ubi illorum unumquodque  
 vesperi diversaturus esset; sed et reposcentes increparet, et clamitantibus  
 indignaretur, et pernoctantes sub die ac circum alienas fores errabundos  
 negligeret. Nimirum iis sese ille tanquam exemplar proponebat, qui eadem  
 et ipse pateretur; velut aliquis dispensator aut libripens, qui stans medius  
 ex aequo sibi et aliis fortunam seu prosperam seu iniquam distribuat, prae-  
 cisia ita radicitus et oclusis iis lingua, quae examinis iusti aequitatem per-  
 peram interpretentur. Sed utrum illa recte necne Cantacuzenus statuerit  
 atque fecerit, illis relinquo iudicandum, qui hanc historiam eo modo legunt,  
 quo oportet; quique initia rerum cum extremis commode componere, et,  
 tanquam in uno corpore, rerum particulatim ac sigillatim gestarum dicta-  
 rumve cohaerentiam et seriem facta comparatione observare possunt. Ego  
 vero illuc redeo. (VIII.) Septimo post celebrationem illam et solennem dia-  
 dematis impositionem die, templum idem Blachernense, eodem suggestu et  
 iis quae diximus sedilibus, imperatores simul et imperatrices excepit; atque  
 ibi iuniorum principum coniunctio rite perfecta est, Ioannis inquam et He-  
 lenae; illius quidem sedecim annos nati; huius autem biennio iunioris.

12. Sed quia omnis et exercitus et populus molestia afficiebantur, ac  
 futura magis quam praesentia verebantur iudicia, eo quod a Ioanne, anto-

A. M. 6855 κεκόφθαι καὶ ἀφωρίσθαι τῆς τῶν Χριστιανῶν κοινωνίας πρὸς τοῦ  
 Ind. 15 πατριαρχεύσαντος Ἰωάννου, τῆς ἐμφυλίου στάσεως ἄρτι καθι-  
 σταμένης, εἴ τις τε Καντακουζηνὸν ὡς βασιλέα καὶ εἴ τις Πα-  
 λαμῶν μετὰ τῆς πατρίας εἰς κοινωνίαν προσέειπαι βούλοιο, ἔγ-  
 γραφον ὁ πατριαρχεὺν τέως Ἰσιδώρος, ἐπ' ἄμβωνος ἀναβεβη-5  
 Βκῶς, διεξῆλθε συγχώρησιν, ἣ καὶ ἦν τῶν ἀπάντων οὐδεὶς ᾧ  
 ἤρεσκέ τε καὶ προσεδέδεκτο· ἀλλ' ὑπηνέμια παντάπασιν ἐδόκει,  
 καὶ ἀμυδρότερα πάσης σκιᾶς, καὶ γλεύης καὶ μυκτῆρος ἄξια μι-  
 V. 403 κροῦ, καὶ μικροῦ δέω λέγειν, ἦν οὐδεὶς ᾧ μὴ γέλωσ τὰ λεγόμενα  
 ἦν, καὶ ὁμοία ὡσπερ ἂν εἴ τις ἄμφω τὰς ὄψεις τελῶς ἀφρη-10  
 μένος τοὺς τῶν ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον πεπηρωμένους ἰατροῦν  
 Cὕπισχεῖτο. τοῖς γε μὴν σεμνοτέροις ταῦτα δὴ τὰ τοῦ εὐαγγελίου  
 διὰ γλώττης ἦν, „ἔξελε (φάσκουσι) πρῶτον, ὑποκριτὰ, τὴν δοκὸν  
 ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, καὶ τότε τὸ κῦρφοσ τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ  
 ἀδελφοῦ σου”· καὶ αὖ ἐπὶ τούτοις ὁπόσα γε τούτοις ὁμόστοιχα. 15  
 „δέον γὰρ αὐτὸν (ἔφασκον) συγγνώμην ἑαυτῷ τὴν μελλῶ ζητεῖν  
 ἐπὶ διπλοῖς καὶ πολλαπλοῖς τοῖς ἐγκλήμασιν, ὁ δὲ τοὺς οὐδὲν αὐ-  
 τοῦ δεομένους ἀναιδῶς οὕτωσι θεραπεύειν ἤξειον, τοὺς μὴ πάν  
 D λεπρούς, εἰπεῖν, ὁ πᾶν λεπρὸς, καὶ τοὺς μικρὰς δεομένους κα-  
 θάρσεως ὁ ῥύπον καὶ πηλοῦ μέστος, κατὰ τοὺς χοίρους, οἱ τῷ 20  
 βορβόρῳ ἐγκυλινδοῦνται.” τοιούτοις μὲν δὴ καὶ μελλῶσι τούτων αἰ  
 πολλαὶ καὶ διάφοροι γλώσσαι τῶν τηνικυῖτα παρόντων ἐκεῖ πρὸς  
 αὐτὸν ἐπετόξευον σκώμμασι· καὶ σύνδυο καὶ σύντρεις ἐκ διαστή-  
 ματος ἀθροϊζόμενοι διηπόρουν ἀλλήλοισι τά γε τοιαῦτα κοινού-  
 μενοι καὶ τὴν ἀναίδειαν λαιδοροῦντες ἐκείνου λάθρα καὶ ὑπ' 25

hac patriarcha, paulo post accensum civile bellum, abscissus esset et exclu-  
 sus Christiana communione, quisquis sive Cantacuzenum ut imperatorem es-  
 set agnitus, sive Palamam et ipsius sectatores in communionem esset ad-  
 missurus; ideo Isidorus, qui tum patriarcha erat, ambone conscensio, scrip-  
 ptam recitavit absolutionem; quam nemo omnium fuit qui probaret et ad-  
 mitteret: sed inania prorsus ea, et umbra quavis futilliora, risuque et sanna  
 dignissima videbantur. Quin illud paene dixerim, neminem fuisse, cui ea  
 quae dicebantur risum non moverint, perindeque habita sint, ac si quis,  
 utroque oculo penitus orbatu, eos qui altero capti essent sanaturum se pro-  
 mitteret. Gravioribus certe viris illa evangelii in ore erant: „Eiice primum,  
 hypocrita, trabem de oculo tuo: et tunc festucam, quae est in oculo fratris  
 tui”: aliaque addebantur his affinia. „Qui enim (siebant illi) duplicis et  
 multiplicis criminis reus eget ipse ampliori absolutione, is ita impudens est,  
 ut eos, qui nihil ipso indigent, curandos suscipiat, non omnino leprosus, ut  
 ita dicam, omnino ipse leprosus, et eos, qui parvo labore possint purgari,  
 sordibus ipse et luto coopertus, porcorum instar, qui in coeno voluntantur.”  
 Talibus eum, immo et acerbioribus, dicteris multae et variae eorum qui  
 tum aderant linguae inceasabant; binique et terni ex intervallo coeuntes de  
 his inter se ambigebant et colloquebantur, istius impudentiam clanculum et

δδόντα. (B.) Ἦσαν δ' οἱ καὶ ἐκκεκαλυμμένως ἐς προὔπτον ἔλοι- A. C. 1347  
δοροῦντο τάνδρῳ, μηδὲν ὕγιες μήτε δρῶντι, μήτε λαλοῦντι, μήτ' <sup>Imp. Io. Pa-</sup>  
ἐν τῷ τότε παρόντι τῆς ὥρας, μήτ' ἐς τοῦπιδὸν τοῦ χρόνου. μετὰ E  
γὰρ βραχύν τινα χρόνον, διὰ τὸ τῆς αὐτοῦ ῥαγῆναι κοινωνίας  
5 τοῦς πλείους τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων, πληθὸς ἀγοραῖον  
ἐαυτῷ θιασώτας ἀθροίσας τοιούτων τὴν ἐκκλησίαν ἀντὶ τῶν P. 499  
ῥαγέντων ἐπέπλησεν, ἐπισκόπους σχεδιάσας καὶ πρεσβυτέρους ἐτέ-  
ρους, ὥσπερ οἱ μῦθοι πάλαι τοὺς σπαρτοὺς καὶ αὐθήμερινοὺς  
γίγαντας, καὶ οὕτω κατὰ τῆς εὐσεβείας ἀμαθῶν λογίων ὕπλισας  
10 πλείστα συνέδρια. (Γ.) Ἐπειτα θεραπεύειν ἤξιον λυπούμενον τῆς  
τῶν πατριαρχικῶν ἀποτυχίας θρόνων τὸν Παλαμῆν, διδάσκαλόν  
τε ὄντα τοῦ θιῶσου καὶ τῆς πατρίας καὶ οἱ τῶν ἀξιωματῶν αἰ-  
τιον· καὶ τοῦτον ἐπίσκοπον χειροτονεῖ Θεσσαλονικέων· οἱ καὶ B  
ἀπιόντα μήτε τιδὸς τετυχηκέναι ξενίας πρὸς τῶν ἐκεῖ ζυμπέ-  
15 πτωκε πολιτῶν, καὶ ἅμα τὴν ἀπὸ Σκυθῶν πόρρωθεν εἰληφότα  
ῥῆσιν, εἰπεῖν, καθάπερ τι Κυλώνειον ἄγος ἐξ αὐτῶν εὐθὺς ἐπα-  
νίεναι ἐληλαμένον τῶν τῆς πόλεως ἀγρῶν καὶ προαστείων, πρὶν ἐν-  
τὸς γενέσθαι πυλῶν καὶ πρὶν ἐγγὺς ἐηλυθῆναι τέλους. (Δ.) Ἀλλὰ  
ταυτὶ μὲν ἑτέροις καταλειπότας ἡμῶς, οἱ πραγματείας εἰς μῆ-  
20 χος ἰδίαν πεποίηνται πάνθ' ὅποσα τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς συμβέ- C  
βηκε τότε δόγμασιν, χρεῶν, ἃ τῇ ἱστορίᾳ κεφαλαίως πως εἰ-  
ρησθαι προσῆκον, ἥδη διεξιέναι κατὰ τὸν ἄνω πον παραλειμ-  
μένον εἰρμόν.

## 13. οἱ em. Boiv. pro et.

missitudo convitiis insectantes. (II.) Erant etiam qui aperte et propalam  
homini convitia facerent, nihil aut facienti aut dicenti, quod sani hominis  
esset, sive tunc sive postea. Nempe is paulo post, quia plerique episcopo-  
rum ab eo divulgati defecerant, plebeiam colluviem thiaso suo adscribendam  
coegit; et istiusmodi homines in eorum, qui defecerant, locum suffecit. Ita  
ecclesiam factis ex tempore episcopis et sacerdotibus novis implevit; quales  
fabulantur fuisse satos illos et unius diei Gigantas; et Doctorum indoctorum  
coetus quamplurimos in religionem armavit. (III.) Solari deinde Palamam  
statuit, moestum et patriarchali sede exclusum se dolentem; solari, inquam,  
voluit gregis et sodalitiū magistrum suaeque dignitatis auctorem. Eam  
itaque Thessalonicensem episcopum eligit. At hic profectus illic nec ho-  
spitio quidem ab eius urbis civibus excipitur: sed e longiaquo Scythicum,  
ut aiunt, responsum accipit, et tanquam Cyloneum aliquid piaculum ab ipsis  
statim eiusdem urbis agris suburbiisque, nondum portas ingressus, et ante-  
quam ad ipsos muros propius accessisset, electus redit. (IV.) Verum haec  
nos alii relinquere oportet; iis videlicet, qui ea omnia, quae tum ad do-  
ctrinam ecclesiasticam pertinentia acciderunt, delegere sibi fusius tractanda.  
Quae autem summam dici historiae conveniens est, ea iam percurrenda  
sunt, et series, quam nos supra interrupimus, continuanda.

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

## ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΙΒ.

# NICEPHORI GREGORAE

## BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER DECIMUS SEXTUS.

### ARGUMENTUM.

*Cantacuzenus totam Thraciam, Medea excepta, Triballus omnem fere Macedoniam iam tum possidebat: ipsam Berrhoeam paulo post cepit. Thessalonica neutri parebat. Huius urbis status perturbatissimus. Zeltarum licentia. Medese urbis situs. Ut a Cantacuzeno obsessa et ad deditionem compulsa sit. Ioannes et Manuel Asanes creantur sebastocratores. Prior uxorem ducit Alexii Apocauci filiam, Andronico Palaeologo primum nuptam. Socru suspectus domum cum uxore dimittitur. Gravis pestilentia. Andronicus, Cantacuzeni liberorum natu minimus, moritur (Cap. 1). Matthaeus, Cantacuzeni filius natu maximus, Thraciae urbibus a patre praefectus, ab Asane avunculo privatim convenitur. Asanes sua et fratris merita erga Cantacuzenum iactat: quem suorum saluti non consulere queritur. Matthaeum ad defectionem hortatur. Matthaeus respondet, id ipsum cupere se. Imminentium periculorum metu, et patris exemplo, futuram defectionem excusat. Avunculo adiutore rem aggreditur. Orestiadis arcem occupat. Animos sibi conciliat (2). Cantacuzenus anxius et consilii inops. Uxorem Irenem ad filium legat. Illic obviam matri procedit. Irene cum frustrata Orestiadem clam ingreditur. Matthaeus eo reversus matrem salutat. Obsequium pollicetur. Rogat, ut se metu liberet. Matris oratio. Quantam apud filium vim habuerit. Irene Byzantium redit. Filii Andronici mortem luget (3). Cantacuzenus Didymotichum proficiscitur, ut motus compohat ab uxore iam sopitos. Ioannes patriarcha, ne rebus novis faveat, Byzantium inde transfertur. Moritur non longo post. Eius elogium. Provincia Matthaeo Cantacuzeno assignata a patre. Cantacuzeni imperatoris oratio ad filium. Reditus in urbem (4). Gregoras, de se ipso dicturus, docet quamobrem id nunc faciat. Ea dicere, quae principibus haud placeant, periculosum est. Quorundam aures veritate offenduntur. Idcirco ait se multa omisurum. De Cantacuzeno, antequam is rerum potiretur, praeclaras spes conceperat. Eundem, sua spe deceptus, errore liberare statuit. Dicendi libertas quantum et quibus in rebus silentio praestet. Ea multum valet, si et opportunus*

adeit, et amicitia antecesserit. Cantacuzeni et Gregoras crebra colloquia. Patrum dogmata quo studio quibus verbis ab hoc defensa. Contraria factio Cantacuzenum in Gregoram instigat. Hic imperatorem confidentius arguit, non ideo irascentem, sed lenitate Hadriano similem. Irenen adit, filii morte afflictam. Eam mortem poenam corruptorum dogmatum esse affirmat et persuadet. Ita partes suas Augustae patrocinio roborat. Isidorus et alii Palamitae Irenen a Gregora conantur alienare. Ab ea male accepti Cantacuzenum arcessunt. Cantacuzenus, tumultum veritus, Byzantium statim venit. Gregoram hortatur, ut sileat. Idem etiam suadet Isidorus. Quem Gregoras variorum errorum accusat. Isidori canones musici seu hymnodiae igni damnantur. Loquendi libertas reddita iis, quibus adempta fuerat. Concordia sumptuoso convivio sancita. Palamas, Didymoticho accitus, lites renovat, Cantacuzeno adiuvante. Negat Gregoras nova disputatione opus esse. Palamam redarguit. Item Cantacuzenum. Assentatorem quendam obiurgat. Scripta testimonia proferri a Palama non sinit. Concilium dimittitur (5). Cantacuzenus Orale officii admonet. Non auditur. Bellum parat. Amurius, cum copiis mare transmisurus, Smyrnaeam Latinorum arcem it expugnatum. Missili telo occisus cadit. Cantacuzenum a suscepto bello tres causas deterrent: nempe mora Amurii; renem morbus; et Galataeorum rebellio (6). Persae praedones in Thraciam ex Asia traiciunt. Equites circumiecta Bizynae urbi loca incurant. Pedites ulterius pergunt. Matthaeus Cantacuzenus cum parva manu his occurrit. Barbari Romanos conspicati quid egerint. Acris pugna. Matthaei strenuitas. Eiusdem in hostes temere inveci periculum. Barbari internecione deleti. Praeclaras spes ex illustri victoria. Equestre praedonum agmen ab ipso imperatore partim caesum, partim praeda crepta furtum et dispersum (7).

α'. Τῶν μὲν οὖν Θρακικῶν πόλεων οὐδέματα, πλὴν τῆς πα- A. M. 6855  
 ραλλοῦ Μηδείας, ἐλλείπτο, τοῦ μὴ ἐς ὑποταγὴν καταστῆναι τῷ Ind. 15  
 Καντακουζηνῷ μετὰ τὴν ἐς Βυζάντιον εἰσοδόν τε καὶ τὸ τῆς A. C. 1347  
 αὐτοκρατορικῆς ἀναγορεύσεως ἐντελέει. ἐν δὲ Μακεδονίᾳ, τῶν Imp. Io. Can-  
 5 ἄλλων ὑπηκουσῶν τῷ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμόνι, Βεῤῥοῖα μὲν καὶ D  
 αὐτῇ μετ' ὀλίγον τῶν ὑπηκῶν αὐτοῦ ἐγεγόνει, συμμαχίας ἄνευ V. 404  
 ἐπὶ μακρὸν ἀντέχειν οὐ δυναμένη πρὸς βαρβαρικὴν καὶ ἐπίμονον P. 500  
 μάχην, φονιάδος ἐκείθιν μεταξὺ γενομένου τοῦ τηνικαῦτα ἐπιτρο-  
 πεύοντος Μαιονῆλ, τοῦ τοῦ βασιλέως υἱοῦ. Θεσσαλονίκη δ' οὐκ  
 10 ἤρρεσκεν οὐδενὶ προσρῆναι, μήτε τῷ Καντακουζηνῷ, μήτε μὴν  
 τῷ τῶν Τριβαλλῶν ἡγεμόνι. (B.) Στάσις γὰρ ἐκ πολλοῦ κατε-

1. Urbium Thraciae, excepta Medea, quae maritima est, nulla iam erat, quae Cantacuzeno non pareret, ex quo Byzantium ingressus et ritu solenniore imperator declaratus fuerat. In Macedonia autem cum caeterae iam subactae a Triballorum principe erant, tum ipsa quoque Berrhoea paulo post in eius ditionem concessit. Auxiliis enim destituta non poterat diu barbaricae et pertinaci oppugnationi resistere. Atque interea fugitivus inde cessit is, qui tum temporis praefecti munere fungebatur, Manuel, imperatoris filius. Thessalonicae vero neutrum placebat, neque Cantacuzeno submittere se, neque Triballorum principi. (II.) Nempe cum urbem seditio iam pridem

A. M. 6355 γεν αὐτῆν· καὶ Ζηλωτῶν οὕτως πῶς ὀνομασμένων ἄθροισμα  
 Ind. 15 τῶν ἄλλων ἐπρώτε· καὶ ἦν πρὸς οὐδεμίαν τῶν πολιτειῶν τὴν  
 Βιμίησιν ἀναφέρουσα. οὔτε γὰρ ἀριστοκρατικὴ τις ἦν, ὅποιαν  
 τοῖς πάλαι Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις ἀνέειν προσετείχε· οὔτε  
 τις δημοκρατικὴ, καθάπερ τῶν Ἀθηναίων ἡ πρώτη τε καὶ ἦν<sup>5</sup>  
 ἐκ τετραφύλων εἰς δεκαφύλους ἐπεπράξει Κλεισθένης· οὐδ' ἦν  
 τε Ζάλευκος τοῖς Ἐπιζυφείοις Λοκροῖς ἐβράβευσε καὶ ἦν τοῖς  
 ἐν Σικελίᾳ Χαρώνδας ὁ Καταναῖος· οὔτε τις ὑπὸ δουρὶν ἢ πλειό-  
 Cνων εἰς ἓν τι κραθεῖσα καινότερον εἶδος, ὅποιαί τινες ἦσαν ἢ τε  
 Κυπρίων καὶ ἦν ἐν τῇ πάλαι Γῶμῃ τὸν δῆμιον, κατὰ τῶν ὑπατι- 10  
 κῶν ἀνδρῶν στασιάζουσας, καταστήσασθαι λέγεται· ἀλλ' ὀγλο-  
 κρατία ξένη τις καὶ οἷαν φέροι ἔν καὶ ἄγοι τὸ αὐτόματον. Θρα-  
 σύτεροι γὰρ τινες, εἰς αὐτοχειροτόνητον ἀθθεντίας ἄθροισμα συλ-  
 λεγόντες, πῶσαν ἐκεῖ κατατρέχουσιν ἡλικίαν, τῆς τε πόλεως ἐκ-  
 Dδημαγαγοῦντες τὸν ὄχλον πρὸς τὸ βουλόμενον καὶ τῶν πλουσιό- 15  
 των ἀφαιρούμενοι τὰς οὐσίας, τρυφῶντές τε αὐτοὶ καὶ μηδενὶ  
 τῶν ἔξωθεν ὑπεῖξαι κελεύοντες ἡγεμόνων, ἀλλὰ τοῦτ' εἶναι κα-  
 νόνα καὶ νόμον τοῖς ἄλλοις, ὑπερ ἂν ἐκείνοις δόξαιεν. (Γ.) Ἡ γε  
 μὴν Θρακικὴ Μῆδεια, ἢ δυτικώτερον τε ἔχει Βυζαντίου τὴν θέ-  
 σιν καὶ πρὸς τῷ ἄκρῳ τοῦ Εὐξείνου κειμένη πόλιν σταδίου 20  
 Εἰνεῦθεν ἀπέχει μικρὸν τι τετρακοσίων ἐπέκεινα, πρὸς ὀλίγον ἀπο-  
 V.405στατήσασα, καὶ καθ' ἑαυτὴν γενομένη, πολλὰ μὲν ἔδρασε κατὰ  
 Βυζαντίων δεινὰ, πλείστα δ' ἐπεπόνθει· τέλος δὲ πολιορκηθεῖσα

occupaverat, et eorum, qui Zelotae nominabantur, factio caeteris praeerat: isque erat status, qui ad nullam referri posset reipublicae formam. Nec enim aristocraticus is erat, qualem Lycurgus olim apud Lacedaemonios constituit; neque democraticus, qualis Athenis primum fuerat, et deinde exstitit, postquam Clisthenes ex quatuor tribubus decem effecit; nec similis ei, cuius auctor Zaleucus apud Locros Epizephyrios; neque ei, cuius in Sicilia Charondas Catanaeus; neque una aliqua reipublicae forma recentior, conflata ex duabus aut pluribus inter se commixtis, qualis fuit et apud Cyprios, et ea quam in veteri Roma dicitur plebs constituisse, seditione adversus consulares viros mota; sed inusitatus quidam penes multitudinem dominatus et is, quem casus temere ferret ageretque. Quidam enim audentiores, cum societatem potestatis privata auctoritate coivissent, in omnem ibi aetatem grassabantur, plebem quidem, quaecumque erat in civitate, mancipatam libidini suae habentes; eos autem, qui opulentiores essent, fortunas spoliantes; simulque et ipsi licentia exultabant, et alii auctores erant, ut externorum principum nulli se submitterent, sed ea omnes lege ac regula uterentur, quae ipsis placuisset. (III.) At Medea, urbs Thraciae, quae magis quam Byzantium ad occidentem vergit, et Ponti Euxini extremitati adiacet, stadiisque hinc distat paulo plus quadringentis, cum haud diu rebellasset, et seorsum sola stetit, multa gravia adversus Byzantios patravit; plurima item perpressa est. Obsessa demum Cantacuzeno se ex

προῦδωκεν ἑαυτὴν Καντακουζηνῷ καθ' ὁμολογίαν. καὶ ταῦτα A. C. 1347  
 μὲν τῆδέ πη ἔσχε. (Δ.) Σεβαστοκράτορες δ' ἐπὶ τούτοις ὑπὸ τοῦ Imp. Io. Can-  
 βασιλέως οἱ δύο τῆς βασιλίδος Εἰρήνης χειροτόνηται ἀδελφοί, tacuz. 1  
 Ἰωάννης καὶ Μανουὴλ, καὶ τοῖς τῷ τοιούτῳ προσήκουσιν ἀξιώ- F  
 5 ματι παρασήμοις, ἐν τε καλύπτραις καὶ ὑποδήμασιν ἅμα, κε-  
 κόσμηται. ὢν ἕτερος, ὁ Ἰωάννης, ὀλίγω ὕστερον ἐς τὸ τῶν  
 Ἐπιβατῶν ἀπιῶν φρούριον τῆ Ἀλεξίου τοῦ Ἀποκαύκου θυγατρὸς  
 συνεζύγη· ἣ συνωκῆκει πρότερον ὁ Παλαιολόγος Ἀνδρόνικος, δν  
 πηγῆται κατὰ τὸν περὶ Διδυμότειχον καὶ Ἀδριανουπόλιν ποταμὸν  
 10 ἀνωτέρω που δεδηλώκαμεν. βραχὺν δ' ἐκεῖ διατετριφὸτα χρόνον  
 ἐπιθ' ἐκόντα προὔπεμπε τὸν Ἰωάννην σὺν γε τῇ νέᾳ συζύγῳ P. 501  
 λαμπρῶς ἢ πενθερᾷ ἐς τὸ τῆς Τραιανουπόλεως ἔγγιστα φρούριον,  
 τὴν τῶν Ἀδῆλων λέγω μονήν. ἐνθα τὰς τῶν οἰκίσεων ἐκαύλεις  
 καὶ τοὺς ἀγροὺς ἐκ πολλοῦ πρὸς Καντακουζηνοῦ κεκλήρωται τοῦ  
 15 βασιλέως. ἐδεδίει γὰρ ἐκείνη, μὴ χειρωσάμενος ἐκείνος τὸ τῶν  
 Ἐπιβατῶν φρούριον μετὰ τῶν χρημιῶτων ἐκείθεν ἐξόριστον ταύ-  
 την ποιήσεται. (Ε.) Κατὰ τοῦτον μέντοι τὸν χρόνον νόσημα B  
 τοῖς ἀνθρώποις ἐνέσκηψε βαρὺ καὶ λοιμῶδες, ἀρξάμενον ἀπὸ  
 Σκυθῶν καὶ Μαιώτιδος καὶ τῶν τοῦ Ταναΐδος ἐκβολῶν ἤρος  
 20 ἄρτι καθισταμένου, καὶ διήρκεσεν ἅπαντα τὸν ἐνιαυτὸν ἐκείνον,  
 μεταβαῖνον καὶ διαφθεῖρον ὡσαύτως μόνην ἐς τὰ κριβέες τὴν παρά-  
 λιον οἰκουμένην, πόλεις ὁμοῦ καὶ χώρας, τὰς τε ἡμετέρας καὶ  
 ὄσαι κατὰ τὸ συνεχές διήκουσιν ἄχρι Γαδελῶν τε καὶ σπηλῶν  
 Ἡρακλείων. δευτέρου δ' ἐπιόντος ἔτους μετέβη καὶ ἐς τὰς τοῦ C  
 25 Αἰγαίου νήσους. ἔπειτα καὶ Ῥοδίῳ ἤψατο, καὶ Κυπρίῳ ὁμοίως,

pactione dedit. Et haec quidem ita ferme se habuerunt. (IV.) Creantur deinde ab imperatore Sebastocratores duo Irenes imperatricis fratres, Ioannes et Manuel, et illius dignitatis insignibus, capitis tegmine simul et calceis, decorantur. Horum alter, Ioannes videlicet, paulo post ad castellum Epibatarum profectus Alexii Apocauci filiam uxorem ducit, Andronico Palaeologo antehac nuptam, quem in eo fluvio, qui Didymotichum et Hadrianopolin praeterfluit, suffocatum esse supra diximus. Ibi Ioannes aliquantisper commoratus est. Mox eum socrus volentem inde, cum nova nupta, ad proximum Traianopoli castellum magnifice prosequuta est; ad monasterium nempe Adolorum, ubi et domos et agros ei iampridem Cantacuzenus imperator assignaverat. Verebatur quippe illa, ne Epibatarum castello simul et pecuniis potitus gener eam inde exulare cogeret. (V.) Ea tempore morbus quidam gravis et pestilens homines invasit; ducto ab Scythia et Maeotide Tanaisisque ostiis initio, recente adhuc vere, annumque illum perpetuum duravit, pervadens et corrumpens solam praecipue maritimam terrae oram, urbes simul et agros, tum nostros, tum eos omnes, qui continenti tracta ad Gades usque et Herculis columnas pertinent. Anno autem sequente etiam ad Aegaei maris insulas transiit. Deinde et Rhodios atti-

- A. M. 6855 καὶ ὅσοι τὰς ἄλλας νέμονται νῆσους. ἐπενέμετο δὲ τὸ πάθος ἐπί-  
 Ind. 15 σης ἄνδρας καὶ γυναῖκας, πλουσίους καὶ πένητας, γηραιούς καὶ νέους, καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, οὐδεμιᾶς οὐδ' ἡλικίας οὔτε τύχης ἐφείδετο. ἔκενοῦντο δ' οἰκίαι πλείσται καθάπαξ τῶν οἰκητόρων ἀπάντων μιᾶς ἡμέρας, ἢ καὶ δυοῖν ἐνίοτε, μηδενὸς μηδενὶ βοηθεῖν 5  
 D δδυναμένον, μήτε δὴ τῶν γειτονούτων, μήτε μὴν τῶν κατὰ γένος καὶ καθ' αἷμα προσηκόντων οὐδενός. οὐ μόνους γε μὴν ἀνθρώπους τὸ πάθος οὕτως διετέλει μαστίλῳ· ἀλλὰ καὶ εἴ τι κατ' οἶκον ὡς τὰ πολλὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐκείνοις συνέλξη τε καὶ συνώκει τῶν ἄλλων ζώων· κύνων φημί καὶ ἵππων καὶ ὄρνιθων 10  
 παντοῖα γένη, καὶ εἴ τινες ἐν τοῖς τῶν οἴκων τοίχοις οἰκοῦντες ἔτυγον μύες. σημεῖα δὲ τοῦ τοιοῦδε νοσήματος ἦν ἔξανθούντα,  
 E καὶ τοῦ ἀθρόου πρόδρομα θανάτου ἐκείνου, ὀγκώδης τε ἔκφυσις τις περὶ τὰς ἀρχὰς τῶν μηρῶν καὶ τῶν βραχιόνων καὶ ἅμα αἵματώδης φθόη· ἃ τοὺς συσχεθέντας ἀσθημερὸν ἐνίοτε, κα- 15  
 θημένους ἢ βαδίζοντας, τοῦ παρόντος ἀπῆγε τάχιστα βίον. ὅτε δὴ καὶ Ἀνδρόνικος, ὁ τῶν υἱῶν τοῦ βασιλέως νεώτερος, ἐτεθνήκει.  
 P. 502 β. Τῶν μέντοι πραγμάτων ἐν τούτοις ὄντων, ἔδοξε τῷ  
 V. 406 Ἀσάν Ἰωάννη, τοῖς περὶ τὴν Ἀδριανούπολιν χωρίοις ἄρτι τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ, τὸν ἀδελφιδοῦν ἰδίᾳ παρεληφότι Ματ- 20  
 θαιὸν (ὃς καθ' ἡλικίαν προῦχων τῶν βασιλέως παίδων τῶν τε ἐν Θυράκῃ πόλει τὴν ἐπιτροπὴν πρὸς τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως ἐκκληρώσατο τηρικαῦτα, καὶ οἱ συμβέβηκεν ἐν ταῦτῳ ξυνιέναι τῷ θείῳ, καὶ κυνηγεσίῳ χρήσασθαι τοῖς αὐτοῖς) ὧν αἱ καρδίαι αὐ-

git, et Cyprios, et quicunque caeteras insulas colunt. Absumebat autem tabes illa viros aequae et mulieres, opulentos et inopes, seniores et iuniores; uno verbo, nulli nec aetati nec conditioni parcebat. Domus pleraeque habitatoribus omnino exhauriebantur uno die, interdum biduo; cum nemo cuiquam afferre auxilium posset, sive vicinus, sive genere et sanguine coniunctus. Nec vero homines solos morbus ille usque flagellabat; sed et si qua alia animalia cum hominibus plerumque degerent et habitarent; canes, inquam, et equos, et cuiusquemodi avium genera; ipsos etiam mures, si qui forte in domorum parietibus latitabant. Signa autem mali eminentia, et subitae mortis praenuncia, haec erant: tumor circa crurum brachiorumque extrema enascens, et sanguinolenta simul tabes; quae eos, qui correpti erant, ea ipsa nonnunquam die, sedentes aut ambulantes e vivis statim efferebant. Eo tempore et Andronicus, imperatoris liberorum natu minimus, mortuus est.

2. Is erat rerum status, cum Ioanni Asani, qui tum in agris Hadriano- poli circumiectis versabatur, Matthaeum nepotem suum libuit privatim con- venire. Hic imperatoris liberorum natu maximus urbibus Thraciae prae- fectus a patre tum fuerat. Casu autem accidit, ut in eundem cum avun- culo locum deveniret, et iisdem uterque venationibus uterentur. Libuit in-



λακες θαλαμεύουσι λογισμῶν ἐκείνῳ κοινώσασθαι· καὶ ἀρξάμενος A. C. 1347  
 ἔλεξε τοιάδε. (B.) „Ἐὶ μὲν τύχην”, φησὶν, „τινὰ καὶ τυραννοῦσαν Imp. Io. Can-  
 πεπρωμένην τοῖς ἀνθρώποις τὰ πράγματα πρυτανεύειν οἴεσθαι B  
 ἔπεισί σοι, ἢ τῷ αὐτομάτῳ δεδωκυῖαν τὴν τῶν πραγμάτων ὀδύ-  
 5 τὴν ἀτέκμαρτόν τινα καὶ ἀκύβερνητον φέρεσθαι πλοῦν, σιωπᾶν  
 τε ἄμεινον καὶ τὸν τῆς πεπρωμένης ἄδηλον περιμένειν μίτον. εἰ  
 δὲ προαιρέσει καὶ βουλῇ τὰ ἐφ’ ἡμῖν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον διοικεῖ-  
 σθαι δέδοται, τοῦ χάριν, παρὸν ἡμῶς ἐκ τοῦ ῥύστου καρποῦ-  
 σθαι τὸ ζῆν ἀκινδύνως, ἐθάλλοντάς ἡμῖν αὐτοῖς παντοδαπῶν C  
 10 περιπλέκειν δίκτυα φόβων; οἴσθα γὰρ, ὡς μυρίους ἐν τῇ ὑπερο-  
 ρίᾳ διητηλήκαμεν μόχθους μετὰ μακρῶν καὶ παντοδαπῶν τῶν  
 κινδύνων, ὁπόσοι θανάτου γείτονες ἐπεφύκεσαν, τῷ σῶ πατρὶ  
 περιποιούμενοι τὸ ἀκίνδυνον· ὡς δεύτερα εἶναι τὰ Διοσκοῦρων  
 15 ἐγκώμια, καὶ εἴ τινας Ὀρέσται καὶ Πυλάδαι τὸν μακρὸν ἐμπεπλη-  
 κότες αἰῶνα φιλαδελφίας ὑποδειγμάτων, εἴ τις τὰ ἡμέτερα τοῖς D  
 ἐκείνων ἀντεξετάζειν ἐθέλει. καὶ ἦν ἡ τοῦδ τοιοῦτος αἰὲ κατὰ  
 τοῦ σοῦ μηχανωμένη πατρὸς διωγμοῦ καὶ θανάτου Ἄννα ἡ βα-  
 σιλίς, πρόσωπον ἀληθείας ἔχουσαν οὐδ’ ἠντινοῦν προβάλλεσθαι  
 δυναμένη πρόφασιν κατ’ αὐτοῦ. παρ’ ἧς ἐγὼ τε καὶ οὐμὸς ἀδει-  
 20 φὸς Μανουὴλ πολλὰς ἐδεξάμεθα λάθρα μεθ’ ὄρκων παντοίων  
 γραφὰς, ἡμῖν τε κτημάτων ὁμοῦ καὶ χρημάτων προσόδους ἐπαγ-  
 γελλομένης καὶ ἕμα τοῖς καθειρηγμένοις γονεῦσιν ἐλεύθερον ἤλιον. E  
 ἀλλ’ ἡμεῖς γε, τοὺς τῆς δίκης σέβειν ἐθέλοντες θρόνους, ἐν ἄσα-  
 λεύτοις ἔχειν ὄροις ἐρηρυσμένους τοὺς πόδας ἐκρίναμεν δεῖν, καὶ  
 25 μὴ διὰ φαυλότερον ἄγμυθὸν διηνεκῆς τινὰς τῷ συνειδότι μύστι-

quam Asani, arcana animi cogitata cum hoc communicare. Prior itaque exorsus hanc orationem habuit. (II.) „Si fortunam aliquam ac tyrannicam fati legem esse statuis, quae vel prudenter hominum res gubernet, vel, permissis fortuito casui habentis, incerto quodam et temerario cursu feratur, silere certe satius est, et ignotum fatalis necessitatis decretum expectare. Sin res nostrae voluntate et consilio plerumque administrantur, quorum nos, quibus facillimum est vitam agere omnis periculi expertem, ultro ipsi nobis multiplices metus, veluti retia quaedam, nectimus? Scis quippe nos infinitos labores, cum magnis multisque et proximis morti periculis coniunctos, exhausisse, ut patri tuo securitatem redimeremus. Itaque et gemellorum Jovis liberorum, et quotquot unquam Orestae et Pyladae caritatis fraternae exemplis longas saeculorum aetates impleverunt, minor profecto laus fuerit, si quis velit cum illorum rebus nostras conferre. Haec patri tuo pericula, has mortes Anna imperatrix, nullo colore, nullo probabili praetextu ei infensa, perpetuo usque conflabat. Ego vero et frater meus Manuel multas ab ea litteras clam accepimus; per quas illa, quovis iureiurando interposito, possessiones nobis pecuniariosque redditus, parentibus vero vinculis libertatem pollicebatur. Sed nos Iustitiae tribunal revereri et intra limites immotos fixa tenere vestigia maluimus, quam vilioris

- A. M. 6855 γας προξενεῖν. τὸ γὰρ διὰ τὴν ἑμαντοῦ σωτηρίαν σε μετὰ τοῦ  
 Ind. 15 σου προδιδόναι πατρός (ἔω γὰρ τὴν ἄλλην ἐνταῦθα λέγειν συγγέ-  
 P. 503 νειαν, ἢ τῶν κινδύνων ζυμμετέχειν τε καὶ παραπολαύειν ξυνέβαι-  
 νεν) ὅμοιον ἦν, ὡσπερ ἂν εἰ ἑμαντὸν ἄντ' ἑμαντοῦ προεδίδουν,  
 καὶ τοῦμὸν ἐκὼν παρεῖχον αἷμα κατὰ γῆς κενουῖσθαι διὰ τοῦμὸν<sup>5</sup>  
 εἰπεῖν αἷμα. οὕτως εἰς αἰνίγματος λόγον τὴν ἐντεῦθεν ἀνέφερον  
 ἔννοιαν, καὶ λύσειν οὐχ εὔρισκον οὐδεμίαν, ὥστε καθ' ἕν γέ τι  
 Βπυραλογίσασθαι τὰς τῶν τότε λογισμῶν κρηπίδας. ἂ γοῦν οὕτως  
 πως ἐφυλαξάμην αὐτὸς ἐν τῷ τότε παρόντι μὴ δρᾶν, νῦν τὸν πα-  
 τέρα τὸν σὸν κατὰ σοῦ καὶ τῆς σῆς ὁμοῦ συγγενείας ἀπάσης ὁρῶ 10
- V. 407 δεδρακότα· ναὶ μὴν καὶ κατὰ πάντων, ἄπλῶς εἰπεῖν, ὁπόσοις  
 τοὺς μακροὺς ἐκείνους τετύχηκεν ἄθλος δραμεῖν, στρατιώταις  
 καὶ στρατηγοῖς, οἷς μὲν τοὺς ὑπερορίους ἐκείνους, οἷς δὲ τοὺς  
 κατ' οἶκον, καὶ οἷς τὰς ἐν δεσμοστηριοῖς κακώσεις. οὐ γὰρ ἄ-  
 πλοῦν ὑπῆρχεν ὃ τοῖς τάλαιπῶροις τότε ξυνηνέχθη πάθος, οὐ δ' 15
- C ἐπὶ βραχύν τινα τὸν χρόνον, ὅτι μὴ παντοδαπὸν καὶ ποικίλον,  
 κἀπὶ μακροῖς ἐντεταμένον τοῦ χρόνον τοῖς ἔθροις. οὕτω χαλεπὰ  
 μὲν, οἷς ἐθέλοντας ἡμεῖς ἑαυτοὺς καθήκαμεν πάθεισι τότε· χαλε-  
 πώτερα δ' οἷς ἄκοντες νῦν ἕρως τοῦ σοῦ πατρός ὑπεβλήθημεν  
 ἀναξίως ἡμῶν. ὑπὲρ γὰρ ἐλευθερίας εὐδαίμονος τρέχοντες δου- 20  
 λείαν ἐλάθωμεν ἀλλαξάμενοι κακοδαίμονα τῶν μακρῶν ἐκείνων  
 πόνων καὶ δρῶμων. οὗς γὰρ ὡς ἐπιβούλους σφοδρῶς τῆς ἡμετέ-  
 ρας ἐφεύγομεν ζωῆς, τούτους δεσπότης μάλα τοι ἄσμενος ἡμῖν  
 ὃ σὸς ἐκεχειροτονηκε πατήρ· ὡσπερ ἂν εἰ ἐπίτηδες οὕτω τοὺς  
 πολλοὺς ἡμεῖς ἐπεμένομεν πόνους, ἵνα τὰ τῶν διωκόντων ἕξη 25

emolumentum gratia perpetuos conscientiae stimulos admovere. Enimvero salutis meae causa teque et patrem tuum prode (ut hoc loco sileam et aliam cognationem, quae periculatorum socia et particeps erat) perinde illud fuit, ac si mei causa me ipsum prodidisset, et sanguinis mei conservandi studio meum sanguinem ultro effudisset. Adeo eiusmodi cogitationem aenigmati similem esse statuebam; adeo nulla a me solutio reperiebatur, quae consiliorum meorum firmas rationes vel minimum labefactaret. At ea, quae per illud tempus cavi ego ne admitterem, ea ipsa nunc in te et in totam cognationem tuam video a patre tuo admissa esse: immo et in omnes prorsus milites ac duces, qui magnos illos labores sive foris sive domi decurrerunt; atque in eos ipsos, qui carceris aerumnas pertulere. Non enim simplex fuit ea, quae tum incidit miseris calamitas, neque in breve tempus duravit; sed multiplex et varia, et in longum temporis spatium diffusa. Quamobrem etsi gravia fuere ea mala, quibus ipsi nos ultro tum inieciimus, graviora tamen illa sunt, quibus nunc inviti a parente tuo et indigni subiciamur. Nam qui beata pro libertate certabamus, miseram servitutem diutius illis laboribus cursibusque imprudentes permutavimus. Quos nempe ut salutis nostrae insidiatores acerrimos vitabamus, eos nobis parens tuus dominos volens et liberos destinaverat. Quasi vero nos tot labores consulto pertulissetimus, ut eorum, qui nos persequerentur, gladios iugulis nostris citius quam illi vel-

Θύττον ἢ κατὰ τὴν ἐκείνων βούλησιν τοῖς ἡμετέροις λαμοῖς A. C. 1347  
 προσαρξώμεν, καὶ ἵνα παρὰ τοσοῦτον πικρότερα τῶν διωγμῶν <sup>Imp. Io. Can-</sup>  
 τὰ τῶν ἀμοιβῶν καρπωσώμεθα τέλη, παρόσον τότε μὲν ἐλπίδες <sup>taez. 1</sup>  
 εὐδαίμονες ἡμῶν τὸ ἠδόμενον ἔβοσκον· νῦν δὲ καὶ τὰς τῶν ἐλπί-  
 5 δων γλυκείας αὔρας ὁ σὸς ἡμῶν ἐκ τοῦ προφανοῦς ἀφήρηται πα-  
 τήρ. εἶναι γὰρ τῶν ὑπάντων οἶμαι μηδένα, ὃς ἂν ἐνέχουρα παρ-  
 χεσθαι δύναιτο, μὴ θάνατον εἶναι ταχύποσον εὐθὺς τὰ πάντων  
 ἡμῶν ἐπιτίμια πρὸς τῆς βασιλίδος Ἄννης, οἷς δῆπουθεν ἐξέσται·  
 10 ἔπην μετὰ γε τὴν τοῦ σοῦ πατρὸς ἀπαλλαγὴν. φέρε τοίνυν, ἔως  
 ἡμῶν αὐτῶν ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι, γεκναῖόν τι δρᾶσαι προθυμή-  
 θητι, ταῖς ἐμαῖς ὑπὲρ σοῦ καὶ ἡμῶν πειθόμενος συμβουλαῖς, ἵν'  
 οὕτωςί πως τὸν αἰσχρὸν καὶ ἀκλεῖ κίνδυνον ἀποκρούσασθαι δυ-  
 15 νηθῶμεν. μέρος γὰρ τῆς ὅλης ἀρχῆς ὑφελόμενος οἰκείαν σαυτῷ  
 περιποιήσασθαι προθυμήθητι βασιλείαν, ζῶντι μὲν ὑπήκουσαν  
 τῷ πατρὶ, τελευτῶντι δὲ, ιδιότροπον ἐσομένην σοι τοῦ ζῆν  
 καταφύγιον ἀσφαλές. δυοῖν γὰρ ἐντεῦθεν ἡμῖν ἔσται θύτερον, ἢ  
 τὴν σώζουσαν ἐκ ἀσφαλοῦς κατακτεῖσθαι τύχην, ἢ τῶν τοῦ  
 παρόντος ἀπηλλάχθαι τὴν ταχίστην βίον δυσχερῶν· οἷς συνεζή- P. 504  
 κέναι, μόνοις εἶναι φορητὸν ἐκείνοις οἶμαι, οἷς οὐκ ἄχαρι φαίνε-  
 20 ται οὐδὲ σφόδρα κακῶδαιμον, μάρτυρας τῆς αἰσχρῆς διὰ βίον  
 τὰς τοῦ ἡλλου κεκτεῖσθαι ἀγῶς." ἀλλ' ὁ μὲν Ἀσὼν Ἰωάννης τοιῶν-  
 δε τινὰ διεξῆκει τὴν συμβουλήν πρὸς τὸν ἀδελφιδοῦν Ματθαῖον,  
 ἑαυτῷ τε κάκινω καὶ συγγενεῖσι καὶ φίλοις προμινώμενος τὸ ἀκίνδυ-  
 νον. (Γ.) Πρὸς ὃν ὁ ἀδελφιδοῦς Ματθαῖος ἡμελβετο τάδε. „καγῶ

2. προσαρξώμεν Boiv. pro προσαρξάξ.

lent admoeremus, atque ut eam perciperemus demum mercedem, quae ipsis  
 fugae aerumnis eo esset acerbior, quod illis quidem temporibus praeclaras  
 spes cupiditatem postram alebant, nunc vero ipsam quoque spei suavissimam  
 auram tuus nobis pater aperte eripuit. Neminem enim puto esse, qui  
 pignoris firmis cavere nobis possit, non euraturam esse Annam impera-  
 tricem, ut omnes cita morte statim puniamur, qui parenti tuo superstitis  
 futuri sumus. Age igitur, quamdiu sumus nostri iuris, praeclarum facinus  
 concipe, meisque tui et mei causa consiliis obsequere, quo nos turpe et igno-  
 bile periculum sic propulsemus. Totius imperii parte ablata, proprium tibi  
 parere imperium enitare, quod parenti quidem tuo, dum is victurus est,  
 subiciatur; eo autem mortuo, peculiare sit et firmum tibi salutis praesi-  
 dium. Duorum enim alterum nobis inde futurum est, ut aut securi saluta-  
 rem fortunam consequamur, aut praesentis vitae calamitatibus quam celer-  
 rime liberemur; quibus interesse tolerabile iis duntaxat esse existimo, qui  
 non ingratum illud et miserrimum putant, solem habere ignominiae suae  
 testem perpetuum." Haec Ioannes Asanes Matthaeco sororis suae filio in hunc  
 fere modum suavit, sui et illius, item cognatorum et amicorum securitati  
 prospiciens. (III.) Matthaecus vero ex sorore nepos his illum excepit: „li-

- A. M. 6855 τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ περιστοιχίζομαι φόβοις νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν,  
 Ind. 15 ὧ βέλτιστε· καὶ ὡσπερ τῶν Περσῶν ἐκείνων αἱ ναυτικαὶ δυνάμεις  
 B Ἐρέτριαν πύλαι καὶ Ἀρτεμισίον περιεληλυθῆναι συνείχον, οὕτω  
 τὴν ἐμὴν καρδίαν παντοδαποὶ κυκλοῦσιν ἀεὶ χοροὶ λογισμῶν,  
 ὡσπερ νῆσον φορτίδες τινές καὶ τριήρεις, φόβων γέμουσαι καὶ 5  
 φροντίδων μακρῶν, αἱ τῆς μελλούσης ἡμῖν, ὡσπερ ἐξ ἐφόδου  
 ληστρικῆς, κατ'άγουσαι φέρουσι μνήμας προφανοῦς κακοδαιμο-  
 Ονίας. ἐξ ὧν ὠδίνας μὲν ἔχειν ἔνεστι, καὶ τὰς ἐντεῦθεν ὑπομένειν  
 ἀληθδόνας· τίκτειν δ' ἥκιστα ἔνεστι, καὶ ἀποσκευάζεσθαι πως  
 τὸ λυποῦν, ὑφορωμένῳ τοὺς πατέρας τῆς γενέσεως νόμους, οἷ 10  
 μηδ' ἐς τὰ προφανῆ συγχωροῦσι δίκαια πατράσιν υἱέας ἀντινομο-  
 θετεῖν. καὶ σοὶ πολλὰκις ἐγὼ τὸ ἀπόβητον βουλευθεὶς ἐξεπέειν  
 τὴν μειουσομένην ὅμως οὐκ εἶχον γλῶτταν. ἀρχομένη γὰρ πρὸς  
 V. 408 φῶς ἐξάγειν τὸ τῆς καρδίας ἔμβρονον τοὺς τόνους εὐθὺς παρε-  
 Δλύετο τῆς ὁρμῆς, καθάπερ ὑπὸ νύρκης τινὸς ἐνδυναστευούσης 15  
 σφοδρῶς πεδουμένη, τῆς τοῦ πατρὸς αἰδοῦς δηλαδὴ· καὶ μοι  
 τὰ τῆς γνώμης ἐς τὸ μηδὲν αὐτίς ἐχώρει, καὶ κατεστρέφετο ῥᾶ-  
 στα. εἰ οὖν περὶ ἄλλων ὀτωνδῆποτε πραγμάτων ὁ λόγος ἦν, καὶ  
 ἥκιστα περὶ τὸ ζῆν ὃ πῶς ἡμῖν ἐκινδυνεύετο φόβος, παρὰ τοσοῦτον  
 ἡμελήσα ἂν, παρόσον μὴ ὅτι τῶν πολλῶν οὐδὲν αὐτὸς διαφέρειν 20  
 οἶομαι, ἀλλ' εἰ καὶ σύνεσιν εἶχον ἐκ φύσεως οὕτωσι κεχορηγημέ-  
 Ενην, ὡς διὰ μέγεθος αἰθερίων ψαύειν δοκεῖν ἀντύγων, καὶ οὐ-  
 ρανίαις τισὶ ξηνοδοχεῖσθαι σκηναῖς, ῥᾶστα ἂν ἐγωγε φέρων ὑπέ-  
 ζευξα ταύτην τοῖς τῶν τοῦ πατρὸς βουλευμάτων ποσί. νῦν δ' οὖν,

dem et me semper circumstant metus noctu pariter et interdium, o bone; et quemadmodum illae Persarum navales copiae Eretriam olim Artemisiumque circumsidebant, ita animum meum multa diversaque cogitationum agmina undique obsident, quasi insulam onerariae aliquae naves ac triremes terrorum plenae et curarum gravissimarum, quae piratico veluti impetu appulsaee advehant nobis praesagia evidentis infelicitatis. Parturio itaque, et eos qui inde oriuntur dolores perfero; parere autem, et id quod angit excutere haud possum, patrias reveritus naturae leges, quae nec in iis quidem, quae sunt manifesto iusta, filios parentibus adversari sinunt. Ac tibi quidem saepenumero arcanum illud aperire volui: obsecundantem vero linguam minime habui. Etenim illa, statim atque cordis foetum educere in lucem inceperat, nervis quasi resolutis impetum remittebat, cum eam patris reverentia, veluti torpor aliquis praevalens, graviter constrictam haberet. Atque ita mihi, quae animo agitaveram, ad nihilum rursus recidebant, et facillime subvertebantur. Quod si de aliis quibuscunque rebus ageretur, ac non totum illud periculum, in quo sumus, ad vitam pertineret, eo illud magis neglexissem, quod non solum a caeteris plerisque nihil distare me existimem; sed etsi intelligentiam a natura ita comparatam haberem, ut magnitudine sua aethereos axes attingere et caelestibus tabernaculis hospes excipi videretur, facillime eam ego paternae auctoritatis pedibus subiecissem.

- Ἴνα καὶ αὐτὸς πλατυτέρῳ χρήσωμαι λόγῳ, σοῦ καθάπερ τινὰ θύ- A. C. 1347  
 ραν ἡμῖν ἀνοξάντος, ὃς καὶ δευτέραν μοι σώσεις τάξιν πατρὸς, Imp. Io. Can-  
 ἐπειδὴ πᾶσι φίλον ἀνθρώποις τὸ ζῆν, καὶ πολλοὶ πολλὰκις, ὑπὸ tacz. 1  
 τῶν ἀθρόων περιστάτων κινδύνων, τὴν βουσίλειον, ὡσπερ τινὰ F  
 5 φρουρὰν, περιεζώσαντο δύναμιν, ἄκοντες μὲν, ἀναγκαίως δέ,  
 οὐκ οὖν αἰτιώμενος ἐμοιγέ τις ζῆν δίκην πάντως αἰτιώτο ἄν, εἰ καὶ  
 αὐτὸς, ὑπὸ τῶν ὁμοίων ἐλαυνόμενος φόβῳ, ἐς τὴν τῶν ἐρυθρῶν  
 ὑποδημάτων ἀντίληψιν καταφεύγοιμι. ὅμοιον γὰρ ἄν ποιοῖη τις  
 ἐνταυθοῖ, τὰ τοιαῦτ' εὐλαβούμενος, ὡσπερ ἄν εἰ χεμιῶνι μεγί- P. 505  
 10 στω περιπεσὼν ἐν πελάγει μέσῳ καὶ κύμασιν, ἐν οἷς τῆς ὀλακάδος  
 συμβῶν οὕτωσί πως ῥαγείσης ἐξὸν αὐτῷ σανίδος ἐπιειλημμένον  
 τινὸς διαποντίλους μὲν ἔχειν κινδύνους, ἔχειν δ' ὁμοῦ ὁμοῦ καὶ  
 τὰς ἐλπίδας τοῦ ζῆν αἰωρουμένας, ὡσπερ ἀπὸ λεπτοῦ τινος καὶ  
 ἀραχνῶδους ὑφάσματος, ὃ δ' ἀφειδῶν παντάπασιν ἑαυτοῦ πν-  
 15 θμέσιν ὑποβροχίους ὑδάτων ἐθελοντῆς ἑαυτὸν παραπέμπη. τοῦτο  
 δὲ παραπληξίως ἔγγιστ' ἄν εἶναι δόξειε τοῖς ὅσοι καλῶς τὰ τοιαῦτα B  
 βούλονται κρίνειν. τὰ γὰρ ἐξ ἀφανοῦς τινος ἀνάγκης ἐπιόντα  
 δεινὰ συγγνώμην σαφῆ τοῖς πάσχουσι νέμει. οἷς δ' ἀπὸ γνώμης  
 ἰδίας εἰς τὰς τῶν δεινῶν ἐμπέπτειν ἔπεται λαβροῖνθους, μεγάλη  
 20 τις χορηγεῖται νέμεσις, παρ' οἷς σχολή τὰ τοιαῦτα φιλοτιμότερον  
 σκέπτεσθαι. ἐγὼ δ' ἴνα τι καὶ βαδύτερον φθέλωμαι, οὐδὲ τῆς  
 πατρικῆς ὑπερόριον γνώμης ὃν εὐρίσκω τοῦτ'. αὐτὸς γάρ μοι τοῦς  
 τοιοῦτους προεζωγράφησε τρόπον ἐν ἑαυτῷ, ὁπότε συνελαθεῖς C  
 καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν περιστάτων κινδύνων εἰς τοῦτο προήχθη

At nunc, ut et ipse planiori utar oratione, quadam veluti porta a te, qui secundum a patre locum apud me obtines, patefacta, quoniam vita omnibus hominibus cara est, et multi saepe, subitis periculis circumstantibus, supremam induerunt potestatem, quasi salutis praesidium; nolentes quidem illi, sed cogente necessitate: non iure omnino succenseat mihi aliquid, si et ipse, similibus actus terroribus, ad purpureos calceos capeasendos confu- gero. Nam qui hoc rerum statu nolit id committere, perinde is faciat, ac si medio in mari tempestate maxima fluctibusque circumventus, fracta etiam haec inter casu aliquo navi, cum praesto ei sit tabula, qua arrepta maris quidem pericula patiatur, at spem salutis, velut tenui aliquo araneae filo pendentem, retineat, suae tamen omnino salutis oblitus in profundos aquarum gurgites ultro se immittat; quod quidem aequis rerum aestimatoribus insaniae proximum esse videatur. Quae enim calamitates occulta quadam necessitatis vi invehuntur, eas illis, qui patiuntur, excusationem certam tribuunt. Qui vero in mala, tanquam in labyrinthos, sciens prudensque incidit, eum gravis manet reprehensio apud illos, quibus ista studiosius vacat expendere. Mihi vero, ut et aliquid dicam solidius, non multum id a paterno instituto videtur abhorrere. Ipse enim mihi hunc morem in se praescripsit, tum cum is quoque, circumstantibus periculis compulsus, ad illa

A. M. 6855 τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας, ὡσπερ εἰς ἀσφαλείας ἀκρόπολιν· ὡς  
 Ind. 15 νῦν γε δυοῖν θάτερον ἐπιβλεῖν ἕσσεσθαι μοι πρὸς τοῦ πατρὸς ἔφε-  
 ται· ἢ γὰρ, ὡς μιμησάμενον τὴν ἐν ἀπόροις εὐπορίαν αὐτοῦ, τὸν  
 υἱὸν ἐπαινέσειεν ἂν πως ἐμέ· ἢ εἰ λοιδορεῖσθαι μοι ἐπιχειρήσῃ,  
 Δλάθοι ἂν αὐτὸς ἐαυτῷ περιφανῶς λοιδορούμενος ἢ ἐμοί· ὡς μηδ' 5  
 ἔχειν παρ' οὐδέσιν Ἑλληνοδικαῖς τὸ συγκεχωρητὸς ἐμοὶ τῆς ἐγ-  
 χειρήσεως ἐπεξιέναι." (A.) Ταῦτ' εἰπὼν καὶ αὐτὸς τὸν μὲν  
 θεῖον ξυνδιαφέρειν παρήγγειλε τὴν ἐγγειρησιν, καὶ τοῖς ἐκυσταχοῦ  
 στρατιώταις ὁμιλεῖν τὰ εἰκότα· αὐτὸς δὲ τὴν τῆς Ὀρεισιάδος  
 κατελιγηφῶς ἀκρόπολιν ὄλην ἐκεῖθεν ὠχύρου τὴν πόλιν, καὶ πρὸς 10  
 ἔργα παρεσκευάζετο, ἐκδημαγωγῶν τε καὶ μαλακοῖς τισι λόγοις  
 ἐξιδιούμενος τὰ στρατόπεδα.

P. 506 γ'. Ταῦτ' οὐκ ἦν ἀκούοντι ἡρεμεῖν τῷ πατρὶ, ἀλλ' ἀθυ-  
 V. 409 μαις ἐνασχολεῖν, καὶ συντήκειν συγχὰ τὸ θυμούμενον τῆς ψυ-  
 χῆς, πάλαι διανεμιμαμένῳ τοῖς μὲν νίεσι τὰς ἀνελευθέρους τοῦ 15  
 βίου τύχας, τῷ δὲ γαμβρῷ Παλαιολόγῳ τὰς τοῦ βασιλείου κρά-  
 τούς διαδοχὰς. διὸ καὶ ἀδθημερὸν ἐξιέναι πᾶν τοι προθυμού-  
 μενος, ὅμως ἐπέιχεν ἔτι, καὶ ἐνεκαρτέρει τῷ τῆς γνώμης βουλευ-  
 τηρῷ. καὶ μέντοι καὶ ἥκιστα μᾶλα τοι ἀρεστὸν ἐδόκει, δυοῖν  
 B ἔν γε τοι δρᾶν ἐκ τοῦ παραχρηῖμα. οὔτε γὰρ ἄνευ ὄπλων ἐκ Βυ- 20  
 ζαντίου πρὸς γνώμην ἵνα ἐθάβρῃ, ταῖς τῆς φιλοτιμίας ἄρτι δια-  
 νηχομένην ἀκμαῖς· οὔτε μεθ' ὄπλων αὐ ἐκεῖ διαβαίνειν καὶ στρα-  
 τοπέδων. ἐκμηῆναι γὰρ ἂν οὕτως μᾶλλον πρὸς αἰθερίους φλόγας  
 ὡς ἐν σποδιῷ καθευδούσας ἔτι τὰς ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ νεανίσκου κι-

5. λοιδορ. ἢ ἐμοί] μάλλον deest, ut observat Boiv.

imperii insignia, tanquam ad fortunae perfugium processit. Quamobrem  
 duorum alterum licet mihi sperare a patre. Aut enim, ut suae in expedi-  
 endis rebus difficillimis solertiae imitatore filium fortasse ille me laudave-  
 rit; aut si ad convitiandum aggrediatur, sibi ipse palam imprudens magis  
 convitiabitur quam mihi: nec quia id ausus fuerim, licebit ei apud ullum  
 iustum iudicem poenas a me expetere." (IV.) Haec loquutus avunculo praeci-  
 pit, ut secum huic molitioni struendae incumbat, et cum militibus, qua-  
 cumque occurrerint, ac prout par fuerit, colloquatur. Ipse Orestiadis arce  
 occupata, totam inde urbem munit; tum captando benevolentiam, et blandis  
 verbis exercitus sibi devinciendo, ad opus se accingit.

3. His pater auditis nequaquam quiescere, sed totum se moerori dare;  
 idemque iram suam subinde comprimere et concoquere ea ratione, quod li-  
 beris suis servilem fortunae conditionem, genero autem Palaeologo imperii  
 successionem iam pridem assignasset. Itaque ea ipsa die egredi valde cu-  
 piens tamen se continuit, et secum tacite deliberare perstitit. Neutrum  
 certe ei placebat statim facere. Neque enim sine armis Byzantio exire, et  
 in ipso ambitionis aestu fluctuantem animum adoriri; nec rursus cum armis  
 exercitibusque illuc conferre se audebat. Ita enim sopitos adhuc, et velut  
 sub cinere latentes, in animo adolescentis motus furiatum iri magis, quasi

νήσεις, ὑπὸ δουρῶν ὀχληθείσας παθῶν, φιλοτιμίας ἁμοῦ καὶ δε- A. C. 1347  
 λίας. (B.) Καὶ μὲν δὴ λοιπὸν ἐκπέμπειν ἐδόκει βέλτιον Εἰρήνην <sup>Imp. Io. Can-</sup>  
 τὴν βασιλῖδα, βαθελαίς τε χρωμένην ταῖς τῆς συνθέσεως αὐλαξί C  
 καὶ ἅμα οικονομικὴν ἐς τὰ μάλιστα οὔσαν ἐκ τε πείρας καὶ φύ-  
 5 σεως, καὶ μαλακωτέρους τινὰς ἔξιν τῷ πιθανῷ, καὶ ὄλωσ' εἰπεῖν  
 μητρικοὺς τῷ παιδί κομίζειν εἰδυῖαν λόγους. ἔξιούσης τοίνυν αὐ-  
 10 τῆς, ἐπειδὴ περὶ Πάμφιλον ἐγεγόνει τὴν πόλιν, πρὸς ἀπάντη-  
 σιν αὐτὸς ἐπορεύετο μάλα τεθαρῆκώς τῆς μητρὸς, καὶ ἅμα ἐπει-  
 γόμενος κατὰ τὴν πορείαν, πρὶν ἐς Ὀρεσιτιάδου ἀφικέσθαι τὴν μη- D  
 15 τέρα, ἔξω που προκατεληγμένοι, καὶ τὸν τῆς ἀφίξεως πόρρωθεν  
 πυθέσθαι σκοπόν. ἣ δὲ τοὺς ἐκείνου σοφῶς παρακρουσαμένη  
 δρόμους ἔλαθεν ἐντὸς Ὀρεσιτιάδος παρεισπεσοῦσα, πρὶν αἰσθέ-  
 σθαι τὸν νιόν. (Γ.) Ἐπεὶ δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν ὁ Ματθαῖος ἠκηκόε P. 507  
 τὸ δρῆμα, καὶ βαθυτέραις ἔγνω σαφῶς τῆς μητρὸς κατασοφί-  
 15 σθαις ἐπινοαίς, ἐς τὴν ὑστεραίαν καὶ αὐτὸς τῇ Ὀρεσιτιάδι ἐπιδε-  
 δήμεχε, καὶ τῇ τε μητρὶ τὴν προσήκουσαν ἀπεδίδου προσκύνη-  
 σιν καὶ ἅμα πρὸς ἅπαν τὸ κελυόμενον ὑπισχεῖτο παρέχειν ὑπέ-  
 κοντα ἑαυτὸν, εἰ δέος ἦσαν ἐξέλοιτο τῆς ἐκείνου ψυχῆς, μήτηρ  
 20 τε οὔσα καὶ ψυχὴν καλῶς εἰδυῖα θεραπεύειν ἀμφιβόρῃως ταλαν-  
 τευομένην ὑπὸ δειλίας, καὶ φόβῳ τινασσομένην τοῦ μέλλοντος B  
 γνώμην νιοῦ φιλομήτορος συνιστᾶν. ἣ δὲ μάλα βασιλικῶς προσ- V. 410  
 εipoῦσα καὶ μετὰ τινος ἐπιεικοῦς μεγαλοπρεπέας δεξιωσαμένη  
 τὸν νιόν τάδε διέξεισιν. (Δ.) „Ἐγὼ (φησὶν) ὦ παῖ, τὴν παροι-  
 μίαν, τὴν ἕλ' τι Διβύη, φάσκουσαν, φέρει καινὸν, ἐπαινώ μὲν,

8. ἀπὸ τὸς Boiv. pro αὐτῆς.

flamma ad caelum usque ventilata, affectibus duobus ambitione et metu per-  
 turbatos. (II.) Demum ei satius visum est Irenen mittere imperatricem,  
 quae mulier altae mentis, eademque ad res tractandas cum natura sua tam  
 ipso usu mire habilis, mollibus quibusdam et ad persuadendum accommoda-  
 tis, maternis denique dictis filium aggredi una omnium maxime sciebat. Ita-  
 que haec egreditur. Ille matri, cum esset apud urbem Pamphiliam, obviam  
 procedit magna fiducia, festinatque eam, antequam Orestiadem pervenerit,  
 in ipso itinere alicubi foris deprehensam convenire, et viae causam longe  
 ab urbe sciscitari. At illa, huius festinationem callide frustrata, furtim in  
 urbem Orestiadem, antequam filius sensisset, irreperat. (III.) Matthaeus,  
 postquam in via id quod acciderat audivit, ac se occultioribus matris con-  
 siliis circumventum certo cognovit, postridie et ipse Orestiadem venit; ma-  
 trem, ut par est, salutatur: simul se, quidquid illa iusserit, dicto audientem  
 fore pollicetur, modo omnem sibi metum ex animo revellat; matrem quippe  
 eam esse, quae animum timore suspensum, et futuri terrore concussam filii  
 amantissimi mentem, firmare optime sciret. Haec vero filium, benigna qua-  
 dam maiestate exceptum, prorsus verò hanc alloquitur, et hanc habet orationem,  
 (IV.) „Ego,” inquit, „mi filii, proverbium illud: semper Africa aliquid fert

A. M. 6855 οὐ τέλος δέ· διότι μὴ τέλειον ἔχει τὸ τῆς ἀποφάνσεως δόγμα  
 Ind. 15 καὶ ψήφισμα. περὶ γὰρ ὅλης γῆς καὶ θαλάττης ἀποπεράνθαι  
 Cπροσῆκον, ἣ δὲ περὶ μόνης Λιβύης τὸ δόγμα ἐξήνεγκε, μικροῦ  
 τινος μέρους οὔσης αὐτῆς, καὶ βιαίαν ἐχούσης τὴν μίμησιν πρὸς  
 τὴν τῆς ὅλης γῆς ἀριστοκρατίαν. Λιβύης μὲν γὰρ ἡ καινότης B  
 ζῶων τε μόναις τερατομόρφοις ἰδέαις ὀρίζεται καὶ πρὸς γε ἔτι  
 τῶν ἐκεῖθεν διὰ μῆκος ὁδοῦ σπανίως παρακοιμιζομένων ἐς τὰ ἡμέ-  
 τερα ἦδη πραγμάτων ἄλλων, ἰδιοτροπίαν τινὰ κεκτημένων, ὅποσα  
 Dξενίζοντα φέεται παρὰ τῇ σκληροῦ καὶ ἀνημέρω ἐκείνῃ γῆ. τῆς δὲ  
 πάσης γῆς ἡ καινότης μαρυσμῶ καὶ γλῶῃ καὶ χαρῶ καὶ λύπῃ 10  
 μερίζει τὸν βίον διηλεκῶς, καὶ δόξῃ καὶ ἀδοξίᾳ, καὶ νόσῳ καὶ  
 ὑγιείᾳ, καὶ θανάτῳ καὶ ζωῇ, καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν, ἀρετῇ καὶ κακίᾳ,  
 καὶ τροπαῖς καὶ ἀλλοιώσεσι παντοίαις τε καὶ μέτρον ἅπαν ἐλα-  
 νούσαις. καὶ θαῦμα μὲν, πῶς ταῖς καινοποιταῖς ταύταις ἄμφο  
 κεκτηῖσθαι δοκεῖ, καὶ παῖξε τὰς τῶν ἀνθρώπων γνώμας, καὶ τοῖς 15  
 Eμὲν ἀνθεῖν αἰεὶ δοκεῖ, καὶ τοδὲ τῆς τῆς πόδας ἕκαστον ἐπ’  
 ἀσφαλοῦς ἐρείδειν· τοῖς δὲ μηδὲν κεκτηῖσθαι βέβαιον μηδ’ ἀσφα-  
 λές. βραχεῖα γὰρ τις ὥρα πολλάκις καὶ μία ῥοπή διαστήματος  
 χρονικοῦ μεταβύλλει πρὸς τὸναντίον ἅπαν, καὶ ῥίπτει πολλὰ τῶν  
 ἐστάναι δοκούντων εἰς ἕδαφος· καὶ αὐτὸ πρὸς ὑπερήφανον ἐνίοτε 20  
 τύχην ἀνάγει τὰ ἀφανῆ. Θαῦμα δὲ, πῶς ἀμιγῆς οὐδὲν οὐδ’ αὐ-  
 τοτελές τῶν ἀπάντων. εὐρίσκεται παντάπασιν οὐδαμῇ, οὐθ’ ἄ  
 Fτῶν ἀγαθῶν, οὐθ’ ἄ τῶν φαύλων εἶναι νομίζουσιν ἀνθρώποι·  
 ἀλλὰ τὰ ἀλλήλων διηλεκῶς πολέμια καὶ μαχόμενα σύντροφόν

novi, laudo quidem, sed non absolute, quia nec absoluta est eius pronun-  
 ciati sententia. Etenim de universo terrae et maris orbe cum id dici oport-  
 teret, de sola Libya pronunciatum est; quae pars cum exigua sit, totius or-  
 bis rempublicam vix repraesentat. Illa nempe rerum novarum affluentia,  
 quae Libyae tribuitur, ad solas pertinet animalium monstruosorum formas,  
 et rerum aliarum species, ad nostras provincias propter longinquitatem rari-  
 us comitantium, peculiare autem aliquid in se habentium, qualia nobis  
 incognita in illa dura et immani regione nascuntur. Totius vero orbis no-  
 vitates situ, viriditate, gaudio, tristitia, gloria, infamia, morbo, sanitate,  
 vita, morte, atque, ut paucis absolvam, virtute, vitio, mutationibus deni-  
 que ac omnigenis et infinitis variationibus, res humanas usque distinguunt.  
 Est mirum sane, quod cum tot omnia idem hic orbis pariat, utrumque tamen  
 ei inesse credatur, atque ita hominum mentes deludat, ut aliis semper flo-  
 rere, et fortunae vestigia stabili fundamento quisque fingere videatur; aliis  
 nihil firmi habere, nihil certi. Fugax enim hora saepe et momentum tem-  
 poris multa, quae stare videbantur, omnino in contrarium vertunt et ad  
 terram affligunt: atque ad summum fortunae splendorem obscura quandoque  
 evehunt. Mirum vero, quomodo nihil usquam sincerum, nihil ab omni parte  
 perfectum inveniat eorum omnium, quae seu bona seu mala esse homines  
 arbitrantur: sed res, sibi invicem aeternum inimicae et pugnae, velut



πως ἔχει τὴν βλάστην, καὶ μιαν δῆπου τινὰ τὴν εἰς φῶς προ- A. C. 1347  
 ενεγκοῦσαν μητέρα προῖσχεται· καὶ τὰ τὴν ἄσπονδον ἔχθραν πρὸς Imp. Io. Can-  
 ἄλληλα κεκτημένα ξένας τινὰς ἐν ἀνθρώπων θύει ψυχῇ τὰς tacuz. 1  
 σπονδάς· καὶ οὔτε βίον ἄλυπον ὄντα παρ' οὐδενὶ τῶν ἀπάντων P. 508  
 5 ὄρωμεν, οὔτε λύπην παντάπασιν ἀτερπῆ· ἀλλ' εἶναι συμβαίνει  
 καὶ λύπην αἰτίαν χαρῆς, καὶ αὐτὴν μητέρα λύπης χαρᾶν. ταῦτα μὲν  
 εἶναι συμφυῆ πως, καὶ ἐγκατωκοδομημένα τοῖς πράγμασιν, ἣ  
 πείρα ξυγχωρεῖ συνιέναι ταῖς συνετωτέραις ψυχαῖς· τὸ δὲ μεγέθη  
 καὶ σμικρότητας τούτοις δίδοναι, τοῦτο δ' οἶμαι δῆπουθεν ὡς  
 10 τὰ πολλὰ τῶν ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχειν ἐν. Ὅς γὰρ μεγάλοις ἐφέτεται  
 πραγμάτων ὕδασιν ἐγκυβιστῶν, ἀνάγκη τούτῳ καὶ μεγάλους ὑψί-  
 σιασθαι τῶν κινδύνων τοὺς κλύδωνας· ὧ δὲ βραχυτέροις ἐνδία- B  
 τῶσθαι νομίζεται ἀποχρῶν, τούτῳ δὲ καὶ μετριωτέραις κεχρη-  
 σθαι ταῖς λύπαις τοῦ βίου χρεῶν. βασιλεῖα τοίνυν ἐν τοῖς τοῦ  
 15 βίου πράγμασι μέγιστον εἶναι χρῆμα νομίζεται τύχης καὶ, ἐν  
 εἶπω, τὸ κράτιστον τῆς εὐδαιμονίας ἕψος· τὸ δὲ μικροῖς τισιν  
 ὀβολοῖς ὀρίσσεσθαι τῷ τοῦ βίου τὴν εὐπορίαν, καὶ τριβωνοφορεῖν,  
 καὶ ἱκανὸν εἶναι ὃ τῇ φύσει τὸ ἀναγκαῖον μόνον χαρίζεται, τοῦτο  
 δὲ κακὸν φαίνεται, καὶ τούτων ἐνός, οἷς ὁ πλεῖστος ὄχλος C  
 20 καταρῦται. ὧ δ' ἑκατέροις τοῖς βλοῖς ἐν πείρᾳ γενέσθαι τετύχη-  
 κεν, ἄρχεσθαι μᾶλλον οὗτος ἢ βασιλεύειν ἔλοιτ' ἂν οἶμαι μᾶλα  
 προθύμως, καὶ πένητα μᾶλλον τρῖβειν βίον, ἢ ὅς μυρίαῖς περι-  
 στοιχίζεται δόξαις καὶ χρήμασιν· εἰ δ' οὖν, λέγεται τις παρελθὼν,  
 πᾶς Ἀλέξανδρος ἐκεῖνος ὁ μέγας, ὁ μέχρις Ἰνδῶν τὰ τῆς Εὐρώ- V. 411

19. ἐν, ὅσοις ὀπι. conl. Boiv.

coalescant, et unius quasi matris sinu editas se in lucem profiteantur: et ea,  
 quae odium implacabile inter se exercent, inusitata quaedam foedera in  
 hominum animis feriant; ac neque vitam tristitiae immunem cuiquam con-  
 tingere videamus, nec tristitiam incunditatis prorsus expertem; sed esse  
 soleat et laetitiae origo tristitia, et rursus tristitiae mater laetitiae. Et haec  
 quidem esse rebus insita quodammodo atque infixae intelligentiores quique  
 sciunt, experientia nempe edocti. At ut illa ipsa vel augeantur vel mi-  
 nuantur, id ego existimo penes nos esse ut plurimum. Qui enim se in  
 magnas negotiorum undas gestiat immergere, eum necesse est magno sub-  
 ire periculorum fluctus: cui vero minoribus interesse satis fuerit, eum oportet  
 moderatioribus affici vitae molestiis. Regia certe dignitas in hac vita  
 maximum esse fortunae donum existimatur, et summus, si fas dicere, felici-  
 tatis camulus. Contra paucis obolis metiri copiam omnem rei familiaris,  
 et veste uti trita, et satis habere id quod naturae solas res necessarias sup-  
 peditat, id et miserum videtur, et eorum unum, quae vulgi maxima pars  
 detestantur. Qui vero utramque vitae conditionem expertus est, is multo  
 libentius pareat quam imperet, et vitam trahere inopem malit, quam quae  
 infinitis honoribus opibusque stipata sit. Sin minus, prodeat aliquis do-  
 ceatque nos, quomodo Alexander ille Magnus, cuius auspiciis arma Europae

- A. M. 6855 ης διαβιβάσας ὄπλα, τὸν εὐτελῆ τοῦ Διογένους πίδακον καὶ τὴν  
 Ind. 15 D διεθρώγωντι ἀπέχεσθαι μᾶλλον ἐσθῆτα ποθεῖν ὠμολογεῖ, ἢ τὴν  
 τῆς ὄλης Ἀσίας τε καὶ Εὐρώπης ἔχειν ἀρχὴν, καὶ τὸν Βαβυλώ-  
 νιον ἐκείνον περιβεβλησθαι πλοῦτον· ὅθεν καὶ τὸ πολὺ τῆς ῥα-  
 στῶννης χεθὲν Δαρείῳ καὶ Πέρσαις ὄνειρον ἔδειξεν εἶναι σαφῶς 5  
 τὰς δοκούσας εὐδαίμονας τύχας τοῦ βίου. οὐδὲν γὰρ οὕτω μεστὸν  
 ὑποψίας καὶ ἀπιστίας, ὡς βασιλεία καὶ δυναστεύουσα χεῖρ. ᾧ  
 μὲν γὰρ βασιλευσθαι πῶς τετύχηκεν, ἕνα μόνον οὗτος δέδιε, τὸν  
 Ε βασιλέα· φαίην δ' ἄν, οὐδ' αὐτὸν, εἰ τὰ δίκαια φυλάττειν,  
 ὅστις ποτ' ἄν ἦ, ἐθελει, καὶ τὴν λαχοῦσαν μοῖραν στέργειν τοῦ 10  
 βίου. ᾧ δὲ βασιλεύειν ἔξιστιν, οὗτος μετὰ τῶν ἐμφανῶν ἐχθρῶν  
 πλείους ἔχει καὶ τοὺς κρύφα τὰς πλείους σσκευάζοντας τῶν ἐπι-  
 βουλῶν. οἷα ὀκνήσω δ' εἰπεῖν, ὡς καὶ αὐτοὺς αἰεὶ δέδιεν, ὀπέ-  
 σοι φυλάκων ἔχουσι τάξιν αὐτῷ, καὶ περιεσσι τρέμειν αἰεὶ, καὶ  
 Ταντάλειον, τὸ δὴ λεγόμενον, βόσκειν βίον. Ταῦτ' ἐννοῶν, φιλ- 15  
 Ετατε, πείθου μητρὸς ἐννοούσης βουλαῖς, καὶ μὴ γνώμαις ἐτέρων  
 συμφέρεσθαι δίδου, οἱ πρὸς ἐν δὴ μόνον τὸ οἰκτεῖον σκοποῦντες  
 συνοῖσον προσωπεῖω τινὶ κέχρηται σοι, μέχρις ἂν τὸ βουλόμενόν  
 σφισι κατορθωκότες αὐτοῖς, ἔπειτα καὶ σοὶ τὴν τοῦ βίου σχεδιά-  
 σωσιν ἐπιβούλως ἀπαλλαγὴν· μηδὲ παραπλήσια τίθει τοῖς διώκταις 20  
 P.509 ἡμῶν τὰ ἡμέτερα. παρόσον γὰρ ἐκείνων καὶ ἡμῶν τὸ σπινάγον εἰς  
 ὁμόνοιαν ἦν τῶν ἀπάντων μετὰ τὴν ζάλην οὐδὲν μεταξὺ, παρὰ  
 τοσοῦτον ἡμῶν τε καὶ σοῦ τὸ τὴν τοῦ αἵματος ἔγνωσιν δίστων  
 τῶν ἀπάντων ἔστιν οὐδὲν μεταξὺ. τί γὰρ ἂν εἴη τὸ πείσει δυνά-

ad Indiam usque penetrarunt, vile Diogenis dolium habitare, et eiusdem lacera veste indui, optatius sibi esse confessus sit, quam Asiae et Europae totius imperium possidere, et Babylonis divitiis cumulari; quarum effusa abundantia Dario et Persis ostendit, merum esse somnium ea, quae conditionem vitae beatiorum facere existimantur. Enimvero nihil est ita suspitionis et diffidentiae plenum, ut principatus et potestas summa. Nam quem alteri subditum esse fortuna voluit, is unum duntaxat pertimescit, imperatorem videlicet; sed ne hunc quidem (ausim dicere), si iura, quicumque tandem ille sit, velit servare, et ea quae contigit sibi fortuna contentus vivat. At cui imperare datum est, is praeter apertos hostes, complures alios habet, qui multas ei clanculum insidias struant. Nec verebor illud affirmare, timeri ab eo semper etiam ipsos stipatores; ita ut ei perpetuo contremiscendum et Tantalea, ut aiunt, vita agenda sit. Haec cogitans, mi fili, benevolae matris consilii pareto, et aliorum sententiae cave ne accedas, qui, ad propriam utilitatem omnia referentes, te ipso tanquam larva quadam utantur, quoad, ubi ex sententia sibi successerit, ipsi deinde tibi per fraudem exitium afferant repentinum: nec sic fere consulas rebus nostris, ut ii qui nos persecuti sunt. Nam coorta semel tempestate, nihil omnino inter nos illosque erat, quod in concordiam reduceret. Sanguinis autem vinculum, quo nos tecum iungimur, nihil est quod dissolvat. Qua enim quae so-

μενον σπλάγγνα φύσεως ὑπ' ἀλλήλων τε καὶ δι' ἀλλήλων ῥήγνυ- A. C. 1347  
σθαι. ὣν τὴν ἀπόρρητον σύμπηξιν μόνος οἶδεν ὁ ξυνοδῆσας ἀλό- Imp. Io. Can-  
τοις τισὶ καὶ ἀδαμαντίνους δεσμοῖς; ἢ τί τῶν ὑφ' ἡλίῳ καὶ ἀέρι tacuz. I  
πάντων ἡδὺ γένοικ' ἂν τοῖς γονεῦσιν ἡμῖν, σοῦ μὴ παρόντος; ὡς B  
5 πῦν γε τοῦτ' ἔστιν ὁ με μάλιστα ζῶσαν μετὰ τοῦ σοῦ κατὰγει πα-  
τρὸς εἰς πυθμένας ἕδου, ὅτι σύ γε ἡμῶν ἔνεκα τοιοῦτους ἔθρε-  
ψας ἐν σεαυτῷ λογισμούς. τί δ' ἄλλο τῶν πάντων εἴη θανάτου  
παντὸς γονεῦσι πικρότερον, ἢ τέκνων καταστροφῆ, καὶ τέκνων  
ἀγαθῶν. ὣν ἡ μνήμη καὶ μόνη τούτοις δημιουργεῖ πνοὴν καὶ  
10 τὸ θάλλειν ἐκ περιουσίας χαρίζεται τῇ ψυχῇ; ἀνάμεινον δ' εἰ  
βούλει μικρὸν, μέχρις ἂν καὶ αὐτὸς τέκνων γένη πατῆρ' καὶ τότε C  
διὰ τῆς πείρας εἴση καλῶς, ὁπόσῃν οἱ τεκόντες τοῦ φίλτρον τὴν  
φλόγου βόσκουσιν ἐν μέσοις τοῖς σπλάγγνοις ὑπὲρ τῶν τέκνων. νῦν  
γὰρ οὐκ ἔχω, τίσι χρησαμένη λόγοις πείθειν ἂν σε δυναμῆν τε-  
15 λέως, πρὶν εἰς τὴν τῶν λεγομένων σε πείραν ἀφίχθαι. Μηδὲ δὴ  
παρίδῃς δάκρυα μητρὸς, μηδὲ μόχθον ἐν λήθῃ ποιήσης τοσαύ-  
της ὁδοιπορίας, ὁπόσῃν ἐγὼ διάνουσαι καὶ συντεμῆν τάχιον ἢ  
κατὰ πάντα εὐζῶνον ἄνδρα προτεθύμημαι διὰ σέ, ἵνα δῆπου μὴ D  
σεαυτὸν ἀτεκμάρτοις περιβύλης κινδύνους, καὶ καπνὸν φεύγων  
20 εἰς πῦρ ἐμπέσης, καὶ σκιὰν φυλαττόμενος ὑποψίας, ἐν ἀδῆλω  
μέλλοντος φόβου καλινδουμένην, εἰς κρημνὸν ἀποτόμους περι-  
φανῶς συνωθήσης σεαυτὸν ἔκοντι (ὁ τοῦ ἀκουσίου πάθους ἐστὶ  
μακρῷ χαλεπώτερον, ὁποῖον καὶ ἡμῖν τὸν ἐξαέτη χρόνον ἐξεγέ-  
νετο πύσχειν ἐκείνον ἐλαυνομένοις, ὡς γε οἴσθαι) καὶ ὄν διεφθγον

ratione persuaderi possit cognatis visceribus, ut se invicem dilacerent; quorum arcanam compactionem solus novit, qui ea inter se irruptis quibusdam et adamantinis vinculis colligavit? Aut quid nobis parentibus tuis sub sole et caelo suave esse possit absente te? Atque haec maxime res est, quae me nunc tuo cum patre vivam ad tumulum adigit, quod istarum, quas animo aluieti, cogitationum nos ipsi causa fuerimus. Esequid porro aliud parentibus morte omni acerbius esse possit, praeter ruinam liberorum, et eorum quidem bonorum; quorum vel sola recordatio efficit, ut ii vivant, et eorum animae viridissimum florem largitur? Tu vero paulisper, si vis, exspecta, quoad pater ipse sis. Tum expertus probe scies, quantam sub imis visceribus flammam alat parentum in liberos amor. Mibi certe verba nunc desunt, quibus id possim tibi penitus persuadere, antequam ipse eorum quae dico experientiam nactus sis. At tu matris lacrymas ne despice; nec te huius longi itineris capiat oblivio, quod ego tui causa citius quovis homine expedito conficere et accelerare studui; ne scilicet te ipsum caecis periculis irretires, et fumum fugiens in ignem incideres, periculi que umbram cavens, quae in incerto futuri metu verteretur, in abrupta te praecipitia palam atque ultro mitteres; cuiusmodi malum longe gravius est quam quae nolentibus accidunt, qualia nos, ut scis, per illud sexennium vexati pertulimus; ne denique eius, quam tum effugi, mortis tecum particeps pro-

- A. M. 6855 τότε θάνατον, τούτου σὺν σοὶ διὰ σέ πως παραπολαῦσαι μοι  
 Ind. 15 **Ε**γένηται. οἷς μὲν γὰρ ἀκουσίοις ἔπεισι τὰ δεινὰ, συγγνώμη τις  
 εἶωθεν οἴκτω συγκεκραμένη συνεξακολουθεῖν. οἷς δ' ἔξ ἰδίας  
 V. 412 ἀβουλλίας συμβαίνει πηγὰς ἀνορούττειν κακῶν ἑαυτοῖς, τοσοῦτον  
 νημεσᾶσθαι σφισιν εἰκός, ὅσον οὐδὲ τοὺς ἐλεήσοντας καταλιμπά-5  
 νουσαι ἑαυτοῖς ζῆν γε λόγῳ τῷ πρέποντι. **Εἰ** δέ μοι πολλὰ τῶν  
 πάλαι πρὸς μέσον ἄγεις ὑποδειγμάτων, ὅποσα πρὸς τοὺς ὁμοίους  
 F σε φόβους ἐνάγουσι, καὶ ζῆν γε τοῖς ἄλλοις, ὅτι καὶ Μάρκιον  
 ἐκείνον, τὸν τῇ πάλαι στρατηγήσαντα Ῥώμῃ ποτὲ, ἐς τοσόνδε  
 τὰ μητρὸς ἔσφηλε δάκρυα, ὡς μυρίαὶς ὕψ' ὦν στεφανοῦσθαι 10  
 ἐχρῆν καλυφθέντα λίθων βολαῖς θανεῖν δυστυχῶς, ἀλλὰ τάληθῆ  
 περὶ γε τῶνδρὸς ἐκείνου μαθὼν τὴν ἀμείνω κρίσιν ἔλοιο ἄν.  
 πάσης γὰρ ἐκεῖνος ἀποκλείσας ἑαυτὸν ἀπολογίας, καὶ θύραν οὐ-  
 δεμίαν συγγνώμης ταῖς ἐπιούσαις καταλειοπιῶς ἐλπίσιν, αὐτὸν  
 P. 510 ἑαυτῷ κατήγορον ἐκ τοῦ σύγγενος εἶχε, καὶ πολλὰ ταῖς τοῦ συν-15  
 εἰδότης σκηναῖς ἀυλιζόμενά οἱ παραπέπηγε κέντρα. τὰς γὰρ πλεί-  
 στας Ῥωμαίων χώρας καὶ πόλεις θῦττον ἢ λόγος ἀφελόμενος  
 τὰς μὲν τοῖς ἐναντίοις ἐχαρίσατο, τὰς δ' ἐξηνδραποδίστατο καὶ  
 κατέσκαψε χειρὸν ἢ τὰς Θήβας Ἀλέξανδρος. καὶ διὰ τοῦτο Μάρ-  
 κιος εὐελπίς ἦμιστα ἦν, οὐδὲ πάροδοις ὄλωσ εἰς πίστιν εἶχον ταῖς 20  
 Ῥωμαίων ψυχαῖς αἱ Μαρκίου συνθέσεις· οἳ τε Ῥωμαίων αὐ πο-  
 B βλέμιοι φρικώδεσιν ὄροκοις αὐτὸν προκατελιηφότες, ἔπειτα μέγα ἐξ  
 ἀσθενοῦς ταῖς οἰκταῖς ξυμμεμαχητότες δυνάμεσιν ἐπεπράχσαν·  
 ἄς βραχὺ τι παρακρούσασθαι διὰ τὰ μητρὸς δόξας δάκρυα ἐλα-

19. Μάρκιος Boiv., μακάριος apogr. Par.

pter te quodammodo fierem. Sane quibus nolentibus calamitas supervenit, eos manet venia quaedam, miserationi coniuncta. Quibus autem temeritate sua accidit, ut malorum fontes sibi ipsis foderent, iis indignari eo magis aequum est, quod ne eos quidem sibi relinquunt, qui iure et merito miser-  
 turti sint. Quod si mihi multa in medium proferas veterum exempla, quae te ad similes casus metuendos compellant, atque inter caetera id, quod de Martio illo, qui Romae olim bellum intulit, narratur; ei nempe matris lacrymas in tantum fraudi fuisse, ut a quibus coronari eum oportebat, ab iis densissima lapidum grandine obrutus infeliciasime obierit: postquam de illo vera audiveris, meliorem certe sententiam amplecteris. Praeciderat sibi ille omnem defensionem: nullam sibi in posterum spem veniae reliquerat. Aderat igitur suimet ipse accusator, et in eius conscientia stimuli plures infixi penitus insidebant. Plerosque agros et urbes Romanis cum ademisset, idque summa celeritate, partim hostibus concesserat, partim diripuerat, et peius, quam Thebas Alexander, vastaverat. Idcirco minimum erat Martio bonae spei; neque illius pactiones apud Romanorum animos aditum ullum habebant ad fidem acquirendam. Romanorum vero hostes eundem horrendis iuramentis primum obstrinxerant; deinde suis viribus adiutum ex humili magnum effecerant. Itaque ille propter matris lacrymas cum eos ali-

θεν εις τοὺς ἐσχάτους ἐλέθρους ὠλισθηκώς. σὺ δ' οὔτε βλάβην  
 τοῖς Ῥωμαίων οὐδέμιν παρέσχες πράγμασιν, εἴθ' ἔρκοις οὐδέσι  
 δέσμιον σεαυτὸν προκατέστησας. ταῦτα γὰρ ἅπαντα προκατειλη- A. C. 1347  
 φῦτα λαμπρῶς ἢ τῆς ἐμῆς ἀφίξεως ἀνεχαίτισεν αὐτῆ σπουδῇ· ὡς Imp. Io. Can-  
 5 εἶναι σοι μηδὲν ἐμποδῶν τῶν ὑπάντων ταῖς μητρικαῖς παραινέ- tacz. 1  
 σεσι πείθεσθαι. Ἐπειθ' ὄρῳς καὶ εἰς ὅσον μὲν βραχύτης ἢ  
 Ῥωμαίων ἀρχὴ συνεστάλη, εἰς ὅσον δὲ πενίας τὰ Ῥωμαίων ἐβ-  
 ῥύη πράγματα· ὡς μηδὲ λέγειν θαρρῆεῖν φειδοῖ τῆς τῶν ἀκουσομέ-  
 νων αἰδοῦς. ὁμως ἐξ ἐνός γέ του δηλώσω σοι τρόπον. ἴσασι μὲν  
 10 γὰρ τῶν Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων οἱ πλείστοι τὸν πλοῦτον πρὸ  
 τῆς συγχύσεως καὶ τῶν διωγμῶν ἐκείνων, ὁπόσος τοῖς σοῖς γο- D  
 νεῦσιν ὑπῆρχεν ἡμῖν, ἔν τε χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ λίθων καὶ  
 μαργάρων πολυτελείᾳ, ἔν τε ποίμναις καὶ βουκολίαις καὶ μυριάσι  
 παντοίων θρεμμάτων καὶ βοσκημάτων. ἴσασι δὲ καὶ τῶν παρε-  
 15 στώτων οἱ πλείους τὸ τῶν ἡμετέρων πλήθος ἀποθηκῶν, αἱ τοῖς  
 ἐκ γῆς παντοδαποῖς γεννήμασιν ὑπερεξέχοντο, καὶ τὰ ταμιεῖα  
 ἐκεῖνα, ὁπόσα βριθοντα κομιδῇ τοῖς ἐτησίαις καρποῖς τε καὶ θη-  
 σαυροῖς ἐπιτενοχωροῦντο. τῆς δὲ καθ' ἡμέραν ἐκάστην τραπέζης E  
 τὴν ἀφθονίαν καὶ πολυτέλειαν, ἀλλὰ καὶ ταύτην, ὅσοι μετέχον  
 20 ἐκείνης καὶ παραπέλανον, ἴσασιν ἅπαντες, τὰ τε ἄλλα καὶ ὡς  
 οὐδ' ἄχρι καὶ ἐς τὸ τοῦ δεκάτου μέρος ἐκείνης ἀνήκειν τὰ τῆς βα-  
 σιλικῆς ἡμῖν τραπέζης δύναται τήμερον. οὕτως ἀσθενῶς ἔσχε,  
 καὶ ἐς τοσοῦτον ἔρρει καὶ κατενήνεκται δυστυχίας τὰ Ῥωμαίων  
 πράγματα προφανῶς· ὡς ἐξεῖναι σκοπεῖν σε, γλυκύνετε, τί κα-  
 25 ταλελοπιῶς τῷ πατρὶ καὶ τοῖς γε ἄμφ' αὐτὸν ὁμοῦ καὶ σὺν αὐτῷ, F

quantum visus esset elusisse, in ultima mala imprudens delapsus est. Tu vero nec detrimenti quidquam rei Romanae attulisti, nec te ullis iuramentis praepedivisti. Ista enim omnia plane avertit et inhibuit adventus mei celeritas; ita ut nihil quidquam tibi obstat, quominus matris exhortationibus pareas. Vides praeterea, quam in angustum contracta huius imperii magnitudo, quo inopiae redacta sit Romana res. Vereor equidem dicere, ut audientium pudori parcam. Tamen id tibi una re declarabo. Norunt Romanorum et barbarorum plerique, quantae nobis parentibus tuis opes, ante confusionem temporum et calamitosam illam fugam, in auro fuerint, in argento, in gemmis et margaritis pretiosissimis, in gregibus et armentis, denique in infinita quorumlibet altalium pecorumque vi. Norunt etiam pluri ex iis, qui hic adsunt, quot apothecas omni genere earum rerum, quas terra gignit, redundantes; quae horrea, annuis fructibus et acervis gravida et coarctata, habuerimus. Iam de lautitia et magnificentia mensae quotidianae, qui eius participes nobiscum fuerunt, ii sciant cum alia, tum nec ad decimam partem pristinae illius magnificentiae posse progredi eos sumptus, qui in mensam imperatoriam hodie a nobis fiunt; uaque eo debilitatae, eo calamitatis lapsae sunt ac demersae palam res Romanae. Potes nunc, deprecissime, expendere, quid et patri, et iis, quos secum ac circa se habet,

A. M. 6855 τί ποτ' ἄν λάβοις αὐτὸς ἰδίᾳ πρὸς εὐπορίαν σοὶ τε καὶ τοῖς γε  
 Ind. 15 ἀμφὶ σέ στρατιωταῖς. Οὔτε γὰρ ἄνευ ὄπλων καὶ στρατιωτικῶν  
 δυνάμεων δυνατὸν βασιλείαν συνίστασθαι, καὶ μάλιστα τὴν ἐκ  
 νεωτερισμοῦ· οὔτε χρημάτων ἄνευ, τό γε μείζον εἰπεῖν, ὄπλα  
 καὶ στρατιωτικὰς εἰδὸς ἀθροῖσθαι δυνάμεις. στρατιωτῶν γὰρ 5  
 ἄνευ ἐνίοτε μεγάλα καὶ καθ' αὐτὸν ἰσχύοντα πάντες ἴσασι τὸν  
 P. 511 χρυσὸν, καὶ πάσης ἐλεπούλεως μείζω. πρὶν γὰρ αἰσθῆσθαι τοὺς  
 V. 413 πλείους, εὗρίσκειται πολλὰκις ῥαδίως προδεδομένη τοῖς πολεμίοις  
 ἢ πόλις διὰ χρυσόν. οἶσθαι δ' αὖ καὶ ὅσος ἐκ τῶν στρατοπέδων  
 τοῖς ἄγουσιν ὄχλος μετὰ κινδύνων ἔπεται, μήτε πολέμων παρόν- 10  
 των, μήτε μισθῶν διδομένων αὐτοῖς. οἷς γὰρ ὀρίσθαι τὸν βίον  
 ἐν τῷ μισθοῦ στρατεύεσθαι ἔπεισι, τούτοις ἀνάγκη καὶ τὸν μὲν  
 πόλεμον πολλῶ τῆς εἰρήνης ἡγεῖσθαι βελτίω, τὴν δ' εἰρήνην πολ-  
 B λῶ χαλεπότερον τοῦ πολέμου χρῆμα. ὁ μὲν γὰρ πόλεμος σὺν  
 τῷ μισθῷ καὶ βιαίας ἀρπαγῆς καθίσταται σφισιν αἴτιος, ἀφ' 15  
 ὧν ἀφθονία τραπέζης ἀμύχθου προτίθεται· εἰρήνη δὲ τοῦναντίον  
 ἀφθονος καὶ τῶν ὄντων δαπάνη καθίσταται. σὺ δ' ἀμφοτέρων  
 ἑστερημένος ἐν τῷ αὐτίκα οὐκ ἂν φθάνοις φθείρων σεαυτὸν, ἢ  
 βασιλεῖον σεαυτῷ περιποιούμενος κράτος. Ἐν γοῦν ἐμοὶ πείθε-  
 σθαι θέλῃς, τῇ μᾶλλον ἢ σὺ σεαυτὸν ποθοῦσῃ μητρὶ, ἐμοὶ τὰ 20  
 C σὰ προσανάθου, βραχὺ περιμείνας, ἕως ἂν τὴν ταχίστην ἐς τὸν  
 σὸν ἐπανιοῦσσι πατέρα, ξὺν τῷ ἄφοβον εἶναί σε, καὶ τὰ τῆς  
 εὐπορίας ἐκείθεν ἐν μεγάλῃ σοὶ ποιήσωμαι προμηθεῖα." (E.) Ταῦτ'

18. φθάν. φθ. σεαυτ., ἢ] μᾶλλον supplendum est, observante Boivino.  
 relinquens, quidnam seorsum ipse tandem habiturus sis, quod et tibi et  
 tuis militibus sit satis. Nec enim sine armis militaribusque copiis con-  
 stituere imperium sibi quisquam potest, praesertim si id per novas res quae-  
 rat: nec, quod maius est, arma militaresque copiae videntur parari posse  
 sine pecunia. Nemo scilicet hoc nescit, ipsum per se aurum multa sine mi-  
 litibus posse, immo maiorem quam tormentum ullum murale vim habere: et  
 compertum saepe est, urbem propter aurum, antequam plerique sensissent,  
 nullo labore hostibus proditam fuisse. Scis denique, quantum molestiae et  
 periculorum ab exercitibus redundet in duces, cum nec bellum geritur, nec  
 stipendia persolvuntur. Nam qui rem fortunamque omnem sibi in stipendiis  
 positam esse intelligunt, eos necesse est et bellum multo malle quam pacem,  
 et pacem multo quam bellum peiorem arbitrari. His siquidem bellum  
 non solum accipiendi stipendii, sed et praedae per vim agenda occasio fit,  
 unde et parabilium epularum copia affluit. Contra pax eorum etiam, quae  
 quis parta habet, effusio quaedam est. Tu vero utraque re, militibus et pecunia  
 scilicet, statim destitutus facere non poteris, quin te ipsum perdas  
 potius, quam imperatoriam tibi auctoritatem asseras. Mihi igitur credere  
 si velis, quae et mater sum, et te diligo magis, quam tute ipse te, tuas  
 mihi res committito, paulisperque expecta quoad celerime ad parentem  
 tuum reversa, et ut securus sis efficiam, et ut opulentus evadas summa  
 deinde cura provideam." (V.) Haec loquuta imperatrix Irene animum filii

ειποῦσα καὶ τὴν τοῦ νιοῦ μαλάξασα γνώμην ἢ βασιλὶς Εἰρήνη, A. C. 1347  
Imp. Io. Can-  
tacz. 1  
καὶ σφόδρα τοῖς οικείοις πειθόμενον δείξασα λόγοις, καὶ τᾶλλα πάνθ', ὅποσα ἐπὶ τούτοις χρεῶν, οὐ μύλα συχναῖς ταῖς ἡμέραις καλῶς διαπραξαμένη, τάχιστα ἐς Βυζάντιον ἐπανήει· κἀναυθὰ 5 τὴν τοῦ νείως μεμαθηκυῖα τελευτὴν Ἀνδρονίκου λίαν ἐφ' ἱκαναῖς ἐπέδρασεν ἡμέραις. καὶ ταῦτα μὲν τῆδ' ἐπηφ' ἐφέρετο.

δ'. Μετὰ δὲ τὰς τοῦ Ἀρκτοῦρου ἐπιτολὰς ἄρας ἐκ Βυζαν- A. M. 6856  
Ind. 1  
τίου ὁ βασιλεὺς ἦκεν ἐς Διδυμότειχον, συμβιβάζων καὶ ἀποκα- D  
ταστήσων οὐδ' ἢ βασιλὶς, ὡς εἴρηται, Εἰρήνη θορόβους ἐφθη  
10 κατευνάσασα. καὶ πρῶτον μὲν ἐκεῖθεν τὸν πατριάρχην ἐκβεβλή- P. 512  
κῶς Ἰωάννην ἐν τοῖς Βυζαντίου ἀρχείοις δέσμιον ἐπεπόμφει  
φρουρεῖσθαι, ἵνα μὴ τοῖς ἐκεῖ νεωτερισμοῖς συναράμμενος καὶ αὐ-  
τὸς μεγίστης καὶ δυσειδέτου τοῖς δημοσίοις γένηται πρῶγμασι  
βλάβης αἴτιος. ὅς καὶ μικρὸν ἐπιβιοὺς ἐνταῦθα ἐτελεύτησε,  
15 πέντε καὶ ἐξήκοντα γεγονῶς ἐγγὺς ἔτη· πατριαρχεύσας μὲν περὶ  
ποῦ τὰ τεσσαρεσκαίδεκα· ζήσους δὲ μετὰ τὴν καθάρσειν μῆνας V. 414  
δέκα. ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ τὴν μὲν ἡλικίαν οὐ πάνυ ἐμύκτης· τὴν δὲ τοῦ Β  
προσώπου ἰδέαν πάνυ εὐσχήμων· τὴν τε γλῶττιαν ἀκώλυτον  
ἔχων ἐν τῷ λέγειν· καὶ κυνόνων ἐκκλησιαστικῶν καὶ νόμων, ὅσοι  
20 κατὰ τὰς δίκας ἰχνηλατοῦσι τὰς ἀναφρομένους ἐν τοῖς πολιτικοῖς  
πρώγμασιν ὑποθέσεων, πάνυ τοι ἡσκημένος ἐκ νέου. τῆς γε μὴν  
Ἑλληνικῆς παιδείας οὐ πάνυ τοι σφόδρα μετέσχε, πλὴν ἢ ὅσον  
ἄκρῳ δακτύλῳ γέυσασθαι. ἀνεπλήρου δ' ὅμως τὸ ἐκεῖθεν ἑλλίπες C  
ἢ τῆς φύσεως ὕψους. οὕτω γὰρ εὐφυῆς τε καὶ μνήμων ἦν, ὡς

mollivit, et dicto audientem prorsus effecit. Itaque, cum et caetera omnia, quae praeterea instabant, intra non multos dies praeclare ordinasset, Byzantium quam diligentissime rediit: ubi Andronici filii sui comperto interitu, diebus luxit compluribus. Et haec quidem ita ferme procedebant.

4. Post Arcturi ortam imperator, Byzantio egressus, Didymotichum venit; ut eos tumultus, quos ab imperatrice Irene iam sopitos fuisse diximus, componeret, et res in meliorem statum verteret. Hinc autem ille ante omnia Joannem patriarcham eiecit, et Byzantium, ut in palatio vinctus custodiretur, misit; ne et ipse favens novis rebus, quae illic ciebantur, maximum et intolerandum reipublicae detrimentum afferret. At hic, non longum ex eo in vita commoratus, ibi decessit, quinque ferme et sexaginta annos natus, quatuordecim circiter patriarchica dignitate potitus, et decimo post exaugurationem mense mortuus. Erat porro vir ille statura non adeo procera; vultus conformatione plane honesta ac liberali; item lingua in dicendo expedita. In sacris canonibus et in legibus, quae ad forenses causas pertinent et quotidianos civilium negotiorum casus explorant, versatissimus iam inde ab adolescentia fuit. At idem Graecis litteris non admodum erat instructus; sed extremo tantum digito eas attigerat. Hunc autem defectum vis naturae excellens supplebat. Indole enim memoriaque adeo praestabat,

A. M. 6856 δύνασθαι λέγειν ἀπὸ στόματος, ὅσα ποτὲ προανεγνάκει, μέχρι  
 Iad. 1 καὶ ἐς διάστημα δυοῖν καὶ τριῶν ἀσφαλῶς ὡρῶν. διὰ δὲ τοῦτο  
 καὶ τῶν θείων γραφῶν ἐραυζόμενος τὰ ταῖς ἐκάσταις τῶν ἑορτῶν  
 ἐς διδασκαλίαν τοῖς ἡθροισμένοις ὄχλοις κατέλληλα δημοσίᾳ  
 D διήκει πάντ' ἀπὸ στόματος ἀποτάδην, ὡσπερ ἀπὸ βιβλίου, μη-5  
 δαμῆ ποτε μῆτε γλώττης ἐνιαχοῦ διὰ λήθην ἀκροσφαλοῦς γνο-  
 μένης, μῆτε τῆς διανοίας ὑστεριζούσης κατὰ τὴν τῶν λεγομένων  
 πρόοδον· ἀλλ', ὡσπερ ἐν ἀρμονίᾳ καὶ λύρᾳ, συνηχούτων ἐς  
 τὸ πάνν τοι εὐφυνὲς καὶ ἀπεξεσμένον ἄμφοιν. (B.) Τούτων δ'  
 οὕτως ἐχόντων, ἰδίᾳ παρεληφῶς ὁ βασιλεὺς ἐκεῖ τὸν υἱόν, λόγων 10  
 τε πειθοῖ καὶ πατρικῶν ἀβύσσοις παραινέσεων, λογισμῶν τε ἐκε-  
 Eρων ὑπέρτερον, ὅποσοι πλήρεις τῶν μελλόντων ἦσαν φόβων,  
 ἐπραττε καὶ ἅμα τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀποτεμόμενος μέρος  
 ἡγεῖσθαι διὰ βίου παρεῖχεν, οἷονεῖ τινα σατραπικὴν καὶ αὐτόνο-  
 μον ἡγεμονίαν, πρὸς τε τὸ ἀσφαλῶς καὶ βεβαίως καὶ ἅμα τῶν 15  
 ὑποπιενομένων φόβων ὡς πορρωτάτω ζῶντα διατελεῖν. τὸ δὲ ἦν,  
 μῆκος μὲν, ὅσον τὸ ἐκ Διδυμοτείχου πρὸς ἄνεμον ζέφυρον ἀπο-  
 κλῖνον, ἄχρι που τῶν τῆς Χριστουπόλεως ἕγγιστα προαστείων·  
 F εὖρος δ', ὅσον τὸ ἐκ Θαλάττης εἰς Ξάνθουαν ἀνιόν τὸ πολύχριον,  
 καὶ ὅσα μικρὸν ἐπέκεινα κεῖται χωρία. παρασήμοις γε μὴν τοῦ 20  
 μεγέθους συμβόλοις κεχρησθαι ἐπέτρεπεν, ὅσα βασιλείας μὲν εἰ-  
 σιν ἦττω, ἀξιομάτων δ' ἀπάντων ἄλλων ἐπέκεινα· παρήγγελλέ  
 τε, καθάπερ εἰκόνα καὶ ἀφορμὴν τινα μέλλοντος εἶναι νομίζειν  
 τοῦτ' ἕξουσας." (Γ.) „Σοὶ μὲν γὰρ εὐφυνῶς," φησὶν, „ἄρχοντι, καὶ

ut quaecunque legisset, ea memoriter, per integrum duarum aut trium horarum spatium, fideliterque recitaret. Quamobrem multa singulis diebus festis convenientia, ad populi congregati multitudinem erudiendam, cum ex sacris Scripturis exoerperet, omnia continenti oratione publice sic pronuntiabat, quasi de scripto; ut nec lingua vitio memoriae uspiam titubaret, nec in progressu orationis mens tardius assequeretur ea, quae dicebantur; sed, quasi in symphonia aut in lyra, apte prorsus et aequabiliter ambae concinerent. (II.) Haec cum ita se haberent, filium illic imperator privatum convenit; rationum vi et paternis admonitionibus altiorum facit iis suspicionibus, quas futuri metu plenae cumangebant: simul Romani imperii partem recisam, regendam ei quamdiu victurus sit assignat, quasi satrapicum quandam et nemini subditum principatum; nempe ut tutior iam et firmior ab iis, quae formidabat, periculis quam longissime deinceps viveret. Patebat porro ea provincia, in longum quidem, a Didymoticho zephyrum versus ad Christopolitana proxime suburbia; in latum autem, a mari ad oppidulum Xanthiam, et paulo ulterius. Sed et iis insignibus maiestatis uti permisit, quae supremo quidem imperio essent inferiora, caeteris vero quibuscunque altiora dignitatibus; praecipitque, ut illud imaginem quasi et occasionem esse duceret maioris potestatis. (III.) „Tibi enim," inquit, „si



ξὺν γε τῇ προσηκούσῃ προνοίᾳ ταυτὶ τὰ μέτρια τῶν ὑπήκων **A. C. 1347**  
 διοικοῦντι πράγματα, ἔξέσται δῆπον καὶ μεζονός ποθ' ἡγεμονίας **Imp. Io. Can-**  
 ἐπιληυμένην πρὸς τὸ ἄμεινον ἄγειν· καὶ ἅμα οἷς ἀφορῶν περι- **tacoz. 1**  
 γίγεται πρὸς σέ, καὶ τοῖς γε σοῖς ὁπώσποτε φιλοῦσιν ἐγκαλλωπί- **P. 513**  
**5** ζεσθαι προτερήμασι, καὶ τούτοις δ' αὖ βεβαίας λελείπεται κτῶ-  
 σθαι προσδοκίας ἐπὶ σοι, ὅσαι τῆς ἀγαθῆς φλεβὸς ἀποθρέουσαι  
 βλον προμινῶνται σφισιν εὐδαιμονα. οὐδεμία γὰρ ἐξῆραθυμημένη **B**  
 καὶ ἀνανταγώνιστος ἀρετῇ λαμπρῶν ἀξιοῦται γερῶν, ὅποσα περι-  
 φανείς βραβεύει στεφάνους. ἐπεὶ καὶ σύνεσιν ἀνδρός καὶ γνώμην  
**10** ἡγεμονικὴν οὐτ' ὄψις, οὐτε μαντικοὶ τινες τρίποδες, εἴ τινες  
 εἰς χρηστηριαζόμενοι, τοῖς πολλοῖς οὕτωσι προσημαίνειν δύναν-  
 ται, ὡς ἡ ἐπὶ τῆς χρείας καὶ τῶν καιρῶν ἀνυλάμπουσα πῆρα τῶν  
 τε λόγων καὶ πράξεων. πολλοῖς γὰρ ἐξ ἀπειρίας ὁ φανταστικὸς  
 νοῦς μεγάλας ὑποτίθῃσι πλῦττων εὐτυχίας τε καὶ μακαριότητος, **C**  
**15** κινθάπερ αἱ ζωγράφων χεῖρες τοὺς τύπους τοῖς χρώμασι, παλ-  
 ζουσαι κατὰ τὸ βουλόμενον τῆς ψυχῆς. ἡ δ' ἐκ τῶν πραγμάτων  
 πῆρα, ὅλον ἔμπυχος διδάσκαλος καθισταμένη; μέγαν ἐντίθῃσι  
 νοῦν, καὶ σωφρονέστερον εἰς ἀρμονίαν προδείκνυσι βλον τὸν ἄν-  
 θρωπον. Ἐγὼ δέ σε καὶ φραγαμὸν οἶονεῖ τινα τίθῃμι τῆς ἡμετέρας  
**20** ἀρχῆς καὶ ἐπικρατείας, ὡς ἐξεῖναι σοι, δικὴν προβλήτος ἀναδε-  
 δειγμένῳ, τὰς ὅλον ἐξ ἄγανούς πελάγους τῶν Τριβαλλῶν τρικυ- **D**  
 μίας σεαντιῶ μὲν ἀφορμὰς λαμπρῶν διδόναι τροπαίων, τοῖς δ' **V. 415**  
 ἡμετέροις ἀσφάλειαν πράγμασιν. ἐξ ὧν περιέσται σοι μάλιστα καὶ  
 ὁ πολὺς τῶν ἐπαίων ἐσμός ἐκ τοῦ κοινοῦ τῶν Ῥωμαίων γένους,

sapienter imperes, et ea, qua decet, prudentia modicam hanc provinciam ad-  
 ministres, licebit fortasse, maioria aliquando imperii potito, tuas res pro-  
 vehere in melius, simulque his, qui intuentur in te, et honores tuos solent  
 utcunque sibi gratulari, spes in te certas, bono scilicet fonte derivatas, et  
 beatam vitam spondentes, integram erit collocare. Quae enim virtus otiosa  
 est et nihil habet cum quo luctetur, ea praemiis magnificis et illustribus  
 palmis non donatur. Nimirum hominis intelligentiam, et animum illum im-  
 perio dignum, nec visio ulla, nec vaticini tripodes, si consulantur, ita po-  
 pulis declarant, ut ea, quae in usu et occasionibus elucet, dictorum facto-  
 rumque experientia. Ac multis quidem, quia sunt rerum rudes, animus  
 imaginum plenus magnas obiicit, sed fictas, felicitates et beatitudines, ut  
 pictorum manus ad libitum ludentes quidlibet coloribus exprimunt. Uetus  
 autem rerum, veluti magister vivus, multum intelligentiae infundit, et ho-  
 mines in vita sapienter instituenda cautiore praestat. Ego vero nostri im-  
 perii nostraeque ditionis murum quasi quendam statuo te, ut possis, rupis  
 instar constitutus adversus fluctus ex Triballis tanquam ex immani pro-  
 fundo effervescentes, tibi quidem tropaeorum illustrium occasionem pa-  
 ratam habere, nobis autem securitatem praestare. Hinc fiet inprimis, ut  
 magna tibi ab omni Romanorum genere laudum seges tribuatur, commune

- A. M. 6856 κοινὸν τοῖς ὅλοις χαρίζομένῳ τουτὶ τὰγαθόν. τῷ ὄντι γὰρ ἡ  
 Ind. 1 τῶν ἡγεμονικῶν εὐγένεια πράξεων ἐν τῇ ὑπηκόων γνώμῃ τὸ τί-  
 Εμιοι ἔχει. εὖ γὰρ πάσχοντες ἰσοθέους διδάσασί σοισι τιμᾶς· κα-  
 κοπραγούντες δὲ δρῶν οὐκ ὀκνοῦσι πᾶν τὸνναντίον, ταῖς παντο-  
 δαπαῖς τοῦ βίου τόχαις ῥᾶστα συναλλοιούμενοι. Οὐκ ἄγνοῦ δ' 5  
 ἔγωγε, ὡς ἐγκαλεῖν τὸ τῆς χάριτος ἔχεις ἡμῖν ἄχαρι, καὶ ὡς στα-  
 λαγμόν σοι παρέχοντες εὐφροσύνης ὅλα σοι πελώγη συμφορῶν  
 ἐπαντλοῦμεν. ἔκεινα γὰρ σοι παρέχομεν ἔχειν χωρία, ὅποσα διη-  
 νεκῶς τὸ πολέμιον ἐπιβόσκειται πῦρ, καὶ ὅσα οὐχ ἤττον τῶν μεθ' 10  
 Εἡμέραν καὶ νύκτωρ δηρύντων ἐστὶν ἰθνῶν, ἢ ἡ ἡμετέρα. ἂ γὰρ 10  
 αἰ κατατρέχοντες ἀτριβῆ τινα πράττουσιν ἐρημίαν ἐκ μὲν θα-  
 λάττης αἱ ληστρικαὶ τῶν ἐξ Ἀσίας δυνάμεις Περσῶν, ἐκ δ'  
 ἡπείρου τῶν Τριβαλλῶν αἱ φανεραὶ καὶ λανθάνουσαι κατὰ τὸ  
 συνεχῆς ἐκδρομαὶ καὶ στρατοπεδεῖαι, ταῦτά σοι κλήρον παρεσχη-  
 κένα γέγονεν ἡγεμονίας ἡμῶς, ἄπανστον μάχην μᾶλλον εἰπεῖν καὶ 15  
 κίνδυνον ὑπὲρ κεφαλῆς αἰωρούμενον, οἶονεῖ τινα λίθον Ταυτά-  
 P. 514 λειόν, ἢ διανομὴν προμηθεῖ. καὶ δίκαια μὲν πάντως ἔσται σοι  
 τὰ λεγόμενα, ἦν ταῦτα προφέρειν ἐθέλης ἡμῖν, οὐ μάλα γε μὴν  
 ἰάσιμα. οὐδὲ γὰρ, καίπερ ἐθέλουσι καὶ πολλὰ σκεπτομένοις, ἡμῖν  
 παρέσται μέρος σοι πλὴν τοῦ δοθέντος ἕτερον ἀντιδιδόναι. Ὅρῳς 20  
 γὰρ ὡς εἰς στενὸν κομιδῆ τὰ Ῥωμαίων ἐλήλαται πράγματα, καὶ  
 ἄβατός τις μικροῦ καὶ θηριώδης ἡμῖν ἀντὶ πάντων ἢ τῆς Θρηάκης  
 Βῆπλωται μόνῃ γῆ· πόλεις δ' ὀλίγαι περὶ αὐτὴν γένους διασώ-

illud in omnes beneficium conferenti. Etenim rerum a principibus gestarum gloria ab animis subditorum suum omne pretium revera sortitur. Nempē hī, quamdiu ipsis bene est, divinos principibus honores impertiri solent. Ubi autem male rem gerunt, contraria prorsus facere haud verentur, quavis fortunae mutatione eos facillime mutante. Illud vero non ignoro, queri posse te de nobis, qui id gratificemur, quod minime gratum esse debeat, et voluptatis guttulum dantes aerumnarum maria in te tota effundamus. Siquidem ea per nos loca habiturus es, quae flamma hostilis quotidie depopulatur; quae diu et noctu grassantibus barbaris non minus patent, quam nostrae regiones. Quas enim terras pervadendo invias ac desertas facere haud desinunt, a mari quidem, piraticae ex Asia Persarum copiae, a terra autem apertae clandestinaeque Triballorum incursiones et infesti exercitus, eas nos tibi possidendas assignamus; quas aeternum certamen et periculum capiti, quasi Tantaleum aliquod saxum, impendens verius dixeris, quam providentis animi beneficium. Et erunt quidem omnino iustae expostulationes tuae, si ista nobis oblicere volueris; mederi autem non admodum facile erit. Nec enim nobis, quamvis cupientibus et multum sollicitis, aliud paratum erit, quod in locum eorum, quae data fuerint, substituamus. Vides quippe in summas angustias adductum esse Romanum imperium, et inviam paene ac feram nobis pro omnibus patere solam Thraciae regionem; urbes au-

ζουσι λείψανα μβλις Ῥωμαϊκοῦ, δίχα προαστείων καὶ αὔται καὶ A. C. 1347  
 τῶν ὑφειλομένων προθύρων εἰς εὐκοσμίαν πολιτικὴν, καὶ πρὸς Imp. Io. Can-  
 γε μακροῖς τισιν ὄροις καὶ διαστήμασιν ἀοικήτοις ἀλλήλων διε- tacuz. 1  
 στηκῆται· καθάπερ ἐν μακρῷ πεδίῳ καὶ παμπληθεῖ καλῶν μετὰ  
 5 θέρους καὶ δρέπανον σποράδες ἕμα καὶ εὐαρθμητοὶ στάχυνες.  
 ἐὼ γὰρ τὴν τῶν ἔνδον ἀριθμεῖν τραγωδίαν, ἣν ἡ κατ' ἀλλήλων  
 πολύχους ἐπήνεγκε στάσις· ὡς εἰδῶλοισι γέ τισιν εἰκέναι μᾶλλον  
 οἰκητόρων, ἢ οἰκήτορσιν. οὕτω δυστυχῶς ἔχει τὰ καθ' ἡμῶν C  
 πράγματα νῦν, καὶ οὕτως ἡ τῶν ἐμῶν διωκτῶν ἐμφύλιος καὶ δυσ-  
 10 παρὰ μύθητος στάσις οὐ μόνον μεγίστας τοῖς φανλοτέροις παρ-  
 σχεν ἀρχὰς εἰς ἐθισμόν ἀταξίας ὁμοῦ καὶ τραχύτητος, ἀλλὰ  
 πάντων τοὶ σφόδρα καὶ τὴν τῶν ἀλλοφύλων ἐχθρῶν καθ' ἡμῶν ἐπέβ-  
 ῶσε δύναμις. Ἡ πόθεν ἄλλοθεν μέγας καθ' ἡμῶν ὁ Τριβαλλὸς  
 ἐγεγόνει· ὃς καθάπερ ποταμὸς πλημμυρῆσας, καὶ μακροῖς δια- D  
 15 στημάσι τοὺς οἰκείους ὑπερβάς ὄρους, τὰ μὲν τῆς Ῥωμαίων ἡγε-  
 μονίας παμπληθεῖσιν ἤδη ῥοθίοις κατέκλυσε, τὰ δ' ἀπειλεῖ κατα-  
 κλύσειν; δυσαρθμητοῖς γὰρ διαστήμασι γῆς ἡμῶν ἀφιστάμενος  
 τοσαύτην εἴληφε τόλμαν καὶ δύναμιν, ὡς καὶ τὴν ἡμετέραν ἤδη  
 συνεχῶς κατατρέχειν τὰ τούτου στρατόπεδα, καὶ μηδεὶς κω-  
 20 λώντος ἐξ ἐφόδου ληΐζεσθαι, καὶ τὸν τῶν ἐπιδορατίδων φόρον E  
 ἐς τὰς ἡμετέρας ἔχειν τέως ἀκοὸς παραπέμπειν· καὶ ταῦτα μηδὲν  
 μηδαμῇ τι πλέον γενναϊότητος γνώρισμα πρὸς γε τὸ νικῆν παρε-  
 χόμενος, ἢ τὰς Ῥωμαίων τύχας οἰκείαν τιθέμενος εὐβουλίαν καὶ V. 416  
 δύναμιν. Ἐπειτα τίνα με οἶε ψυχὴν ἔχειν, ὃ φίλτατε, ἢ ποιοῖς

tem, quae generis Romani reliquias conservent, paucissimas circumstare, suburbibus et ipsas, vestibulisque ad urbium ornatum requisitis, destitutas; longinquis praeterea finibus, et vastis solitudinibus interiectis, a se invicem distantes; quales patentissimo in campo numerosissimaeque stipula, post messem et falcem, sparsae et numerabiles spicae. Omitto intestinam tragœdiam, quam civium sibi invicem infestorum discordia exhibuit; qua factum est, ut habitatorum potius simulacra nunc quam habitatores esse videantur. Adeo res nostrae in praesenti afflictæ sunt; adeo civiles illi et implacabiles tumultus, ab inimicis meis excitati, non solum maximam iis, qui nequiores erant, opportunitatem dederunt, ut licentiae et contumaciae assuescerent, sed et externorum in nos hostium potentiam plane confirmarunt. Undenam scilicet, nisi inde, Triballus in nos tantus crevisset; qui fluvii instar exundans, et limites suos longe praetergressus, effusis fluctibus partem imperii Romani iam inundavit, partem inundatarum se minitatur? Nimirum ille, longo terrae intervallo a nobis divisus, eo audaciae processit, eas vires collegit, ut nostros agros illius exercitus perpetuo incursent et subitis irruptionibus vastent impune; telorum autem stridorem ad nostras aures facile perferat, nulla alia re fortem se in vincendo exhibens, nisi quod ex Romanorum calamitatibus consilium capit et vires. Quem mihi interea sensum esse existimas, mi fili, quibus doloris ignibus paternum pectus aduri

- A. M. 6856 ὀδυνῶν ἄνθραξι πυρπολεῖσθαι τὴν τῶν πατρικῶν σπλάγγων  
 Ind. 1 σύμπηξιν, ὅποτε σε θορυβούμενον οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῶν  
 F μελλόντων θραυόμενον φόβων ὄρων κατὰ βούλησιν ἀναψύχειν  
 ἥκιστα δύναμαι· ἀλλ' ὥσπερ πολλοῖς τισι κεκυκλωμένος ἀντιπά-  
 λους ξίφεσιν, ἀνθέλκουσί τε καὶ ἀντιπερισπῶσιν ἐκάστοις πρὸς 5  
 ἑαυτὰ, πρὸς οὐδὲν τῶν ὑπάντων ἀποκλίνειν ἔχω μετὰ τινος εὐ-  
 φροῦς λογισμοῦ, ὅσος ἂν ἐφόδια εἴη κεκτηῖσθαι ἱκανὸς ἐς χωρίον  
 κατάγειν εὐλλόμενον, καὶ τοιοῦτων θορύβους κυμάτων δυνάμενον  
 ἀποκρούεσθαι; πρὸς μὲν γὰρ τὰς τοῦ μακαρίτου βασιλέως ἐκέ-  
 P. 515 νου καὶ φίλου κατὰ τὸ εἰκὸς ἐντολὰς ἀποβλέπων τῷ ἐκείνου 10  
 παιδί τὸν βασιλεῖον ἀναγκάζομαι περιποιεῖσθαι κληρῶν· πρὸς δ'  
 αὖ τὰς ἐνόρκους ἐπαγγελίας, ὡς τοῖς ξύν γε ἐμοὶ διωκομένοις καὶ  
 κινδυνεύουσιν ἔπραττον ὑπ' ἀνάγκης ἐγὼ, τὸν περὶ ψυχῆς ἀγω-  
 νιζόμενος πολύμοχθον ἐκείνον δίαυλον, καὶ καταφεύγων ὡς εἰς  
 φρουρὰν ἀναγκαίαν τὴν τῶν βασιλικῶν συμβόλων ἀντιληψιν, αὖ- 15  
 θις ἀναγκάζομαι σφισι διανέμειν τὰ λειπόμενα τῶν βασιλικῶν χω-  
 B ρίων, οὐ μᾶλα σὺν ἡδονῇ. Ταῦτ' οὖν ἐννοοῦντί σοι, φίλτατε,  
 φέρειν γενναίως εἰκὸς, εἴ τι μὴ κατὰ βούλησιν εἴη παρακομιζόμε-  
 νον ὑπὸ τῶν ἀεὶ τοῖς ἀνθρωπίνους ἐφεδρευόντων πράγμασιν ἐπα-  
 χθῶν. μὴ γὰρ νῦν πρῶτον ἄρχεσθαι οἴου διὰ σέ τὴν τοῦ βλον 20  
 δυσέφικτον ταύτην δυσχέρειαν. ἀλλ' ἀεὶ περιχορεύει τὰνθρώπινα  
 πάνθ' ὁμοίως, καὶ πάσης ἐπίσης κατορχεῖται τύχης καὶ ἡλικίας.  
 C τὸ μὲν οὖν λύπης ἄδικτον διανύσαι τὸν βλον, τοῦτο δ' ἀδύνατον  
 εἶναι νόμιζε, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης ὡς παρῶτάτω φύσεως· τὸ δὲ  
 τὰπιόντα διηνεκῶς ἐξ ἀδήλου δεινὰ πειρᾶσθαι φέρειν γενναίως, 25

censes, cum te futuri metu adeo turbatum et animo fractum video, minime autem possum ex sententia recreare; sed multis ipse quasi circumseptus infestis gladiis, qui me ancipitem distrahunt et singuli ad se revocant, quo me vertam nescio, nec quidquam mihi succurrit boni consilii, quod viam mihi instruat ad aliquem portum, eiusmodi fluctuum tumultibus repellendis parum? Cum enim, ut par est, ad illius Divi et amici imperatoris mandata respicio, imperatoriam hereditatem cogor eius filio propriam asserere. Cum autem animum ad illa refero, quae, impellente necessitate, iurato promissis, qui mecum exules periclitabantur, quo tempore certamen illud capitis laboriosissimum obivi, et ad imperii insignia capessenda tanquam ad praesidium necessarium confugi; tum rursus iis cogor, id quod imperantibus adhuc restat territorii, haud multum laetus distribuere. Haec si cogites, filii amantissime, fortiter feras oportet, quicquid tibi eae molestiae, quae perpetuo humanis rebus insident, praeter voluntatem tuam importaverint. Cave enim putes tui causa nunc primum nasci iniquas illas et difficiles vitae aerumnas. Semper ea omnia humana circumstant; in omnem aequae et conditionem et aetatem insultant. Hoc tu tibi persuadeas fieri non posse, ut vita ab omni molestia immunis transigatur, sed ab humana conditione longissime id abesse: at ingruentia ex improvise mala magno animo ferre, et

τὴν τῶν ναυτιλλομένων μιμούμενον κυβερνητικὴν, τοῦτο δ' ἂν- A. C. 1347  
 θράσι προσῆκον νοῦν ἔχουσι, καὶ μάλιστα τοῖς ἀρχαῖς πολιτικαῖς Imp. Io. Can-  
 ἀσχολοῦσι τὸν ἄπαντι βλον. ἀγαπητὸν γὰρ ἂν εἴη τὰ τῆς λύσης tacuz. 1  
 ἐπίσης ἀνακερᾶσθαι τοῖς εὐφραίνουσι, καὶ μὴ πλεονεκτεῖν τὰ  
 5 χεῖρω. ὁρῶ μὲν γὰρ, ὡς πολύχον μὲν ἄελ τὸ δυστυχὲς ἐπιφραῖ D  
 τοῖς ἡμετέροις καθάπερ ἐκ λόχου δεινῶς ἐπιτοδόμενον πράγμασι·  
 τὸ δ' εὐδαιμον σφόδρα τοι σπάνιον· καὶ τοῦτο δ' οὐ μόνιμον,  
 ἀλλὰ δίκην ἀνθους τάχιστα μαραινόμενον· οἶμαι, τοῦ θεοῦ παί-  
 δευμα τοῦθ' ἡμῖν δραστικώτατον μάλα ἐπάγοντος, ἵνα μὴ μέγα  
 10 φρονῶμεν, ὑπέριερα τῆς τοῦ θνητοῦ φύσεως ἀναλογιζόμενοι. E  
 διὰ δὴ τοῦτο καὶ Αἰσώπῳ πάλαι τῷ Φρυγί τὸν θεὸν οὐχ ὕδατι  
 νομιζεν ἐπῆε τὴν γῆν, ἀλλὰ δάκρυσι, φυράσαντα πλάσαι τὸν ἄν-  
 θρωπον." (A.) Ταῦτ' εἰπὼν ὁ βασιλεὺς τὸν μὲν υἱὸν ἀφῆκεν  
 ἐπὶ τὸν δοθέντα γίνεσθαι κλῆρον· αὐτὸς δὲ ταχὺ τὰ ἐκείθεν, ὡς  
 15 ἐδύνατο, κυδιастάμενος πράγματα τὴν ἐς Βυζάντιον ἐπορεύετο.

ε'. Ἔμοι δ' ἐνταυθοῖ γενομένῳ τῆς ἱστορίας ἀνακεφαλαιω- P. 516  
 σασθαι ἔπεισιν, ὅσα μοι διὰ τὸ τῶν πολλῶν παρεῖται ἐπιφθονον, V. 417  
 οἷς προὔργου τοὺς γείτονας γίνεται μέμφεσθαι, περὶ σφῶν αὐτῶν.  
 ἀφηγουμένους τὰ βέλτιστα· βασκανίαν εἰδότε πᾶσιν ἀγαθοῖς ἐπι-  
 20 φρομένην, ἣ τὴν φύσιν ἀντιστρατευομένην ἔχει τὰς ἀληθείαις  
 διηνεκῶς. ἄλλως τε καὶ τῆς κακίας ἐν σπαργάνοις ἔτι καὶ γάλαξι  
 κρυπτομένης, καὶ τὴν ἀγαθὴν τῶν πραγμάτων προσδοκίαν τέως  
 προβαλλομένων, ἄφυκτον ἦμισα εἶχεν ἐπομένην ἐνταῦθα τῶν B  
 λόγων τὴν χρεῖαν ὁ χρόνος. νῦν δ' ἐπειδὴ τὰ τε τῶν ὠδίνων ἐφ-

##### 5. ὁρῶμεν δὲ conī. Boiv.

nauticam in eo artem imitari, id vero hominum esse intelligentium; eorum-  
 que inprimis, quorum tota vita in civitatibus regendis occupata sit. Quod  
 si tristia laetis temperarentur aequabiliter, nec peiora praevalerent, gau-  
 dendum esset ista sorte. Verum nos calamitosa multa tanquam ex insidiis  
 erumpere et nostris rebus ingruere, prospera autem rara admodum videmus  
 venire, eaque non permanere, sed floris inстар brevi marcescere: Deo opi-  
 nor efficacissimam illam nobis disciplinam adhibente, ne efferamus ipsi nos,  
 mortali conditione altiora affectantes. Ea propter et Aesopo Phrygio olim  
 videbatur, non aqua sed lacrymis dilutam fuisse eam terram, qua hominem  
 Deus formasset." (IV.) Haec loquutus imperator filium ad assignatas pos-  
 sessiones capendas dimisit. Ipse rebus illic, ut potuit, diligenter ordi-  
 natis, Byzantium discessit.

5. Ego vero in hac parte historiae ea summam repetam, quae a me  
 omissa sunt invidiae metu; qua fit, ut plerique proni sint ad obtrectandum  
 proximo, praeclara de se ipso narranti. Sciebam videlicet invidiam, cuius  
 natura veritati semper adversatur, bonis omnibus inhaerescere. Alioqui  
 vero, cum lateret adhuc in cunis et quasi in utero malum, isque esset re-  
 rum status, qui bonam etiamnum spem offerret, minime illis temporibus  
 annexa erat inevitabilis dicendi necessitas. Nunc autem, cum et id quod

- A. M. 6856 ῥύγη καὶ λαμπρὸν ἐγείρουσι τὸν πυρσὸν οἱ τῶν ἐναντίων σπιν-  
 Ind. 1 θῆρες πραγμάτων κατὰ τῆς ἀληθείας, καὶ δέος μὴ τοῦ μέλλον-  
 τος ἀνθρώποις ἕπασιν ἐν ἀδῆλῳ κειμένον, τῆς κάτω ζωῆς ἡμῶν  
 τελευτῇ μεταξὺ χρησαμένων, πρὶν καλῶς ξυνηνοηκέναι τοὺς λό-  
 γους τῆς συμφορᾶς, ἀγνοῆται τοῖς ἰσομένοις τὰμὰ, ὅπως τε 5  
 C προσηνέχθημεν τοῖς τῆς ἐκκλησίας οὕτω ταραττομένης πρῶγμασι  
 καὶ ὅπως τῷ βασιλεῖ προσιόντες ὅσον τὸν ζῆλον ἐνεδειξάμεθα,  
 ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐψήφισται, βραχέα τῶν πολλῶν συνελόντας εἰ-  
 πεῖν. (B.) Ἄρχουσι μὲν γὰρ τὰ ἥδιστα λέγειν ὑπηκόους εἶναι  
 ἀκίνδυνον, πρὸς δὲ τὸ τραχὺ καὶ ἀντίξουν, καὶ ἥκιστα κατὰ 10  
 P. 517 γνώμην, θήγειν τὴν γλῶτταν, δυσπρόσοδον μὲν εὐρίσκειν ἀκο-  
 λουθεῖν τὴν ἀκρόασιν, πρόχειρον δ' εἰς λοιδορίας τὴν δεσπόζου-  
 V. 418 σαν γλῶτταν καθ' ἑαυτοῦ, καὶ πρὸς γε προχειροτέραν εἰς τιμω-  
 ρίας τὴν χεῖρα, δοκεῖ μοι παρ' οὐδενὸς ἀγνοεῖσθαι. διὸ μοι διεξ-  
 ἰέναι βουλομένῳ τὴν παῖρησιαν καὶ τὸ θέατρον ἐκείνου τοῦ ζῆ- 15  
 λου δεδιέναι περίεστι, μὴ πολλοστημόριον τῆς ὅλης λέγων ἀλη-  
 B θείας μηδὲ πολλοστημόριον ψεύδους δόξω καταλιμπάνειν. ὑφο-  
 ρώμενος οὖν καὶ τοὺς τὴν ἀλήθειαν ἐνίοτε τραχείαν δύσχηον ἡγου-  
 μένους, ὅποτε τι γενναῖον ἔχοι πρὸς ὄγκον ἢ τῆς ἀρετῆς ἐπίδειξις,  
 καὶ μάλιστα ὅποτε περὶ ἑαυτοῦ τις ἀφηγεῖσθαι τὰ λῶνα βού- 20  
 λοιτο, καὶ εἰ μυρίων ἔχοι θεασασμένων μύρτυρας ὀφθαλμοὺς, ἐκὼν  
 ἀφωνία τὰ πλείεστα παρήμι. (Γ.) Ἐμοὶ γὰρ λαμπρὰν ἐσχρηκῆτι  
 C φιλίαν ἐκ πολλοῦ πρὸς βασιλέα, καὶ πρὶν ἐς τὰς βασιλείους ἀνα-

parturiebatur in lucem eruperit, et magnum ex scintillis incendium in ve-  
 ritatem ab adversa parte excitetur, periculumque sit, ne nobis interim (ut  
 est omnibus mortalibus incertum quid cuique futurum sit) terrestri huius  
 vitae exitum nactis, antequam istius mali causas bene animadverterimus,  
 ignorent posteri res nostras; quem videlicet me in illis perturbatae eccle-  
 siae negotiis gesserim; ut convenerim imperatorem, et quantum prae me  
 zelum tulerim; ideo necessarium nobis visum est pauca de multis compen-  
 diose narrare. (II.) Nemo est, opinor, qui ignoret, minime periculosum esse,  
 ea dici a subditis, quae imperantibus iucundissima sint. At iidem, cum ad  
 exasperandos offendendosque animos, et ea quae minime placeant dicenda,  
 linguam acunt, tum vero consequens est, ut perquam acrem audientiam  
 sibi faciant; pronam autem ad convitia herilem linguam pronioremque ad  
 poenas manum nanciscantur. Volenti itaque mihi ea, quae liberius a me  
 dicta sunt, et zeli illius mei spectatum ardorem exponere, metuendum est,  
 ne cum totius veritatis vix minimam partem declaravero, videar falsi ne  
 minimam quidem partem omisisse. Quamobrem et illos reveritus, qui veri-  
 tatem nonnunquam gravem et auditu asperam esse statuunt, cum aliquid in  
 se generosum et eminentem habet virtutis ostentatio, ac tum praesertim, cum  
 de se ipso aliquis praeclara narrat, etsi ille testes habeat spectatorum innu-  
 merabilium oculos; pleraque silentio volens praetereo. (III.) Mihi certe,  
 cui magna iam olim cum imperatore fuisset amicitia, antequam is ad im-

βεβηκέναι τύχας, διὰ τε τοὺς τῆς πρώτης τρόπους καὶ ὅσα A. C. 1347  
 τάνδρῃ προσῆν ἐκ φύσεως ἕτερα τὰ χρηστὰ, ἐλπίδων ἔχειν ἐν τῇ Imp. Io. Can-  
tacz. 1  
 ψυχῇ λειμῶνας εἰπεῖν ἀγαθούς ξυνέβαινε μάλιστα πάντων, λύσειν  
 αὐτὸν αὐτίκα τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας ἐπιλημμένον τὴν τῆς εὐσε-  
 5 βείας οἰομένῳ πολιορκίαν, ἣν οἱ τῆς ἀντικειμένης πατρίας Τελ-  
 χίνες πονήρως ἀνέφλεγον· καὶ τοῦτό μοι τῶν μοχθούντων λογι- D  
 σμῶν ἐγγήγετο κατάλυμα τερπνόν, καὶ φροντίδων ὀλισθαίνειν  
 εἰς ἀπόγνωσιν κινδυνευουσῶν πρᾶός τις καὶ γέμων εὐφροσύνης  
 ζέφυρος· οἰομένῳ, καθάπερ τὸ ἔαρ ἐλευθερίαν τῶν χειμερίων  
 10 νεφῶν ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτίδι παρέχεται, οὕτως ἐλευθερίαν τῆς  
 κατεχούσης ὑπὲρ τῶν θείων δογμάτων λύσης εὐρήσειν κάμει.  
 (Δ.) Ἐπεὶ δ' ὡς πορῶτάτω τῆς ἐμῆς ἤδη ἀπόδημον γνώμης E  
 ἰώρων αὐτὸν, καὶ τὸ τῶν ἐγγενῶν ἐκείνων ἐλπίδων ἀνθοῦν ἐν-  
 διαίτημα μαραινόμενόν τε καὶ τῇ τῆς ἐναντίας μοίρας κακίᾳ  
 15 παραχωροῦν τε καὶ καθάπαξ ἠττώμενον, βέλτιστον ἔδοξεν εἶναι  
Nempe hic ob id reprehensus, quod diceret se oculis corporeis lumen increatum Deumque ipsum intueri, nec ullum habens ullius Patria testimonium, quo id clare demonstraret, defensionem sibi aliquam fore speravit, si se in montem Thabor, velut in arcem munitam, reciperet et ad lumen illud confugeret. Atqui si illic saltem aliquem sanctorum Patrum produceret, idem esse istud lumen dicentem, ac illud quod in monte Thabor apparuit, esset fortasse aliqua venia dignus, licet ea res nihil ipsi profutura esset, quoniam in prima hypothesi erraret. Nunc quae ille monstrata confingit, ea qui dicat Sanctorum nullus reperitur. Eam vero falsam et infirmam hypothesin sibi constituens sic in montem ascendit, lingua et mente nondum purgatis. (III.) Quippe iampridem iconomachia hic vir laborans (quod et ipsum a multis saepe testificatum, imperatore auribus non admittente, dissimulatum est) eum morbum velut aenigmatice suis libris inspergit. Nimirum in transfiguratione carnem Domini mutatam esse in lumen incorruptibile, et in divinitatem increatam, iconomachi dicitabant. Id ex viris Deo plenis et in theologia versatis, qui adversus illam haeresin tum temporis pugnarunt, liquido discimus: quod nos, unum Theodorum Graptum compendii causa diligentes, breviter ostendemus. Hic cum Eusebio, qui inter eius temporis eruditos primas obtinebat, per colloquium congressus sic loquitur. (IV.) Primo inducit illum dicentem, corpus Christi transformatum et immortale factum et incorruptibile esse, ac servi formam inter haec totam ex toto in lumen ineffabile et inenarrabile, et

ὅλη μεταβέβληται ἐπὶ φῶς ἄρρητον καὶ ἀνεκδιήγητον, αὐτῷ τῷ A. C. 1951  
 Θεῷ λόγῳ πρότερον. εἶτα ἐλέγχει αὐτὸν λέγων· „ἀλλὰ κατακομ- Imp. Io. Cas-  
 ψεύεται Εὐσέβιος, ἐπὶ φῶς ἄρρητον καὶ ἀνεκδιήγητον καὶ τῷ tacz. 5  
 Θεῷ λόγῳ πρότερον τὴν τοῦ κυρίου σάρκα μεταβεβλήσθαι. καὶ τί V. 479  
 5 ἂν εἴη τοῦτο τὸ φῶς, ζητεῖν ἐπάναγκες. οὐ γὰρ πω σαφῶς ὁ, **F**  
 τι ἐστὶν ὁ γεννάδας ὑπέδειξε νῦν, ὅτι μὴ τῷ Θεῷ λόγῳ πρότερον  
 προσθεῖς· εἰς ὕστερον δὲ ἔρει ἐκδηλότερον. ὁμως πρὸς τὰ δεδο-  
 γμένα αὐτῷ ἐν τῷ παρόντι τὸν λόγον ἡμεῖς ἐξετάσωμεν. τί ὁδὴ  
 10 ἐστίν; ἄρα οὐσία τις καὶ ἐνυπόστατον καθ' οὐτὸ ὑφεστῶς καὶ  
 μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς ὑπαρξιν; ἢ ποιότης ἀσώματος καὶ P. 592  
 ἀνοήσιος, ἐν ἄλλῳ τὸ εἶναι οὐκ ἐν ἑαυτῇ θεωρούμενον ἔχουσα;  
 ἀλλ' εἰ μὲν οὐσία ἐστὶ, πότερον ἀγγελικῆ; ἐπεὶ καὶ ἄγγελος φῶς  
 καὶ τοῦ πρώτου καὶ ἀνωτάτω φωτὸς μαρμαρυγῆ καὶ ἀπόλαμψις.  
 ἀλλ' οὐκ ἂν τοῦτο εἴποι.” καὶ μετ' ὀλίγον· „εἰ θεία οὐσία, πῶς  
 15 εἰς τοῦτο μετώχето; εἰ μὲν ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει καθ' οὐτὸν ἑαυ-  
 ρομένη μετελθοῦσα, καὶ οἷον ἄλλο καὶ εἰδικὸν ἀποτεμομένη **B**  
 πρόσωπον, εἰς τὴν τοῦ λόγου διαπρέπον ἐμφέρειαν, μηδεμιᾶ  
 τῶν ἐν τῇ τριάδι νοουμένων συμπαρουποστάσα καὶ συμφθεῖσα,  
 τετραὸς σαφῶς αὐτῷ ἢ τριῶς ἀποτετελεσται. καὶ ὁρᾶτε, ὡς φι-  
 20 λότιμος περὶ τὴν θεῖαν οὐσίαν Εὐσέβιος, ἀφθονία ὑποστάσεως  
 πληθύνων καὶ αὔξων τὰ ἀπλήθοντα καὶ ἀμείωτα καὶ πάσης τῆς  
 ὀπωσοῦν ὑφέσεως καὶ πλεονασμοῦ παντάπασιν ἀνεπίδεκτα. εἰ δ'

4. τὰς τῆν cod. Reg. 1989. fol. 200. v. 6. μόνον post ὅτι μὴ add.  
 Idem cod. 11. ἐαυτῇ idem cod., ἐαυτῷ apogr. Par. 14. ἐστὶν  
 add. id. cod. post οὐσία.

ipsi Deo Verbo conveniens, mutatam fuisse. Deinde eum refellit his ver-  
 bis. „Sed Eusebius carnem Domini in lumen ineffabile et inenarrabile, et  
 Deo Verbo conveniens, mutatam esse magnifice praedicat. Id lumen quid  
 sit necesse est inquirere. Nondum enim vir egregius quodnam illud esset  
 clare indicavit, hoc tantum adiecit: Deo Verbo conveniens. At infra  
 apertius declarabit. Nos tamen, ad ea quae ipse in praesentia statuit at-  
 tendentes, dictum illud expendamus. Quid est igitur? An substantia ali-  
 qua et res per se subsistens, quae ut existat alio non egeat? An qualitas  
 incorporea et substantiae expers, quae esse in alio non in se ipsa conde-  
 ratum habeat? At si substantia quidem est, utrumne angelica? Nam an-  
 gelus quoque est lumen, et primi supremique luminis coruscatio emissus-  
 que ex eo fulgor. Sed hoc ille non dixerit.” Tum paulo post: „si substan-  
 tia divina est, quomodo ea in illud lumen transit? si in propria subsi-  
 stentia et per se ipsam considerata transit, et ita divisa, ut aliam et spe-  
 cialem et Verbi imagine insignem distinctamque personam constituat, cum  
 nulla hypostasi, earum quae in Trinitate intelliguntur, simul subsistens et  
 coalescens, palam est eum ex Trinitate Quadrinitatem fecisse. Porro vi-  
 dete, erga divinam substantiam quam ambitiose liberalis sit Eusebius, qui  
 hypostasibus multiplicatis ea multiplicet et augeat, quae nec multiplicari  
 nec minui possunt, nec ullum prorsus seu defectum seu excessum ullo mo-

A. M. 6859 εἰς τὴν τοῦ λόγου συγχεθεῖσα καὶ ὡσπερ συνουσιωθεῖσα παρῆλθεν  
 Ind. 4 C ὑπόστασιν, μετὰ πλείονος τῆς ἐγγνωμοσύνης προσθήκην καὶ αἵ-  
 ξησιν τῇ τοῦ λόγου αὐτῇ δίδωσιν ὑποστάσει· ἦτις οὐκ ἄλλη πα-  
 ρὰ τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν τῇ φύσει ἐστὶ, τῷ χαρακτηριστικῷ  
 δὲ τῆς ιδιότητος μόνον κατὰ τὴν γέννησιν διαφέρουσα. οὕτως  
 D ἑαυτοῦ σαφῶς ἐκπομπεύει μανίαν, ὥστε σύνθεσιν ἐπὶ τῆς ὑπερη-  
 πλωμένης καὶ πάσης ἀπλότητος ὑπερέκεινα οὐσίας ἐπινοεῖν, ἐξ  
 ἧς καὶ πάθος ἐξ ἀνάγκης ἔψεται ἐπὶ τῆς μακαρίας καὶ ἀπαθοῦς  
 θεότητος." καὶ μετ' ὀλίγον· „ὑπόλοιπον δ' ὄν ἐστι ζητεῖν, εἰ 10  
 ποιότητα τοῦτο ἀσώματον ἢ ἀνούσιον εἶπε, τί συμβαίνει· ὅλον  
 ἀπόρροϊάν τινά τινος οὐσίας καὶ ἀπαύγασμα, εἰς ἣν ἡ μορφή  
 ἐκείνη μεταβέβληται; ἀλλ' οὐδὲν ἦττον ἢ πασῶν ἐσχάτη ὕβρις  
 E καὶ ἀτοπία τῷ θεῷ προστρέφεται σώματι. λωβήσαιο γὰρ ἂν  
 τὸν τοῦ εἶναι λόγον, καὶ ταύτῃ τὸ ἀνόπαρκτον εἰσαχθήσεται. ἄλ- 15  
 λως τε οὐδ' ἔνεστι ποιότητα ὑποκειμένου δίχα καθ' ἑαυτὴν ὅτι  
 ποτέ ἐστι διαδειχθῆναι, κἂν τῶν οὐσιωδῶν αὐτὴν εἴποι τις· ἢ καὶ  
 F ἂν τὸ λογικόν που συστατῆ ὑποκειμένου ἄνευ, ὃ ἐστὶ τὸ ζῶον, εἰ μὴ  
 πρότερόν τις ὑπόθετο οὐσίαν ἔμψυχον αἰσθητικὴν. ὡσαύτως καὶ 20  
 εἰ τὸ θνητὸν, ἢ ἀθάνατον, ἢ τι τῶν τοιοῦτων. ἐν τίνι γὰρ ἂν σχολή  
 τὴν ὑπαρξιν;" καὶ ἀλλαχοῦ· „ὅτι μὲν γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐ-

7. καὶ add. idem cod. post ὡστε. 12. τινά om. id. cod. fol. 201.  
 14. προστρέφεται idem cod., προστρέφεται apogr. Par.

do admittunt. Sin velut confusa et quasi consubstantialis facta in Verbi hypostasin transit, maior est Eusebii benignitas, qui accessionem et augmentum ipsi Verbi hypostasi largitur, quae natura sua non alia est ab substantia Patris, sola autem proprietate characteristicam per generationem differt. Sic superplenam et ab omni indigentia alienam naturam amplificando suam insaniam palam declarat; adeo ut in substantia, quae simplex seu omni simplicitate simplicior est, compositionem excogitet; ex qua illud etiam consequatur, passionem locum habere in beata et impassibili divinitate." Ac paulo post: „superest itaque ut quaeramus, si qualitatem illud lumen incorpoream vel substantia carentem esse dixit, quid accidat: aliquid scilicet esse velut emanans et effulgens ex substantia, in quod forma illa mutata sit. At nihilo minus ultimum omnium et absurdissimum dedecus divino corpori imprimetur. Ratione quippe esse sui multabitur, et ita futurum est quid non existens. Nec vero qualitas sine subiecto per se ipsam quid sit declarari potest, etiamsi quis eam substantialem dicat; cuiusmodi qualitas pars substantiae esse censetur. Atque, ut exemplo utamur, rationalitas absque subiecto, quod est animal, nusquam consistat, (hoc est) nisi quis prius supponat substantiam animatam sensitivam. Idem est si vel mortalitas, vel immortalitas, vel aliquid eiusmodi proponatur. In quo enim habebit existentiam?" Et alio loco: „Nam quod



δόσασθαι δεῖ ἀφθαρσίαν καὶ τὸ θνητὸν ἀθανασία, ὃ μέγας A. C. 1351  
 μυσταγωγῆ ἀπόστολος. τὸ δὲ σῶμα ἀσωματότητα ἐνδύσασθαι, Imp. Io. Can-  
tauz. 5  
 ἢ τὸ κτιστὸν γενέσθαι ἄκτιστον, ἢ τὸ περιγραφτὸν εἰς ἀπεριγρα- P. 593  
 ψίαν μετατεθῆναι, οὕτω μέχρι καὶ τήμερον ἤκουσται." καὶ ἄλ-  
 βλαχοῦ· „τὸ φύσει ἀπλοῦν οὔτε ὁρᾶσθαι, οὔτε εἰδοποιεῖσθαι, οὔτε  
 πάσχειν τι καθ' ὄντιναοῦν τρόπον πέφυκεν. ἀπαθές γὰρ καὶ  
 ἀφθαρτον καὶ πάντη ἀκατάληπτον καὶ ἀπερίγραφτον· τοῦτο δὲ τί V. 480  
 ἂν εἴη ἄλλο ἢ Θεός;" καὶ μετ' ὀλίγον· „εἰ γὰρ ταῦτὸν εἶεν, οὐ δύο  
 ἂν εἶεν, ἀλλὰ μία φύσις. ἢ γὰρ σύνθεσις τὸ διάφορον τῶν συντρέ- B  
 10 χόντων ἕξει καὶ ἑτεροούσια εἶναι δηλοῖ." (E.) Ἐντεῦθεν ἔξεῖναι τοῖς  
 βουλομένοις οἶμαι συνορᾶν, ὁμοῦ τῷ καταράτῳ Εὐσεβίῳ ἐκείνῳ  
 καὶ Παλαμῶν ἐλεγχόμενον, ἅτ' ἐκείνῳ ταῦτὰ γράφοντα καὶ φρο-  
 νούντα. ὅτι μὲν γὰρ καὶ θεῖαι τῶν ἁγίων εἰκόνες καὶ τοῖς περι-  
 τὸν Παλαμῶν ἐξήριπτοῦντο πρὸς πῦρ, δῆλον μὲν τοῖς θεασαμένοις C  
 15 τε καὶ τὸ ἀπόρρητον ἐξεμποῦσι καὶ ὄρκῳ βεβαιωσαμένοις τουτὶ  
 πρὸς πολλούς· ὅτι δὲ φωραθέντες, καὶ δέισαντες τὴν τοῦ πλή-  
 θους ὁρμῆν, καὶ μάλιστα διὰ τὸ ἐπεισεῖσθαι ἕτερον νέφος τῶν  
 ἐγκλημάτων αὐτοῖς, προσκυνεῖν ὑποκρίνονται καὶ αὐτοὶ, καὶ πρὸς  
 τοὺς θεοὺς συνεισιέναι ναοὺς, σιωπῇ καλύπτεσθαι ἐπεπράχσαν.  
 20 σιωπητέον καὶ ἡμῖν ἐν τῷ ἄρτι. (ς') Δεικτέον δ' οὖν τὴν συμ-  
 φωνίαν ἀμφοῖν ἕκ τε τῶν σφίσιν αἰεὶ λεγομένων καὶ ἅμα τῶν D  
 τοῦ μεγάλου τοῦδε πατρὸς ἐλέγχων. ὃ μὲν γὰρ εἰκονομάχος Εὐ-  
 σέβιος ὄλον ἐν τῇ μεταμορφώσει μεταβεβλήσθαι φησι τὸ τοῦ

corruptibile hoc induere oporteat incorruptibilitatem, et mortale immortalitatem, mysterium est a magno Apostolo traditum. At corpus incorporeitatem induisse, aut creatum evasisse increatum, aut circumscriptum in incircumscriptum transiisse, id quidem nondum ad hanc diem usque auditum est." Et alio loco: „quod natura sua simplex est, id eiusmodi est, ut nec effingi nec pati quicquam ullo modo possit. Impassibile enim et incorruptibile, atque omnino incomprehensibile et incircumscriptum est. Hoc vere quid aliud fuerit nisi Deus?" Et paulo post: „nam si idem forent, non duo essent, sed unica natura. Eorum quippe, quae simul coeunt, differentiam ipsa compositio arguit, eaque diversae substantiae esse indicat." (V.) Hinc, ut puto, volenti cuique facile est perspicere, Palamam una cum impio illo Eusebio ipsum quoque refutari, utpote qui eadem atque ille scribat et sentiat. Nempe et sacras Sanctorum imagines ab sectatoribus Palamae fuisse aliquando in ignem coniectas, norunt ii qui viderunt, et arcanum illud vulgarunt, et apud plurimos iureiurando id ita esse confirmarunt. Verum illi deprehensi, et plebis impetum veriti, eo maxime, quod alia accusationum nubes in eos eruperit, fingunt se eas adorare, et cum caeteris divinas aedes introeunt: adeoque effecerunt, ut illud silentio tegeretur. Quapropter et nos in praesenti sileamus. (VI.) Caeterum amborum consensum ex iis, quae passim ipsi dicunt, et ex refutationibus, quas magnus ille doctor edidit, oportet ostendere. Imaginum hostis Eusebii totum in transfiguratione corpus Domini mutatum ait in lumen diver-

- A. M. 6859 κριόν σῶμα πρὸς φῶς ἕτερον, ἄφθαρτόν τε καὶ ἄκτιστόν. ὁ δὲ  
 Ind. 4 Παλαμῆς τοῖς μίαν ἄκτιστον Θεότητα κηρύττουσι μεμφόμενος,  
 καὶ θεμέλιον ἐκ τοῦ Θαβωρίου τούτου κατασκευάζων φωτὶ, ἄλλο  
 τίθησιν εἶναι παρὰ τὴν οὐσίαν ἐκεῖνο τὸ φῶς, ἄκτιστόν τε καὶ  
 Ἐφθαρτον Θεότητα μεταξὺ Θεοῦ καὶ ἀγγέλων. φησὶ γὰρ οὕτως ἅ  
 κατὰ λέξιν, παραφθεῖρων τῶν ἁγίων τοὺς λόγους· „ὁ τοίνυν λέ-  
 γων τὴν λαμπρότητα τῆς θείας φύσεως, ἧς καὶ οἱ θεῶν λιτοῦρ-  
 γοῦντες ἄγγελοι μετέχουσι, καθ' ἣν καὶ οἱ δίκαιοι λάμπουσι ὡς  
 ἥλιος, μήτ' οὐσίαν εἶναι θείαν, μήτ' ἀγγελικὴν, οὐ τίθησι με-  
 ταξὺ Θεοῦ καὶ τῶν ἀγγέλων φῶς, ὃ μήτε Θεός ἐστι μήτ' ἄγγε- 10  
 F λος· ἐπεὶ καὶ Διονύσιος ὁ θεῖος τοὺς ἐν θεῶν τῶν ὄντων λόγους,  
 ὧν ἄγγελοι καὶ ἄνθρωποι μετέχουσιν, οὐκ εἶναι φησὶν οὐσίαν  
 οὔτε θείαν οὔτε ἀγγελικὴν.” ὄρῃς πῶς ἐπειγόμενος ἄκτιστόν τε καὶ  
 ἄφθαρτον καὶ ἄλλην Θεότητα δεῖξαι τὸδε τὸ φῶς καὶ Διονύσιον  
 διαβάλλει τὸν μέγαν, τὰ κείνου παρεξηγούμενος· ὡς ἡμῖν γε πλα- 15  
 τύτερον ἐν τοῖς κατ' αὐτοῦ στηλιτευτικοῖς καὶ ἀντιφρόντικοῖς δέ-  
 δεικται λόγοις τρανότερον; σαφέστερον δὲ ἐν τῷ περὶ φωτὸς ἀ-  
 P. 594 τοῦ τίθησι λόγον. „οὐσία μὲν γὰρ Θεοῦ (φησὶν) οὐκ ἔστι· καὶ γὰρ  
 ἀνέπαφος ἐκείνη. ἄγγελος οὐκ ἔστι· δεσποτικὸς γὰρ φέρει χα-  
 ρακτῆρας.” (Ζ.) Καὶ οὐ μόνον δὲ τὸ τοῦ κυρίου σῶμα καὶ οὗτος 20  
 γεγενῆσθαι φησὶν ἄκτιστον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐναρέτων ἀνθρώ-  
 πων· καὶ ὀνομαστὶ μὲν τὸν Μελχισεδέκ τίθησιν ἀναρχόν τε γε-  
 νέσθαι καὶ ἄκτιστον, ἀορίστως δὲ τοὺς κατὰ τὸν Παλαμῆν ἄπαν-

8. τῷ ἑαυτοῦ conl. Boiv. prò τούτου.

16. λόγῳ conl. Boiv.

sum, incorruptibile, et increatum. Palamas vero iis succensens, qui divinitatem unam increatam praedicant, et lumini suo ex Thaborio lumine fundamentum struens, aliud ab substantia esse illud statuit, increatam nempe et incorruptibilem divinitatem, Deum inter et angelos mediam. Et enim corruptis Sanctorum verbis, diserte ait: „Qui igitur divinae naturae splendorem, quem angeli Deo ministrantes participant, et quo iusti fulgebunt sicut sol, nec substantiam divinam esse dicit, nec angelicam, is Deum inter et angelos non ponit eiusmodi lumen, quod nec Deus sit nec angelus: quoniam et divus Dionysius rerum causas, quae in Deo sunt, quas angeli et homines participant, nec divinam nec angelicam substantiam esse dicit.” Viden ut hic, dum increatum et incorruptibile et aliam divinitatem esse lumen illud ostendere nititur, magnum quoque Dionysium calumniatur, eius verba perperam interpretans, ut nos fusius in iis, quos contra illum scripsimus, stelitenticis et planius in antirrheticis libris declaravimus. Clarioribus verbis utitur in eo opere, ubi de lumine ipso agit. Nam ibi sic loquitur: „Substantia Dei non est, quoniam ea tangi non potest. Angelus non est, quoniam dominicos gerit characteres.” (VII.) Nec solum Domini corpus increatam exstitisse hic ait, sed et corpora virorum virtute praestantium. Ac nominatim quidem Melchisedecum principii expertem et increatum fuisse statuit; generatim autem omnes Palamae simi-

τας. παραθήσομαι δὲ καὶ αὐτὰς κατὰ τὸ ἀπαράλλακτον τὰς A. C. 1951  
 αὐτοῦ ῥήσεις: „πῶς οὐκ ἄκτιστος ἢ χάρις, δι' ἣν καὶ οἱ μετέ- Imp. Io. Can-  
 χοντες αὐτῆς ἀναρχοὶ καὶ ἄκτιστοι καὶ ἀτελεύτητοι καὶ ἀίδιοι καὶ B  
 οὐράνιοι κατ' αὐτὴν παρὰ τῶν πατέρων προσηγορεύθησαν;”  
 5 (H.) Ἄ μὲν οὖν δοκεῖ τῷ καταράτῳ καὶ Παλαμᾷ συμφωνεῖν  
 Εὐσεβίῳ, ταῦτά ἐστιν. ἃ δ' ἐπαύξων οὗτος τὰς ἐκείνου παρή-  
 λασε βλασφημίας, κακίαν ἐπὶ κακίᾳ προσεπιδαμνιλευσάμενος, C  
 εἰμι ἔρων. ὄνομα γὰρ θεὸς ἐνέργειαν τῷ φωτὶ γενικὸν, ἔπειτα V. 431  
 διαιρεῖ πρὸς ἀπειράκις ἀπείρους θεότητας, ἀκρίστους τε ἕμα  
 10 καὶ διαφόρους ἀλλήλων, δύναμιν δηλαδὴ καὶ σοφίαν καὶ ζῶην  
 καὶ βουλὴν καὶ ἀλήθειαν καὶ ὕπνον καὶ μέθην καὶ ὅσα τῇ τῶν  
 ἀνθρώπων ἐφεύρηται ἀπορίᾳ κατὰ διαφόρους καιροὺς ὀνόματα·  
 ὡς εἶναι θεότητας ταύτας κατ' εἶδος, ἀτελεῖς μὲν καθ' ἑαυτὰς D  
 καὶ δεομένης ἀλλήλων· συντιθεμένων δ', ἐπιγίγνωσθαι σφισι  
 15 τὴν τελειότητα. (Θ.) Ἐντεῦθεν καὶ εἰς τοσαύτην ἤλασε τὸ  
 πρῶγμα κακίαν, ὡς καὶ παρῆρησιασθῆναι τὰς τοιαύτας βλασφη-  
 μίας ἐπὶ μέσης τῆς τῶν ἐπισκόπων ἐκείνων ἀτόπου φάλαγγος,  
 παρόντων καὶ ἡμῶν, ὡς μὴ ὄφειλε, καὶ ψήφῳ κοινῇ βασιλέως  
 ὁμοῦ καὶ σὺν γε πατριάρχῳ τῶν ἐπισκόπων ἐκείνων, ἄλλην μὲν  
 20 τὴν οὐσίαν εἶναι θεότητα, ἄλλην δὲ, καὶ σφόδρα διάφορον, τὴν E  
 ἐνέργειαν· καὶ ἕμα μὴ τὴν οὐσίαν εἶναι τὴν ἀγιάζουσαν οὔτε τὸν  
 ἡμῖν μεταλαμβανόμενον θεῖον ἕρπον. ἄπερ ἀκηκότων ἡμῶν,  
 ᾧ δίκη καὶ ἀνοχὴ θεοῦ, κατὰ ποταμοὺς ἐχώρει τὰ δάκρυα· κῆ-

## 19. τῶν τ' ἐπισκ. conl. βοιν.

les. Ipsamet verba eius sic apponam, ut nihil mutem. „Quidni increata sit ea gratia, cuius qui participes fuerunt, ii per eam principii expertes et increati, et sine carituri, et sempiterni, et caelestes, a Patribus vocati sunt?” (VIII.) Haec sunt, in quibus Palamas cum abominando Eusebio videtur consentire. In quibus autem ipse superaddendo, et errorem errore cumulando, illius blasphemias supergressus est, ea statim dicturus sum. Lumen generali nomine energiam seu operationem vocat; tum in divinitates dividit infinitas infinitas, increatas simul et a se invicem diversas; potentiam scilicet, sapientiam, vitam, consilium, veritatem, somnum, ebrietatem; et quaecumque hominibus, prout usus fuit, variis temporibus nomina adinventata sunt; ita ut haec sint divinitates speciales, quae per se imperfectae sint et sui invicem indigeant, coniunctae autem perfectionem acquirant. (IX.) Inde eo usque malum illud prorupit, ut in medio episcoporum illorum coetu, aut insana potius phalange (nobis utinam haud praesentibus!) ex communi imperatoris, patriarchae et illorum episcoporum suffragio, hae blasphemiae palam pronunciarentur, aliam esse divinitatem, ipsam substantiam; aliam item, et valde diversam ab ea, operationem: tum nec substantiam esse, quae sanctificaret panem divinum a nobis in sacra communione participatum. Quae cum nos (proh iustitia et patientia Dei!) audivissemus, lacrymae nostrae torrentium instar flue-

- A. M. 6859 περὶ τῆς δημοσίας ῥωγείων ἔτι κακίαν ἄλλην ἰδόντες ἐπέ-  
 Ind. 4 σχομεν τοῦ δακρύειν, οἴμαι τῶν τοῦ ἰγχεφάλου ἡγροανθέντων  
 Ἐύργων ὑπ' ἐκπλήξεως· ἤδη γὰρ καὶ χεῖρας ἐπιβύλλειν ἤρξαντο  
 μετ' ἀργῆς ἀνασιάντες ἅμα τῷ πατριάρχῃ καὶ οἱ ἐπίσκοποι καθ'  
 ἡμῶν, μηδ' ἀκούειν τὰ γε τοιαῦτα ἀνεχομένων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅ-  
 ὑστερον· νῦν δ' ἐπαναληπτέον ἐκείθεν τὸν λόγον, ὅθεν εἰς  
 ταῦτα ἐξέβημεν ἄκοντες, τῇ μνήμῃ συγχυθέντες τοῦ πάθους.  
 (I.) Παρτίεται δ' ἐντεῦθεν τοῖς ἀπλῶς ἐθέλουσι κρίνειν, ἀναλε-  
 γομένους ἕκαστα, ταῖς τε βλασφημίαις τοῦς ἐλέγχους τοῦ θείου  
 P. 595 καὶ μεγάλου πατρὸς ἐκείνου συμβάλλειν, καὶ αὐ τοῖς ἐλέγχοις τὰς 10  
 βλασφημίας, καὶ παρ' ἄλληλα συνορῶντες ἐπισηφίλοσθαι, πῶς  
 καὶ τὴν τῶν εἰκονομάχων ἑξαρχῆς κτησάμενος αἵρεσιν προσπε-  
 δαυιλεύσατο καὶ αὐτὸς τῇ αὐτοῦ κακία προσθήκας ἀποπιπέρας.  
 εἰ γὰρ δεῖξαιμεν αὐτῷ μαχόμενον ἀντικρὺς τὸν μέγαν ἐκείνον δι-  
 δάσκαλον, καθ' ἡσυχίαν ἡμῖν ἢ βουλόμεθα ὃ τῆς ἀποδείξεως 15  
 Βχρωρήσει σκοπός. (I A.) Καὶ περὶ μὲν τοῦ φωτὸς βραχείας ἡμῖν  
 δεῖσαι τῆς γλώττης. τοῦ γὰρ θείου ἐκείνου πατρὸς πυθανομέ-  
 νου σοφώτατά τε καὶ ὑψηλότατα, ὁπότερον αὐτὸς ἐθέλει ἀπο-  
 κρινέσθω· εἴτ' οὐσίαν εἶναι τουτὶ τὸ φῶς καὶ ἐνυπόστατον ἀπο-  
 φαίνοιο, καθ' αὐτὸ ὑφεισθηκὸς καὶ μὴ δεόμενον ἑτέρου πρὸς 20  
 ὑπαρξιν· ἢ ποιότητά τινα ἀνούσιον καὶ ἀσώματον, ἐν ἄλλῳ τὸ  
 C εἶναι ἔχουσαν καὶ οὐκ ἐν ἑαυτῷ θεωρούμενον. συναχθήσεται γὰρ  
 τριῶν ἐν γέ τι τὸ ἄτοπον. εἰ γὰρ οὐσίαν φαίη, ἢ ἄγγελος ἔσται,

bant: tum deinceps, ubi aliud malum vidimus publice erupisse, lacrymas continuimus; eo quod, ut opinor, cerebri humores pras stapore et metu exaruisent. Iam quippe et episcopi cum patriarcha in nos, qui talia ne audire quidem sustinebamus, insurgentes, manus nobis iniicere coeperunt. Sed haec quidem posterius gesta sunt. Nunc inde oratio resumenda, unde ad haec nolentes, ac illius calamitatis recordatione turbati, divertimus. (X.) Hinc porro iis, qui candidè volint iudicare, singula colligentibus, licebit refutationes, a magno illo doctore editas, cum blasphemiiis refutatis conferre, et vicissim blasphemias cum refutationibus, et iis iuxta se invicem positas atque consideratis, demum aestimare, quomodo hic iconomachorum haeresin, iam inde ab initio susceptam, sua ipse pravitate amplificaverit et absurdioribus accessionibus cumulaverit. Nam si magnum illum doctorem cum eo palam pugnare ostendamus, sensim argumentatio nostra scopum attinget, et eo perveniet, quo nos volumus. (XI.) Ac de ipso quidem lumine pauca sufficiunt. Etenim sancti illius doctoris sapientissimae et altissimae quaestioni, utrum ipse voluerit respondeat; sive substantiam dicat esse hoc lumen, et rem per se subsistentem, nec alterius indigentem ad existendum; sive qualitatem quandam substantia carentem et incorpoream, quae esse in alio non in ipsa consideratum habeat. Ex tribus absurdis unum, certe colligetur. Nam si illud substantiam esse di-

καὶ διαλύεται τὸ ἄκτιστον αὐτοῦ μετὰ τῆς θεότητος· ἢ τετάρτη A. C. 1351  
 ὑπόστασις, καὶ τὸ ἄτοπον ὅσον ὁ θεῖος δεικνύσι πατὴρ καὶ διδά- Imp. Io. Cau-  
 σκαλος. εἰ δὲ ποιότητά τινα ἀνούσιον καὶ ἀπόρροϊαν ἄλλης οὐ- tacuz. 5  
 σίας, εἰσαχθήσεται τὸ ἀνύπαρκτον τῆς θεότητος. μᾶλλον δὲ  
 5 ἀδύνατον εἶναι φησι, ὑποκειμένου ὄχι καθ' ἑαυτὴν συστήναι D  
 ποιότητα· ὡσπερ οὐκ ἂν τὸ λογικὸν εἶπη τις, οὖσαν διαφορὰν  
 οὐσιώδη τῷ ἀνθρώπῳ, μὴ τοῦ ζώου πρότερον ὑποκειμένου, ὃ  
 ἐστὶν οὐσία ζῆμνηχος αἰσθητικῆ· εἶναι γὰρ τὰ οὐσιώδη καὶ φρ-  
 σικὰ τῆς οὐσίας καὶ φύσεως μέρη τὴν ἐπιστήμην ὀρῆσθαι. εἰ δ' V. 482  
 10 ἐπὶ τῶν συνθέτων, πολλῶ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἀμερῶν καὶ ἀπλῶν  
 ἔσται, καὶ ἔτι μᾶλλον ἐπὶ θείας φύσεως, τὰ οὕτως λεγόμενα.

δ'. Οὕτω τοίνυν διὰ τούτων τοῖς εἰκονομάχοις συγκαταλυ- P. 596  
 μένου τοῦ Παλαμᾶ πρὸς τοῦδε τοῦ σοφωτάτου καὶ θείου διδα-  
 σκάλου; φέρε λύσωμεν καὶ ἡμεῖς τὴν ἐπιδαψιλευθεΐαν τῷ ἀνο-  
 15 σίῳ προσθήκην, αὐτῷ πάλιν συμμάχῳ χρώμενοι τῷ ἁγίῳ καὶ  
 οἷς ἄλλοις πολλοῖς τε καὶ εὐμηχάνοις κατὰ τῶν εἰκονομάχων  
 ὅπλοις ἐχρήσατο· ἵνα πολλαχόθεν οὗτος μακροῖς τισι τῆς κακίας  
 μέτροις καὶ τοῖς εἰκονομάχοις φαίνεται νικῶν, καὶ ἅμα συνανα- B  
 φαίνεται μὴ κατέργως καὶ τοῦ παρήκοντος εἰς τὸ θαβώριον ἀεὶ  
 20 καταφεύγων ὄρος, ἀλλὰ καὶ μετὰ μάλα πικρῶς ἐπεδρευούσης  
 περινοίας. (B.) Ἐξεταστέον ὅν ἐστιν ἡμῖν, πῶς ἄκτιστον γε-  
 γονέναι λέγει τὸ τοῦ κυρίου σῶμα· καὶ ταῦτ', ἐκκηρύκτων τῆ  
 ἐκκλησίᾳ περιφανῶς γενομένων, ὅποσοι πάλαι τουτὶ παρελήρη-

cat, vel angelus erit; quoposito nec increatum nec divinitas est: vel erit  
 quarta hypostasis; quod quam absurdum sit, sanctus Pater et doctor  
 ostendit: sin qualitate quam substantia carentem, et fluentem ex alia  
 substantia emanationem, tum divinitas eiusmodi introducetur, quae careat  
 existentia. Immo, inquit, fieri non potest, ut qualitas ulla per se ipsam  
 sine subiecto consistat: quemadmodum nec rationalitatem, quae est homi-  
 nis differentia substantialis, quisquam dixerit posse constare nisi prius ei  
 subiectum sit animal, quod est substantia animata sensu praedita: etenim  
 substantiae et naturae partes substantiales et naturales per scientiam posse  
 definiri. Quae quidem sic dicta si locum habent in compositis, multo magis  
 in indivisiis et simplicibus habitura sunt, praesertim autem in natura divina.

4. Quoniam itaque ab sapientissimo et sanctissimo doctore Palamas,  
 simul cum iconomachis, per haec refellitur; age, eodem rursus sancto do-  
 ctore nobis socio adiuncto, et aliis armis usi, quibus ille plurimis et ac-  
 commodis iconomachos aggressus est, cumulum ab impio homine ex abun-  
 danti superadditum deruamus, ut multis argumentis consistet iconomachos  
 longe ab hoc superari improbitate; tum simul appareat, hunc non obiter,  
 nec ut aliud agentem, sed cum solertia, eaque crudelissime insidiosa, sem-  
 per ad montem Thabor confugere. (II.) Illud igitur nobis inquirendum,  
 quomodo corpus Domini evasisse increatum dicat, cum aperte ab ecclesia  
 repulsi sint ii, qui id olim effutiverunt: item quomodo homines, eiusdem

- A. M. 6859 *σαν· και δμα, πώς οι κατά τον Παλαμῶν ἄκτιστοι τε και ἄναρ-  
Ind. 4*
- C *χοι γίνονται ἄνθρωποι. τῆς γὰρ ὁμοίας ἔχονται κακοδοξίας ἀπρὸς  
και ταυτὶ, λέγω δὴ τῆς τῶν εἰκονομάχων, ἣν ὡς ἀρχὴν και θε-  
μέλιον κρείτιστον τῆς ὀλης προῦθετο σαθρῆς οἰκοδομῆς αὐτοῦ.  
(Γ.) Ἵνα γὰρ τὰς τῶν ἄλλων ἐν τῷ παρόντι παρὲς ἀντιδρῆσεις 5  
ἀγίων μόνῳ τῷ σοφῷ κἀνταῦθα και θεῷ ἐκείνῳ χρῆσωμαι δι-  
δασκάλῳ, τῷ και τηνικαῦτα μὲν ἀντιστάντι πρὸς τὸν τῆς εἰκο-  
D *νομαχίας ἐκείνον πόλεμον, και πολλὰ μὲν πεπονθότε, πολλὰ δ'  
ἀντεπόντι, και ὡς πύργον Χαλάνης διὰ τέλους ἄχρι και τῶν ἀτό-  
μων τὴν πλάνην καθηρηκότι, και νῦν ὁμοίως τοὺς τὰ ὁμοία νο- 10  
σοῦντας ἐκείνοις καθαιροῦντι· „ὅτι μὲν”, φησὶ, „τὸ φθαρτὸν τοῦ-  
το ἐνδύσασθαι δεῖ ἀφθαρσίαν και τὸ θνητὸν ἀθανάσιαν, ὃ μέγας  
μυσταγωγεῖ ἀπόστολος· τὸ δὲ σῶμα ἀσωματότητα ἐνδύσασθαι,  
E *ἢ τὸ κτιστὸν γενέσθαι ἄκτιστον, ἢ τὸ περιγραπτόν εἰς ἀπερι-  
γραψίαν μετατεθεῖσθαι, σῆπω και τήμερον ἤκουσται.” ἐντεῦθεν 15  
μαυθάνειν ἡμῖν σαφῶς περιγίνεται, διτι τε τοῖς εἰκονομάχοις  
ταῦτα παραλελήρηται και τῆς ἐκείνων ἐστὶ κακοδοξίας· και νῦν  
P. 597 *ὁράται περὶ τὴν αὐτὴν αὐτοῖς και Παλαμῶς βακχεύσας τράπεζαν  
και ὄλον εἰς κόρον ἐκροφήσας τὸν τῆς κακοδοξίας ἐκείνης κρυτῆρα.  
(Δ.) Ἀλλὰ μικρὸν ἐπισχόντες πυθέσθαι θελήσωμεν και πῶς 20  
V. 483 *προϊὼν ὃ μέγας οὗτος διδύσκαλος σοφωτάτην ποιεῖ τὴν τῶν ῥη-  
θέντων εὐκρίνειαν. „πᾶν γὰρ,” φησὶ, „τὸ μεταβαλλόμενον ἢ καθ'  
αὐτὸ ἢ κατ' οὐσίαν μεταβάλλεται· ὃ δὴ περὶ γένεσιν και φθο-*****

23. ἦτοι cod. Reg. 1989. fol. 199. v.

instituti cuius Palamas, increati et principii expertes fiant. Quippe haec ad similem errorem omnino pertinent, nempe ad iconomachorum haeresin, quam ille toti suae, velut principium et firmissimum fundamentum, vanae aedificationi praeposuit. (III.) Nam ut ea, quae ab aliis viris sanctis contra allata sunt, in praesenti omittam, et illo solo hic quoque utar sapiente divinoque doctore; qui iconomachorum bello tum, cum saeviret, se opposuit, ac multa passus, multa in eos loquutus, errorem tandem, velut Chalanes turrim, ita profligavit, ut ad nihilum redegerit; idemque eos, qui similibus morbis laborant, pariter hodie profligat: „quod quidem,” inquit, „corruptibile hoc induere oporteat incorruptibilitatem, et mortale immortalitatem, mysterium est a magno Apostolo traditum. At corpus incorporeitatem induisse, aut, quod creatum esset, factum esse increatum, aut circumscriptum transiisse in incircumscriptum, id certe nondum ad hanc diem usque auditum est.” Hinc nos liquido discimus, haec iconomachorum deliramenta, has fuisse opiniones pravas. Ac nunc evidens est Palamam, circum eandem mensam bacchatum, erroris poculum totum ad satietatem exsorbuisse. (IV.) Sed paulum hic subsistentes magnum illum doctorem audiamus, summa deinde doctrina ea quae dicta sunt enucleantem: „Quidquid mutatur,” inquit, „id vel per se seu ratione substantiae mutatur; id quod in generatione et corruptione observatur; vel ratione ali-

ράν θεωρεῖται· ἢ κατὰ τι τῶν ἐν αὐτῷ, καὶ τοῦτο διχῶς· ἢ κατὰ  
 τὸ ποσόν, καθ' ὃ ἢ αὖξησης καὶ ἢ μείωσις δεικνύται· ἢ κατὰ τὸ  
 ποιόν, ἐξ οὗ ἐμφανίζεται ἢ ἀλλοίωσις· ἢ ἔστι μετασχηματισμὸς B  
 χαρακτηρὸς τινος, ἢ κατὰ τι τῶν τοῦ ὑποκειμένου πρῶγματος  
 5 ἑξαλλαγῆ, χωριστῶς ἢ ἀχωρίστως ἐπισυμβαίνουσα· ὅπερ ἄλλοιον  
 μὲν καὶ διάφορον τοῦ προτέρου δεικνύσιν, οὐ μὴν ἄλλο τι τὸ  
 ἀλλοιούμενον ἀπεργάζεται. οὐ γὰρ οὐσιωδῶς μετέβαλεν· ἀλλ'  
 ἐκ τοιοῦδε τὸν αὐτὸν τοιόνδε κατὰ τὸ ποιόν γενέσθαι πεποίηκε. C  
 τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν ἐξ ὄλων ὄλον μεταβεβλήσθαι. τὸ γὰρ ὑπο-  
 10 κείμενον πάντως ὑπομένει σωζόμενον. εἰ δὲ κατὰ τὸ ποσόν μετέ-  
 βαλεν, αὖξησην τινα ἢ μείωσιν ἐδέξατο καὶ παραλλαγὴν, κατὰ  
 τὸν σωματικὸν ὄγκον μεγέθει διενέγκασα, ἢ ἔστι τοῦ γε ἤδη προ-  
 ὑπάρχοντος καὶ εἰδοπεποιημένου ἐπίδοσις ἢ ὑφαισις. ἀλλ' οὐδὲ  
 ταῦτα ἄλλο τι παρὰ τὸ ἐξαρχῆς ὑπάρξαν ποιεῖ, ἀλλ' ἐκ τοσοῦδε  
 15 τὸν αὐτὸν τοιόνδε κατὰ τὸ πηλίκον γενέσθαι πεποίηκεν. οὐκοῦν  
 οὐδὲ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐξ ὄλων ὄλη μεταβεβλήται ἢ μορ- D  
 φῆ. τί οὖν ἔστι; λείπεται λέγειν καθ' αὐτὴν μεταβεβλήσθαι.  
 τοῦτο δὲ περὶ τὴν οὐσίαν αὐτὴν ἤδη τὴν μεταβολὴν ἐνδείκνυται,  
 περὶ ἣν ἢ γένεσις καὶ ἢ φθορὰ θεωρεῖται. ἐπεὶ οὖν ὠμολόγηται  
 20 ἡμῖν τὸ τοῦ Χριστοῦ σωματικὸν ὑπάρξαν εἶδος (καὶ τοῦτο οὐδ'  
 ἂν αὐτὸς οἶμαι ἀρνηθεῖη· δοκεῖ γὰρ εὐγνωμονεῖν ποσῶς περὶ τὴν  
 ἐξαρχῆς ὑπαρξίν· ἐπεὶ πρόθεν αὐτῷ ἢ μεταβολὴ πορισθήσεται;)

1. ἢ κατὰ τὸ π.] ἢ γὰρ idem cod. 2. μεταβάλλεται addit post πο-  
 σόν id. cod. 5. ἄπερ id. cod. 7. καθ' αὐτὸ ἤγουν οὐσιωδ. id. cod.  
 12. ἄπερ ἔστιν id. cod.

cuius eorum, quae in eo sunt; idque bifariam; nempe aut ratione quantita-  
 tis, in qua augmentum et deminatio spectatur; aut ratione qualitatis, in  
 qua alteratio existit, quae est alicuius characteris transformatio, seu se-  
 cundum quid eorum, quae in subiecto sunt, separabiliter vel inseparabiliter  
 adveniens mutatio, quae id quod alteratur alterum quidem, et ab eo quod prius  
 fuit diversum, non tamen aliud efficit. Nec enim substantialiter mutavit,  
 sed illud ipsum tale ex tali secundum qualitatem effecit. Hoc autem non  
 est totum ex toto mutatum fuisse. Siquidem subiectum ipsum saluum omni-  
 no manet. Quod si in quantitate mutatio facta esset, tum augmentum vel  
 deminutionem caro Christi passa fuisset; et variam progressionem habuis-  
 set, et secundum molem corporis maior minorve existisset: quae est rei  
 praexistentis et iam specificatae accretio vel deminutio. At nec ista aliud,  
 quam quod initio fuit, faciunt; sed ut idem ex tanto tantum secundum  
 quantitatem fieret effecerunt. Itaque nec eo modo tota ex toto forma mu-  
 tata est. Quid ergo? Illud dicendum restat, secundum se ipsam mutatam  
 fuisse. Id vero factam in ipsa substantia mutationem arguit, circa quam  
 generatio et corruptio considerantur. Quoniam igitur de eo inter nos con-  
 venit, formam Christi corpoream existitisse (neque id, cedo, ipse negave-  
 rit: nam de ea, quae ab initio fuit, existentia videtur quadamtenus recte  
 sentire: alioquin unde erit ei mutatio?) eaque forma, ut ait, tota ex to-

- A. M. 6859 μεταβέβληται δὲ κατ' αὐτὸν ἐξ ὄλων ὅλη ἡ τοιαύτη μορφή, πᾶσα  
 Ind. 4 ἀνάγκη ἐκ γενέσεως εἰς φθοράν, καὶ κατ' ὄντος εἰς τὸ μηδαμῆ  
 εἶναι κερωρηκέναι. εἰ τοίνυν κατ' αὐτὸν ἐξ ὄλων ὅλη μεταβέβλη-  
 ται, οὐδὲν ἄρα αὐτῆς ὑπολείπεται· ἐκποδῶν ὅν τὸ σῶμα καὶ  
 κερθαται· καὶ οὔτε σῶμα, οὔτε μορφή, οὔτ' ἄλλο τι λοιπὸν ἔ-  
 σται. εἰς τοιοῦτον αὐτοὺς τῆς ἀτοπίας βόθρον καὶ ἀδείας ἡ σε-  
 Φσοφισμένη καὶ ἀστειοτάτη τοῦ λόγου κατεκρήμυνε περιπέτεια."  
 (E.) Καὶ ταῦτα μὲν τῆδέ κη γέγραπται τῷ ἁγίῳ, σοφώτατά τε  
 καὶ ὑψηλότατα, τὸν τῆς εἰκονομαχίας προστάτην ἐξελέγχοντι τε  
 καὶ καταλύοντι· ὃ καὶ αὐτὸς εὐθύς συνεξελέγχεται τε καὶ σγ- 10  
 καταλύεται ὁ σεμνὸς Παλαμᾶς, ἐκείνῳ ταῦτά καὶ γράφων καὶ  
 P. 598 φρονῶν, πῆ μὲν ἐκείνου τῆς γλώττης ἐξηρημένος, οἷα θρυλὸς  
 ἐπιλημμένος κιστός· πῆ δὲ τὸ τοῖς διδασκαλῶν ἐμμένειν κατε-  
 ρωνεούμενος, ὅποι προσθήκης δέοιτο, καὶ φιλοτιμίας ἀγώνισμα  
 ποιούμενος κράτιστον, τὸν διδάσκαλον ὑπερσεῖν. καὶ γὰρ ὑπ' 15  
 Ἐβνομίον τοῦ καταράτου καὶ τὸ τῆς ἐνεργείας ὄνομα τῆ θείᾳ  
 τριάδι πάλοι παρεισαχθὲν ἐπὶ πονήρῳ τῆς ἐκκλησίας περὶ πλεί-  
 στου καὶ τοῖς εἰκονομάχοις ὕστερον ἐγεγόνει τοῖς οικείοις προσ-  
 B θεῖναι καὶ τοῦτο κακοῖς, καὶ ἅμα τῷ κατόπιν ἐκείνοις ἀκολου-  
 θεῖναι νῦν Παλαμᾶ· καθάπερ καὶ τὸν γύπα φασὶ τὸ θρυλεῖν τὰ 20  
 μὲν ὑγιαίνοντα τῶν σωμάτων παριέναι· ἃ δὲ νοσεῖ, ταῦτα δ'  
 ἀσμένως προσέσθαι. (ς.) Διὸ προσεχῶς μὲν τὰ τοῦ θείου πά-  
 λιν διδασκάλου προενεγκοῦσιν εἰς μέσον ῥήματα, οἷς κατ' Εὐσε-  
 βίου τοῦ δυσσεβοῦς τηρικαῦτα παρῶν ἐκείνος ἐχρήσατο, ἔπειτα

to mutata est, iam prorsus necesse est eam ex generatione ad corruptio-  
 nem et ex esse ad non esse transiisse. Si, ut ait, tota ex toto mutata  
 est, nihil ergo eius residuum mansit. Ergo corpus de medio sublatum et  
 corruptum est; ac neque corpus, neque forma, neque aliud quicquam su-  
 perest. Eo insanias et impietatis illos praecipites egit artificiosa et plane  
 ridicula verborum temeritas." (V.) Haec vir sanctus, decta admodum et  
 sublimia; haec ferme scribebat, cum iconomachiae propugnatorem refuta-  
 ret et evertaret; cum quo et venerabilis Palamas statim refutator et ever-  
 titur, qui eadem scribit et sentit; modo ex illius lingua pendens, velut  
 hedera quercui adhaerecit; modo contemnens ea, quae didicit, et iis stare  
 negligens, ubi aliquid addendum sit, et magistrum superare, tanquam  
 maximum gloriae certamen, sibi proponens. Etenim cum energiae seu  
 operationis nomen, in detrimentum ecclesiae ab impio Eunomio introdu-  
 ctum, olim in divinam Trinitatem invasisset, iconomachi postea impendio  
 curaverunt, ut ad proprios errores hic quoque accederet. Horum vestigiis  
 Palamas insistit, vulturio similis, quam avem ferunt sana corpora prae-  
 terire, cupide autem ad morbosa accedere. (VI.) Postquam itaque ea  
 verba, quibus tunc sanctus doctor contra impium Eusebium praesens usus  
 est, in medium protulerimus, atque ipsa continuo arguments, quibus olim



- καὶ δι' ὧν τοῖς θεοῖς ἐμέλησε κάλυι πατράσι, Βασιλείοις καὶ A. C. 1351  
Γρηγορίοις φημί, τὸν ἀλιτήριον ἐκείνον τοῖς ἀντιθέτικοῖς κα- Imp. Io. Can-  
ταχῶσαι Εὐνόμιον, καὶ ἡμῖν ἀποχρήσειν ὄμαι μῦ πληρῆ καὶ C- tacuz. 5  
κατὰ τῶν τοῦτου σπλάγγων ἐλάσαι τὸ τῶν ἐλέγχων ἐκείνων ἔ- V. 484  
6 φος. (Ζ.) Εὐρίσκομεν οὖν ἐκείνον, παρεῖναι λέγοντα τοῖς ἅπασι  
τὸν θεὸν αὐτόν. οὐ γὰρ ἐνεργεῖα ψιλλῆ φησι κατὰ τινος τῶν πά-  
λαι, τὰ τοιαῦτα ληρωδησάντων, κενῶσαι μὲν τοὺς οὐρανοὺς D  
λεγόντων τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως κατὰ τοὺς καιροὺς τῆς θείας  
σαρκώσεως, εἶναι τε οὐσιωδῶς σὺν ἡμῖν, ἐνεργεῖα δὲ καὶ ἀξία  
10 μόνῃ πρὸς τὸν θεὸν καὶ πατέρα. ἐπεὶ ἕτερον οὐσίαν καὶ ἄλλο  
ἐνέργειαν, ὡσπερ ἐπὶ τῶν σωματικῶς θεωρουμένων, οὕτω δὲ  
καὶ τῷ τοῦ θεοῦ λόγον ἐτίθεντο, ὅπερ τοῖς εὐσεβέσιν ἀπειρηται.  
ἐπὶ γὰρ τῶν ἀπλῶν καὶ ἀσωμάτων ἐν οὐδενὶ διαφέρειν ἴσασιν. οὐ  
γὰρ διοριστέον ταῦτα ἀλλήλων, ἵνα μὴ σὺνθετον τὸ ὑπὲρ πᾶσαν E  
15 ἀπλότητα νοῦτο. οὔτε γὰρ ἡ θεία οὐσία ἀνεέργητος εἶη ἢν ποτε,  
οὔτ' ἀνούσιος ἢ ἐνέργεια. καὶ μετ' ὀλίγα· „οὔτω γὰρ ἢν εὐσεβῶς  
νοηθεῖν ἢ μὲν θεία ἐνέργεια αἰδῖος, μᾶλλον δ' αὐτενέργεια, τῷ  
μὴ διωρισθαι τῆς οὐσίας τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν λόγον  
ἐπιδέχεσθαι διὰ τὴν τῆς ἀπλῆς καὶ ἀσωμάτου φύσεως ιδιότητα.”  
20 (Η.) Ὅρθῶς ὅπως τε κατ' ἕγνος τῷ θεῷ καὶ οὗτος ἔπεται Βασι- F  
λείῳ καὶ ὅλον ἐφερμηνεύει τὰ κείνου, καὶ ὅπως τοῖς κατ' ἕγνος,  
οἷς ἐκεῖνος ἐμάχετο, ἐπομένους καὶ οὗτος ἐπίσης καθύπαξ μαχό-

8. λεγόντων cod. idem fol. 105., λέγεται apogr. Par. 16. οὔτω  
γὰρ etc. Idem cod. fol. 111.

sancti Patres, Basilii et Gregorii, sceleratum Eunomium in suis antirrho-  
ticiis obruere studuerunt; ea nobis quoque satis fore arbitror, ut et hinc  
velut uno gladii ictu in viscera adacto, illis ipsis argumentis confodiamus.  
(VII.) Ille igitur, ut nos comperimus, Deum ipsum ait omnibus praesen-  
tem adesse. „Non enim,” inquit, „simplici operatione, ut veteres quidam  
existimabant, qui ita delirarunt, ut dicerent eum tempore divinae incarna-  
tionis sua hypostasi caelos vacuos fecisse, ac nobiscum substantialiter fuisse,  
operatione autem et dignitate sola apud Deum et Patrem. Nempe illi,  
ut in obiectis corporeis, ita et in Verbo divino aliud substantiam, aliud  
operationem esse stangebant, quod piis non licet; quoniam hi sciunt in sim-  
plicibus et incorporeis nihil ea differre. Quippe haec a se invicem distin-  
gui haud debent, ne quod omnem simplicitatem excedit, compositum esse  
intelligatur. Nam nec divina substantia operatione vacare, nec operatio  
unquam substantiae experta esse potest.” Tum paulo infra: „ita enim pie  
divina operatio, seu potius αὐτενέργεια, aeterna esse intelligetur, quia  
operatio ab substantia non distinguitur, sed eadem definitione continetur,  
propter simplicis et incorporeae naturae proprietatem.” (VIII.) Vides, ut  
hic D. Basilii vestigiis insistit, ac eius fere verba interpretatur? Vides,  
ut assectatoribus eorum, contra quos ille pugnavit, hic pariter totis viri-

- A. M. 6859 **μενος φαίνεται; ὥστε ὁ τὸν ἕτερον λοιδορῶν καὶ θύτερον πάντως**  
 ind. 4 **ὁμοίως λοιδορεῖ. λοιδορῶν οὖν ὁ Παλαμῆς Θεόδωρον ἐκείνον τὸν**  
**μέγαν τῆς ἐκκλησίας προστάτην, ἅτε τοῖς εἰκονομάχοις οὕτω μα-**  
**χόμενον, ὁμοῦ καὶ τὸν μέγαν εὐθὺς λοιδορεῖ Βασιλεῖον· ὁ δὲ**  
**τοῖς θελοῖς τούτοις πατράσι μαχόμενος τοὺς ἐπεροδόξους ἐξ ἀνάγ-5**  
 P. 599 **κῆς, οἷς οὗτοι μάχονται, φαίνεται φιλῶν. ἔστι μὲν οὖν κἀν-**  
**τεῦθεν δῆλον τὸ γε τοῖς τῆς εἰκονομαχίας προστάταις τὸν Πα-**  
**λαμῆν ἐν ἕκαστι ἀεὶ καὶ συνεχῶς ἀκολουθεῖν, ὡς ἔξ ὀρμητηρίου**  
**ἀρξάμενον τοῦ Θαβωρίου φησὶς ὁμοίως ἐκείνοις· καὶ τοῦτ' ἔστι**  
**τὸ αἴτιον, ἀεὶ διὰ στόματος ἄγειν αὐτὸν τὸ Θαβώριον. (Θ.) Ἀλλ' 10**  
**ἐκεῖνο μικροῦ με παρέδραμεν. εἰ γὰρ ὁ τῆς οὐσίας λόγος οὐδὲν**  
**βύτερον ἢ πρῶμά ἐστιν ἀδύνακτον, μὴ δεόμενον ἕτερον πρὸς**  
**ὑπαρξιν, ὡς ὅ,τε τῆς ἐπιστήμης διδάσκει λόγος καὶ ὁ θεῖος**  
**οὗτος διδάσκαλος ἐφθῆ προειρηκῶς, εἴη ἂν καὶ ὁ τῆς ἐνεργείας**  
**λόγος ὁ αὐτὸς, κἂν τοῖς ὀνόμασι διαφέρειν δοκῶσι, πρῶγμα δη-15**  
**λαδῆ ἀδύνακτον, μὴ δεόμενον ἕτερου πρὸς ὑπαρξιν. οὕτω**  
**γὰρ ἂν καὶ ὁ τῆς ταυτότητος σώζοιτο λόγος· καθὰ κάλιν ὁ αὐ-**  
**Κτὸς οὗτος ἐφησεν ἄλλαχού· „εἰ ταῦτὸν εἶεν, οὐ δύο ἂν εἶεν, ἀλλὰ**  
**μία φύσις. ἢ γὰρ σύνθεσις τὸ διάφορον τῶν συντρεχόντων ἕδει**  
**καὶ ἑτεροοῦσία εἶναι δηλοῖ.” (I.) “Ὅτι μὲν οὖν ἐνεργεῖαν καὶ δύ-20**  
**ναμιν καὶ σοφίαν καὶ ζωὴν, καὶ ὅσα τοῖς ἀνθρώποις ἐπεισιν ὀνο-**  
**μάζειν τὸ θεῖον, τὰ τῶν διδασκάλων τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας**  
**δόγματα μὴ διαιρεῖν τῆς οὐσίας ἐπὶ θεοῦ συγχωρεῖ, οὔτε φῶς**

bus pugnat? Qui itaque alteri maledicit, eum constat et alteri simul maledicere. Quamobrem Palamas magno illi ecclesiae defensori Theodoro, contra iconomachos sic pugnanti, dum convitiatur, eodem tempore etiam Magno Basilio convitium facit. His autem sanctis Patribus qui pugnat, eum necesse est heterodoxorum, quibus illi pugnabant, videri amatorem. Et hinc igitur patet, Palamam in omnibus perpetuo et continenter eorum, qui iconomachiae propugnatores fuerunt, vestigia persequi, ab lumine Thaborio, tanquam ab aliquo perfugio, itidem ut illos profectum. Atque haec causa est, cur Thabor ei semper in ore sit. (IX.) Sed me illud paene effugit. Nimirum si substantia nihil aliud est, nisi res per se subsistens, nec alio egens ad existendum, ut et scientia docet, et sanctus iste doctor supra dixerat, erit etiam operationis definitio eadem, etai ipsis nominibus differre videantur: erit, inquam, operatio res per se subsistens, nec alio egens ad existendum. Ita quippe servabitur ratio identitatis, ut ille ipse rursus alibi dixit. „Si idem sunt, ergo non sunt duo, sed unica natura. Compositio enim differentiam indicat eorum, quae simul coeunt, eaque diversae substantiae esse declarat.” (X.) Quod igitur in Deo operationem, et potentiam, et sapientiam, et vitam, et quaecunque nomina divinitati ab hominibus tribui solent, ab substantia distingui non permittat doctrina ab ecclesiae doctoribus tradita, nec lumen dici increatum aliud, praeter

ἄκτιστον ἄλλο παρὰ τὴν θείαν λέγειν οὐσίαν, οὔτε θεότηας τῆς A. C. 1351  
 μιῆς ἐπέκεινα τρισυποστάτου φύσεως, οὔτ' ἀσώματόν τε καὶ <sup>Imp. Io. Can-</sup>  
 ἄκτιστον δύνασθαι γίνεσθαι τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα, εἴρηται. εἰδ <sup>tacuz. 5</sup>  
 δ' ἐπὶ Χριστοῦ τοῦτ' ἀδύνατον, τίς οὕτως εὐήθης ἂν εἴη, ὥστ'  
 βᾶνθρωπον γίνεσθαι λέγειν ἄκτιστόν τινα τῶν πάντων, ἀσώματόν  
 τε καὶ ἄναρχον κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον, καὶ ὅσα τοῖς ἀσεβέ-  
 σιν αὐτονομουμένη γλώττι προῖκα ληρεῖν συγκεχώρηται. οἷς γὰρ V. 485  
 ἐς ἀρετῆς προκόπτειν ἐγγίνεται λόγον, τούτοις οὐκ ἀκτίστοις  
 γίνεσθαι πρόσεστι. πολλοῦ γε καὶ δεῖ. τούναντιον μεντῶν μῦλ-  
 10 λον δεήσειε γενέσθαι κτιστοῖς ἐς τὸ πολλαπλάσιον, ὥς ἄλλοις τε  
 πλείστοις ἐστὶ δεδογμένον καὶ δὴ καὶ Παύλῳ τῷ θεῷ· εἴ τις ἐν  
 Χριστῷ καινῇ κτίσις, ἀνακαινίξεσθαι τὴν πρὸς τὰ κρείττω ἔο-  
 πὴν καὶ ἀντιληψὴν τῶν καλῶν· ἦν δὴ κτίσιν καὶ ὁ θεῖος ἐπιζητεῖ  
 Δαβὶδ, καρδίαν καθαρὰν ἐν αὐτῷ κτίξεσθαι, καὶ πνεῦμα τοῖς  
 15 ἐγκάτοις εὐθὲς ἐγκαινίξεσθαι.

substantiam divinam, nec alias divinitates, praeter unam in tribus perso-  
 nis naturam, nec incorporeum et increatum corpus Christi posse fieri, hac-  
 tenus dictum est. Quod si id in Christo fieri non potest, quisquamne  
 adeo stolidus, ut aliquem ex omnibus hominibus naturali ratione increatum  
 fieri dicat, incorporeumque, et principio carentem, et quidquid impiis  
 lingua effraeni temere et gratis effutire licuit? Nam qui virtutis ratione  
 proficiunt, non ideo ii increati fiunt. Ac multum quidem abest ut fiant.  
 Immo creatos eos fieri tanto magis oporteat; quemadmodum, tum aliis plu-  
 rimis, tum divo Paulo visum est, dicenti: si qua in Christo nova crea-  
 tura sit, propensionem ad meliora et virtutis professionem renovari: cu-  
 iusmodi creaturam divus quoque David requirit, ubi cor mundum creari  
 in se, et spiritum rectum innovari in visceribus postulat.

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

## ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Κ.

# NICEPHORI GREGORAE

## BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER VIGESIMUS.

### ARGUMENTUM.

*Soluta quaestione de lumine Thaborio, Gregoras ad alteram criminationem refellendam transit. De Deo disputare periculosum est. Quid sancti Patres super ea re praeceperint, et quatenus ipsi de Deo disputarint. Gregorius Nazianzenus. Basilius Magnus. Chrysostomus. Athanasius. Isaac Monachus. Ioannes Climacus. D. Paulus. Acta Conciliorum generalium (Cap. 1). Cantacusenus, pauca loquutus, respondendi munus Palamae concedit. Huius imparati, et nihil tale praemeditati, ansietas. Iudicium de Palamae doctrina, stilo, ingenio. Eius auctoritas apud Cantacusenum nimia. In maximas angustias adductus orationem a lumine Thaborio orditur. Operationem et substantiam in Deo differre ait. Qui operationes participant, eos affirmat increatos fieri. Plura increata statuit. Substantiam divinam negat posse participari. Adversarios contemnit. Acta Concilii generalis sexti perperam interpretatur; item verba S. Basilii (2). Quo consilio Palamas D. Basilii et Concilii oecumenici sexti constant, ea non sunt simplicia, sed duplicia. D. Maximus de binario numero. Conclusio (3). Gregoras aeger et icinusus disputandi munus sociis tradit, qui et ipsi commentarios scribere de suis cum Palama certaminibus. Vetera in Barlaamum decreta rursus leguntur. Palamitas ad lumen Thaborium perpetuo recurrunt. De gloria divina impium dogma apud synodum explicant. Orthodoxorum unus indignabundus exclamat. Minis terretur et obmutescit. Concilium dimittitur. Populus in Palamitas saevit. Orthodoxis favet et gratulatur. Hi, quamquam superiores, tamen suam sententiam adversariis approbare non poterunt. Animus principis avarus et durus. Quinam vere iniuriam patientur (4). Pala-*

mas Cantacuzenum adit. In Gregoram et in ceteros orthodoxos acri oratione invehitur. Ut Palamas iussa imperator executus sit. Orthodoxorum diversi affectus, fiducia, trepidatio, moeror (5). Gregoras sese in Concilio iterum sistere recusat. Socios hortatur ad veritatem fortiter defendendam. Illi ut secum veniat, aegre tandem persuadent. Ab imperatore seorsum seductus promissis et aliis artibus tentatur. Proponitur ei quaestio de substantia et operationibus divinis. Testimonium D. Basilii. Respondet Gregoras. Cantacuzenus de nova disputandi ratione in eunda deliberat cum Palama. Episcopum Tyri excludere statuit. Item contumeliis et calumniis orthodoxos terrere. Palamas socios suos advocatum abit (6). Gregoras alique orthodoxi introvocantur. Cantacuzenus minatur gravissima. Eius cum Xerxe, Persarum rege, comparatio. Episcoporum Palamitarum imperitia. Orthodoxi frustra conantur contradicere. Cantacuzeni vultus et verba. Gregoram discipuli timidiore deservunt; alii silent. Gregoras et orthodoxorum episcoporum secessio; quos imperator primum exire vetat; deinde, evadente Palama, abire patitur. Palamitae, egressis orthodoxis, imperatorem adulantur. Quidquid libuit decernant (7).

α'. Πολλῶν δ' ἐπιβρόντων, εἰ μαρτυρίας ἁγίων εἰσάγειν ἐθέ- A. M. 6859  
λοίμεν, οὐθ' αἱ τῆς κεφαλῆς ἀληθῶνες ἐῷσι τανῦν διεξιέναι Ind. 4  
καθ' ἕκαστα πάντα, οὐτ' ἀνάγκη πᾶσα νῦν λέγειν ἀθρόον, A. C. 1351  
Imp. Io. Cantacuz. 5  
P. 600  
ὁπόσα καὶ ταῖς ἄλλαις ἐκείναις ληστρικαῖς συνόδοις ἀκούειν καὶ  
βλέγειν συμπέπτωκεν. εἰρήσεται δὲ κατὰ χώραν γενομένοις ἐκά-  
στων ἅπαντα, προϊόντος ἡμῖν σὺν γε θεῷ τοῦ λόγου. νῦν δὲ  
ἐκέῖσε ἐπάνειμι. (B.) Ἐπεὶ γὰρ δεύτερον ὁ βασιλεὺς ἐκεῖ μοι B  
προσῆγεν ἔγκλημα, τὴν τοῦ θεολογεῖν ἀπαγόρευσιν, τοὺς ἁγίους  
ἕνω καὶ κάτω διαβρόδην θεολογεῖν προβαλλόμενος, οἷς καὶ Πα-  
10 λαμῶν ὑποδείγματι χρώμενον τὰς νέας ταύτας ἔλεγε γράφειν θεο-  
λογίας, ἔπερ ὧν καὶ τὸ οἰκεῖον αἷμα διδόναι μάλα προθύμως ὁ  
ἀβρόπηθς κριτῆς ἰσχυροῦζετο, φέρε καὶ πρὸς τοῦτ' ἀπαντήσωμεν,  
ἔφην ἐγώ. (Γ.) „Ὅτι μὲν δεδιέναι ἡμῶς δεῖν, καὶ μὴ ἐξεῖναι τοῖς C  
βουλομένοις θεολογεῖν, θεῶν πατέρων φασὶ θεσμοὶ καὶ κανόνες,

Si Sanctorum testimonia velim afferre, succurrunt mihi multa. Sed me nec dolores capitis ea nunc sigillatim omnia recensere patiuntur; nec plane necesse est, quaecunque in aliis illis iconomachorum scilicet conciliis, seu potius latrociniis, audita vel dicta sunt, universa simul proferre. Omnia autem Deo iuvante, et singula quidem suo loco, infra dicturi sumus. Nunc ego illuc redeo. (II.) Quoniam ibidem imperator alterum mihi crimen obliciebat, quod de Deo disputari vetarem, idemque Sanctos opponebat, qui de Deo passim et diserte disputarent, aiebatque Palamam eorum exemplo novas illas theologias scriptitare, pro quibus se vel sanguinem suum libentissime effusurum aequus scilicet iudex affirmabat; age, inquam, ad istam quoque criminationem respondeamus. (III.) „Rem esse periculosam, de Deo disputare, nec volenti cuique id licere, sanctorum Patrum scita et

- A. M. 6859 ἴσασι οἷς ἕθος αὐτοὺς μετεῖναι. ὅτι δὲ καὶ μὴ περιεργάζεσθαι  
 Ind. 4 νόμους πατρῶν, καὶ ἅπερ ἐκείνοις θέσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ συμπέ-  
 πτωκεν ὄρια μὴ κινεῖν, καὶ τοῦτο δόγμα καὶ νόμον ἐκείνων εἶναι,  
 οἶμαι τὸν ἀντιροῦντα εἶναι μηδένα, πλὴν ἢ ὅστις τε βούλοιο  
 D γλεῦξ ὑπεύθυνον προῖκα δρῶν ἑαυτὸν ἀνθρωπίνης καὶ ὅς ἔνοχος 5  
 εἶναι ταῖς ἐκείνων οὐ φρίττει ἄραϊς. ἢ πολλῇ μεντᾶν ἁωρία,  
 Πυθαγορείους μὲν πενταετηρικῇ μὲν γλώττης σιγῇ, μακροτέρα  
 δ' αὖ πολλῶ συγκатаθέσει ψυχῆς, τὰ τοῦ διδάσκοντος δέχεσθαι  
 δόγματα· ἡμᾶς δ', οἷς εὐαγγελικῇ συντετράφθαι γέγονεν εὐσε-  
 βεία, μὴ μάλα ἐθέλειν περιεργίας ἀπάσης ὡς πορβήωτάτω τοῖς 10  
 πατέροις ἐμμένειν κανόσι καὶ δόγμασι. ἡδέως δ' ἂν σ' ἐροίμην,  
 P. 601 εἰ πρὶν ἐκείνους θεολογῆσαι, ἕδικεν ἀνθρωπίνην αὐτοὺς συννε-  
 V. 486 νοηκέναι δύναμιν ὑπερβαίνειν καὶ θανάτου μεῖζω κίνδυνον ἀπει-  
 λεῖν ἀθανάτου ψυχῆς τοῖς οὕτως αὐτομολοῦσι πρὸς τὴν ἐγγελη-  
 σιν· καὶ νῦν δεῖ μᾶλλον πείθεσθαι μετὰ τὴν πείραν αὐτοῖς προσ- 15  
 ταχθέν· εἰ δὲ πρὶν πειραθῆναι, δεῖ μᾶλλον ἡμᾶς, ἀμαθεῖς  
 τινὰς ὄντας καὶ μάλα ἀξυνέτους, τῶν ὑπὲρ νοῦν φοβεῖσθαι τὴν  
 πείραν, ὁμοίως ἐκείνοις, μακρῶ σοφωτέροις ἡμῶν καὶ πρὸ τῆς  
 B πείρας οὔσι, καὶ μὴ ἐπιπηδᾶν ἀδεῶς οὕτως τῇ θεολογίᾳ, καθά-  
 περ τῇ γε χλόῃ τὰ βοσκήματα. ἢ γὰρ ἂν ὁμοιον εἶη, ὥσπερ ἂν 20  
 εἰ δέκα τινὲς τῶν ἀπὸ γενέσεως τυφλῶν, ἐκκλησίαν ἀθροίσαντες,

12. Hunc locum Boiv. sic restituit: εἰ πρὶν ἐκείνους [οἷς προσετα-  
 χῆναι, πρὶν πειραθῆναι· ἢ μετὰ τὸ θεολογῆσαι. εἰ μὲν δὴ μετὰ  
 τὸ] θεολογῆσαι, ἕδικεν ἀνθρῶπ.

canones definiunt. Hoc illis notum, qui in iis versati sunt. Quinetiam ne in leges patrias curiosius inquireretur, neve termini, quos illi ecclesiae posuissent, moverentur, ab iisdem Patribus cautum sancitumque est: neque id opinor quisquam inficiabitur, nisi qui gratis velit incurere in publicos risus, quive eorundem Patrum execrationibus obligari non perhorrescat. Absurdissimum sane fuerit Pythagoreos quinquennali linguae silentio, animi autem obsequio longe diuturniori, magistri sui dogmata approbasse; nos vero, sancta Evangelii disciplina a puero institutos, nolle citra ullam curiositatem Patrum decretis ac praescriptis stare. Illud quidem ex te lubens quaesierim, utrum istos putes [ea sanxisse] prius de Deo disputasse, [deinde disputari vetuisse:] ii rem humanis viribus altiorum, et eorum qui sic sponte aggrederentur animae immortalis periculum morte ipsa gravius allaturam, videntur iudicasse: ac iisdem, post experientiam iubentibus, tanto magis nunc obediendum. Si eos censere] prius de Deo disputasse, [deinde disputari vetuisse:] ii rem humanis viribus altiorum, et eorum qui sic sponte aggrederentur animae immortalis periculum morte ipsa gravius allaturam, videntur iudicasse: ac iisdem, post experientiam iubentibus, tanto magis nunc obediendum. Sin antequam experti fuissent, eo magis nos, qui rudes sumus et minime intelligentes, oportet earum rerum, quae intellectum superant, experientiam formidare, exemplo illorum, qui vel ante factum periculum nobis sapientiores fuerunt, cavendumque est, ne in theologiam sic temere insiliamus, ut pecudes in pascua. Perinde quippe fuerit, ac si homines decem, qui caeci nati sint, advocata concione, de eius telae, quam prae manibus habeant, coloribus

περὶ χρωμάτων ἤριζον τῆς ἀνὰ χεῖρας κρόκης, ἕκαστος ἀλη- A. C. 1351  
θεύειν οἰόμενος ἢ κατὰ πάντας. οἶμαι ἂν πάντα τινὰ τῶν ὀρών- Imp. Io. Can-  
των θρήνου καὶ γέλωτος εἰληφέναι σπονδὰς ἐν ψυχῇ, καὶ Δημο- tacuz. 5  
κρίτους ἅμα καὶ Ἡρακλείτους δοκεῖν ἐνταῦθα συνημμένους. τίς  
5 γὰρ οὐκ ἂν ἐκείνους ἐθρήνησε, τῆς τῶν ὀμμάτων οὕτως ἀπρητη- C  
μένους ἀγῆς τὸν ἅπαντα βλον; τίς δ' οὐκ ἂν τὸ Σαρδόνιον ἐπε-  
γέλασε, περὶ ὧν οὐκ ἴσασι διαπληκτιζομένους ἄρτι ὀρών; ὁμως εἰ  
δοκεῖ, τῆς ἐπιπλήξεως μικρὸν καθυφέντες θεωρήσωμεν, ἃ τε  
πρὸς ἀπαγόρευσιν ἡμῖν τοῦ θεολογεῖν ἐπιτάττουσι καὶ ἃ θεολογεῖν  
10 καὶ πῆ καὶ ὅπως δὴ συμπέπτακεν· ὡς ἂν κἀνταῦθα ἴσθμιός τις  
ἦ καὶ Θεμέλιος εὐταξίας ὁ τὰ τῆς γλώττης περιζωννόμενος σκῆ- D  
πτρα, καὶ μὴ τοῦναντίον κανὼν μὲν εὐβουλίας ἀκανόνιστος ἢ  
φιλοτιμία, θεσμός δ' εὐκαιρίας, ἄθεσμος ἀκαιρία. ὅπη γὰρ  
φιλοτιμία τρόφιμος ἀβουλίας, διὰ μυγῶν ἀκαιρίας δραμοῦσα,  
15 τῶν ὀρων καταχορεύει τῆς εὐταξίας, ἐκεῖ καὶ πέρας ἀκολουθεῖν  
ταῖς τῶν πράξεων ἐπιβουλαῖς ἀντιστρατευόμενον, καὶ μάλα γέ τοι  
τῶν εἰκότων. πρῶτος μὲν οὖν ὁ πολὺς ἐν θεολογίαις Γρηγόριος  
τοσοῦτον ἀποδεικνύει πρὸς θεολογίαν τὴν γλώτταν κινεῖν, ὅσον E  
τὴν χεῖρα πρὸς φλόγα πυρός· ὡς καὶ πολλοὺς εἰς παρατήρησιν  
20 λόγους προβάλλεσθαι, ἐν οἷς οὗθ' ἑαυτὸν ἐγχειρεῖν τοῖς περὶ  
θεοῦ προχειρῶς δίδωσι λόγοις, οὗθ' ᾧ θρασέως ἐγχειρεῖν ἂν γέ-  
νοιτο ἀποδέχεσθαι. „οὔτε γὰρ ἐπαινετός”, φησι, „ὁ πόθος· ἀλλὰ  
καὶ φοβερόν τὸ ἐγχειρημα.” εἰσάγει δὲ καὶ Ὀζῶν ἐκείνον, ὃς τῆς

## 16. ἐπιβολαῖς coni. Boiv.

rixentur, vera quisque, magis quam caeteros omnes, dicere se arbitrati  
quod quisquis viderit, is, ut opinor, risum et luctum, velut foe-  
dere sociatos, animo concipiat, ut ibi Democriti et Heracliti in unum  
coaluisse videantur. Ecquis enim istos non defleat, oculorum lumine per  
omnem vitam sic destitutos? Ecquis rursus Sardonium risum teneat, qui  
eosdem nunc cernat de iis rebus, quas ignorant, inter se digladiari? Nos  
tamen, si videtur, paulo minus obtupescentes, consideremus, tum quae  
sancti Patres de cavendis theologis disputationibus nobis praecipiant;  
tum quae, et ubi, et quomodo iidem de Deo disputaverint; ut hic quoque  
formula aliqua sit et fundamentum bonae disciplinae, quo moderandae lin-  
guae ratio innitatur: ac non contra eveniat, ut et boni consilii regula sit  
ambitio nullis regulis adstricta, et opportunitatis norma abnormis importu-  
nitas. Quippe ubi ambitio imprudentiae alumna, per summum opportuni-  
corporeum, et immortale, et aeternum, et bonum, et creandi vim habens, et alia eiusmodi, in Deo substantiales differentias esse dixerimus, quod ex tot rebus constabit, id non simplex erit, sed compositum; quod est extremae impietatis. Vides? (VIII.) At si in his ita se res habet, quidni et in iis, quae duo sunt, pariter dupliciter aliqua et differentia intelligatur, substantiae videlicet subiectae, et operationis, quae illic secundum Palamam diversa res est? Nam quae est duplex, ea nec una, nec simplex, nec principio carens, nec infinita res est, sed composita et finita. (IX.) Ac praeter alios divus Maximus hac de re sic loquitur. „quod est duplex, id nec infinitum est, nec principio carens, nec immobile, neque etiam principium ullius rei esse poterit.” Rursus: „nemo autem, rationis utcumque particeps, infinitum esse illud dixerit, cui aliquid substantia diversum coëxistens vel inexistens intelligitur.” Et paulo post: „etenim si qua ratione, aut si ullo modo aliud quid substantia diversum posse ei comparari diceremus, hoc ipso totius infinitatis totam rationem simul ab eo tolleremus. Quod si infinitum esse illud non potest, cui ab aeterno coëxistat aliquid substantia diversum, nullo unquam modo continget, ut quod duplex est, id sit infinitum.” Et alibi: „nullum ens est principii expers, cui aliud inexistens cointelligitur; nec incircumscriptionum, quo quid prius intelligi potest.” Quod si quis ad ea inquirenda segnior haud fuerit, legat ex centum capitibus, quae hic vir de theologia scripsit, tertium, quartum, quintum



κεφάλαια γ, δ, ε, ζ, πολλὴν τοῖς ῥηθεῖσι διασώζοντα τὴν συμ- A. C. 1351  
 φωνίαν. (I.) Εἰ οὖν μήτε προεπινοεῖσθαι μήτε συνεπινοεῖσθαι Imp. lo. Can-  
 τῆ θείᾳ δύνανται τι ἕτερον οὐσα, πῶς ἕτερον καὶ διάφορον οὐσα C tacuz. 5  
 κατὰ τὸν Παλαμῶν ἢ ἐνέργεια θεότης ἄκτιστος ἂν εἴη, παντὸς  
 5 τοῦ μετὰ τὴν οὐσίαν ἐκείνην συναριθμουμένου τοῖς κτίσμασιν;  
 δ. Ὅτι δὲ μὲ, καὶ πλείω προθυμούμενον λέγειν, ἥκιστα D  
 συνεχώρουν αἱ συνήθεις τῆς κεφαλῆς ἀλγηδόνες (ἣ γὰρ τῶν  
 σπλάγγων δριμύτης, αὐξὴν εἰληφνῖα μακρὰν ἐκ τῶν λογισμῶν  
 ἀγῶνων ἐκείνων, καὶ ἅμα τοῦ τῆς ὥρας κυδματος, καὶ πρὸς γε  
 10 τῆς πανημερίου νηστείας, καὶ ἄγοντα μᾶλα συνάθει σιγῶν· οὐ  
 γὰρ ἐξ ἑωθινοῦ ταῖς Συβαριτικαῖς ἐκείναις τραπέζαις καὶ ἡμεῖς  
 κατὰ τοὺς παλαμναλοὺς ἐνησχολήμεθα, οὐδ' ὅσα Διονύσου πε- E  
 ριγορεύουσι θίασοι διατριβὴν παρέχειν ἐγνώκειμεν, ἀλλὰ παννύχιοι  
 τε καὶ πανημέριοι φροντίδες καὶ θείων κινδυνευόντων μελέται  
 15 δογμάτων τὴν ἡμῶν ἀπησχόλουν τότε ψυχὴν) διὸ καὶ τὸν λόγον  
 οἱ οὖν ἐμοὶ λογάδες ἄνδρες ἐκείνοι διαδεξάμενοι, ὧν τὸν βίον  
 ἔφθημεν εἰρηκότες ἀρετὴν ὁμοῦ καὶ σοφίαν κοσμεῖν, ἄριστό τε P. 613  
 καὶ τελεώτατα διεiléχθησαν, καὶ μᾶλα γενναίαν τὴν ὑπὲρ τῆς  
 ἀληθείας ἐνδείξιν ἐνεδείξαντο. ῥᾶδιον δ' ἔσται κάκεῖνα μανθά-  
 20 νειν τοῖς βουλομένοις ἐξ ὧν κάκεῖνοις γεγένηται ὑπομνήματα.  
 οὐδὲ γὰρ σιγῇ κρύψαντες οὐδ' αὐτοὶ λήθης ἀφῆκαν κληροῦσθαι  
 βυθούς· ἀλλ' ὅσον ὁ τοῦ διωγμοῦ καιρὸς καὶ αὐτοῖς ὁμοίως  
 ἡμῖν συγκεχώρηκε, γραφῇ τὰ τοιαῦτα παρέπεμψαν, καὶ, ὅσον

## 12. ἐς ὅσα conii. Boiv.

et sextum, quae cum supradictis valde consonant. (X.) Si igitur divinae substantiae nihil diversum nec praeintelligi potest nec cointelligi, ecquomodo operatio, quam Palamas aliud diversumque esse dicit, divinitas increata fuerit; cum quicquid posterius est illa substantia, in creaturarum numero sit?

4. Plura me dicere cupientem solitus capitis dolor non sivit. Quippe et viscerum acrimonia, quam illorum certaminum curae, et illius tempestatum calor nimis, simulque inedia toto die tolerata, valde auxerant, quantumvis nolentem me ad silendum compulit. Non enim, ut impii Palamitae, Sybariticis illis mensis mane operati ipsi quoque fueramus; nec in iis, quae Bacchi chorus frequentat, tempus conterendum esse censueramus: sed animum nostrum per illud tempus occupaverant perpetuae diu noctuque sollicitudines, et sacrorum dogmatum in discrimen adductorum commentationes. Itaque illi, quos virtute simul et doctrina ornatos supra diximus, lectissimi viri, qui necum aderant, dicendi munere suscepto, optime et copiosissime disputarunt, ac veritatis fortiter defendendae nobile exemplum ediderunt. Facile autem erit volenti cuique illa discere ex commentariis, quos ii etiam fecerunt. Nam nec ipsi ea silentio pressere, nec obruenda oblivioni tradidere: sed quatenus persecutionis tempus iis quoque permisit, litteris mandaverunt, et ecclesiae mala singuli, quantum li-

- A. M. 6859 ἐφικτόν, τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐξετραγώδησαν ἕκαστος πάθη, μή-  
Ind. 4 B πον καὶ τοῖς ὀψιγόνους αἱ τῶν ἀντιθέτων πλεονεκτήσασαί πως  
διαβολαὶ τὰς ἀπειροκάλους λυμήνωνται διανοίας, οὐ σιδήρῳ καὶ  
πυρὶ καὶ ὄπλοις βαρβαρικοῖς, ἀλλὰ τῇ τῆς πολυμιγοῦς αἰρέσεως  
ἐκείνης κακίᾳ, θάνατον ἀθάνατον τῇ ἀθανάτῳ ψυχῇ προξενή- 5  
C σασαί. (B.) Ἄρτι δὲ καὶ νῦν ἐπιούσα ἡρέμα καὶ κατὰ βραχὺ  
τὰς ἡλιακὰς ἀγῶας ἐπεβόσκετο, καὶ τὰ τῆς ἡμέρας συνέστελλα  
V. 496 κράσπεδα, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων ὀφθαλμῶν τὸ καθαρῶς ἐν οἴ-  
κοις βλέπειν ἀφῆρειτο, καὶ λαμπάδες πυρὸς εἰσεφέροντο, φῶτα  
κτιστὰ κομίζουσαι· καὶ ἅμα ἀνεγινώσκοντο πάλιν, ἃ κατὰ τοῦ 10  
Barlaam ἐκείνου τοῦ Καλαβροῦ περὶ τοῦ Θεοῦ φωτὸς ἐψήφισται  
πάλαι πολὺν τινα χρόνον, κατὰ τὴν σφετέραν αἰεὶ συνήθειαν.  
D μηδὲ γὰρ ἄλλην ἔχοντες ἀποστροφὴν οὐδαμῇ, μηδὲ προκάλυμμα  
τῆς σφετέρας ἤτις οὐδὲν, περὶ τὸ ὄρος ἐκεῖνο διηνεκῶς ἐξ ἀνάγ-  
κης εἰλοῦνται, καὶ συγχῆν παρ' ἐκεῖνο κακοῦργως ποιοῦνται τὴν 15  
ἀναχώρησιν, μὴ λάθῃ ῥοθλοῖς ἴσως παρενεχθέντα σιγῆς τὰ σφίσι  
αἰεὶ τιθηνούμενά τε καὶ γυλακτοφορούμενα τῆς εἰκονομαχίας ὄργια.  
(Γ.) Σιγῆς οὖν ἡμῶν καταψηφισθείσης, καὶ τῶν ἐκεῖ ῥηθέντων  
τὰ πλείω κατὰ τὸ σφίσι βουλόμενον ἐξηγουμένων αὐτῶν, καὶ ἦν  
E ὁ ἐκ Λαμιάσκου φησὶ Ἰωάννης ὑπερτελῆ καὶ προτέλειον δόξαν, 20  
ἐκείνων ὑφειμένην ἀποδεικνύτων εἶναι θεότητα, τῆς Θείας ἐτέ-  
ραν οὐσίας, καὶ ἄκτιστον μὲν καθ' ἑαυτὴν, διαφέρονσαν δ' ἀπει-  
ράκις ἀείρωσ, καὶ ἡλλοτριωμένην ἐκείνης παντάπασι, καὶ ἀνού-

2. κἂν τοῖς conl. Boiv. 13. προκάλυμμα em. Boiv. pro προσκάλυμμα.  
18. ῥηθέντων em. Boiv. pro ῥηθῶν.

cuit, tragice lamentati sunt, ne forte apud posteros calumniae adversarium, postquam superiores quodammodo evasisent, rudis vulgi mentes inficerent, animaeque immortalī non ferro, aut igne, aut barbaricis telis, sed illius miscellaneae haereseos labe, mortem immortalē afferrent. (II.) Iam autem et nox adveniens sensim et paulatim solis lumen absumebat, et extremas diei oras sic condebat, ut in domibus non clare hominum oculi cernerent; iam igniferae lampades allatae creata lumina apportabant, cum rursus lecta sunt ea, quae multo ante tempore adversus Barlaam illum Calabrum de divino lumine decreta fuerant. Hic scilicet illis perpetuus mos est. Nullum usquam aliud diverticulum, nullum nisi hoc cladī suae obtendendum velum habent; adeoque circa illum montem coguntur semper versari, et subinde illuc per fraudem sese recipere, ne forte ea quae iidem usque in sinu foveant et nutriunt iconomachiae Orgia, velut in maris fluctus delata, silentio alto sensim mergantur. (III.) Cum itaque nos damnati silentio essemus, et eorum quae illic dicta fuerant pleraque hī pro sua voluntate interpretarentur; et quam Ioannes Damascenus ὑπερτελῆ καὶ προτέλειον gloriam vocat, isti divinitatem inferiorem, aliam ab substantia divina, ac per se quidem increatam, infinites autem infinite ab illa diversam et omnino alienam, denique substantiae expertem esse dictita-

σιον, ἐτόλμησέ τις τῶν ἡμετέρων, „ὦ ἦλιε,” περιπαθῶς ἀναβοῆ- A. C. 1851  
σαι καὶ „τί ἄν τις (φάναι) φαίη περὶ τοῦ σαρκωθέντος λόγου Imp. Io. Cau-  
θεοῦ, ἐπεὶ γὰρ ὑπὲρ ταύτην οὐ δύναται τι ὑπάρχειν (πῶς γὰρ, tacuz. 5  
ὑπερτελεῖ καὶ προτελείων οὖσαν; τῆς γὰρ ὑπαρτελοῦς οὐδὲν τε- F.  
5 λεώτερον) ἔοικεν αὐτὸν ὑποβεβηκότα καὶ τῆς ὑφειμένης ταύτης  
εἶναι καὶ τῶν κτισμάτων πολλῶν. καὶ λύεται μὲν εὐθὺς τὸ μέγα  
τῆς ἐναύρκου οἰκονομίας μυστήριον, καὶ ἅμα πάντα συλλήβδην  
εἰπεῖν ἐκκλησίας δόγματα· καὶ οὐδὲ ποιητὴν τοῦ παντὸς ἔχει τις  
ἄν ἔτι δοξάζειν ἕτερον, πλὴν τῆς νεωστὶ ψηφισθείσης καὶ δο-  
10 γματισθείσης ταύτης ἀνουσίου καὶ ὑφειμένης θεότητος. καὶ μα-  
ταία λοιπὸν ἢ μέχρι νῦν ὀρθοδόξων εὐσέβεια, καὶ δῆμος ἀγίων P. 614  
ἔφθαρται πως, μὴ συνέντων ἢ κηρύττει Παλαμῆς. τῆς ἀνοχῆς  
σου Χριστέ!” ταῦτ' εἶπε· καὶ πάνυ σφοδρῶς ἐπιτιμηθεὶς ἔπηξέ  
τε καὶ σεσιώπηκεν. ἤκουσε γὰρ, μὴ θεμιτὸν ἐν βασιλείοις εἶναι,  
15 βασιλικαῖς βουλήμασι τε καὶ δόγμασιν ἀντιλέγειν, ὃς τὸν ἐς τὴν  
ὑστεραίαν ἦλιον ἀπαθῆς θεάσασθαι βούλοιο. καὶ πολλῶν δ' ἄλ-  
λων ἐπὶ τούτοις ἐκεῖ λαληθέντων ἐκείνοις κατ' ἔφεσιν ἡγεμονικὴν, B  
ὁ σύλλογος διελύετο, τριταίους αὖθις προσταχθὲν ἐς τὴν ὁμοίαν  
ἐκκλησίαν δεῖν ἀφροισθῆναι ἡμῶς. ἀλλ' ἐκεῖνο μικροῦ με παρῆ-  
20 δραμε. (Δ.) Πρὶν γὰρ δεδυκέναι τὸν ἥλιον, ἡρέμα καὶ κατ' ὀλί-  
γους ὁ δῆμός τε ὑπέξῆσαν καὶ ἅμα ἐπὶ τούτοις καὶ σὺν τούτοις,  
ἴσον τῆς πόλεως ὄψις ὑπῆρχε, σύνδυο καὶ σύντρεις λεληθότως

## 8. Exoi coni. Boiv.

rent; quidam ex nostris, animo vehementius commoto, exclamare ausus est: „O caelum! equid igitur de incarnato Verbo Deo dicendum erit? Quando enim haec nihil potest supra se habere (quomodo autem possit, quae super omnia et prae omnibus perfecta est? nam quae est summe perfecta, ea nihil est perfectius) apparet eum maiori subeasse, inferiorisque esse divinitatis, et creaturam unam de multis exsistere. Atque ita statim tollitur magnum incarnationis mysterium; tolluntur omnia, simul quasi collecta, ecclesiae dogmata; nec iam huiusce rerum universitatis conditorem alium agnoscere est, praeter istam, novis decretis nova doctrina constitutam, substantiae expertem, et alteri subiectam divinitatem. Proinde inanis est ea, quae hactenus vixit, orthodoxorum religio: deletur ipse quodammodo exercitus Sanctorum, qui ea quae Palamas praedicat non intellexerunt. Proh tuam, Christe, patientiam!” His dictis, gravissime correptus est, exterritusque obmutuit. Nimirum haec illi vox reddita: non licere ei, qui solem postera die incolumis vellet adspicere, principum voluntati decretisque in mediis palatiis refragari. Cum autem et alia multa ibidem ab illis, prout principi libebat, dicta essent, Concilium dimissum est ea lege, ut triduo post ad similem concionem rursus convocati adessemus. Sed illud paene me praeteriit. (IV.) Ante solis occasum sensim et paulatim plebei, tum post eos et simul cum ipsis viri totius civitatis spectatissimi, bini ternique clam elapsi, domum se receperunt. Hi transendo ac circum-

- A. M. 6859 ὑπεξιόντες, ἀνεχώρουσαν οἴκαδε· οἱ δὲ καὶ τραγῆ τῆ φωνῆ, δύν-  
 Ind. 4 **C**τες τε καὶ περιιόντες, ἐκήρυττον ἅ τ' εἶδον ἅ τ' ἤκουσαν· ὡς  
 ἀκουσθῆν ἐν βραχεῖ καὶ θεατρικὴν γενέσθαι πάσῃ τῇ πόλει τὴν  
 μετ' αἰσχύνῃς ἦσαν τοῦ Παλαμῆ, καὶ οἵτινες εἰεν δμοδόξοι  
 τουτωῶ, καὶ ἅμα τὰς αἰτίας, δι' ἃς ἠττήθη τε καὶ ἠσχύνθη. 5  
 ὄθεν τῶν δικιῶν ἐκθέοντες, ὡς ἔτυχον ἕκαστοι, φύρδην εἰπεῖν,  
 ἄνδρες, γυναῖκες, ἁμοῦ καὶ παισὶ, τὰς τε παρόδους καὶ τὰς  
 Δτριώδους συγχοὶ καὶ σκοράδην καὶ ἀναμιξὲ διελάγχανον, ἄλλοι  
 κατ' ἄλλα μέρη τῶν ὁδῶν συνιστάμενοι, καὶ ἐποπτεύοντες καὶ  
 ἀνερευνῶντες ὅστις εἴη ὁ Παλαμῆς, ἐπιέμενοι τοὺς ὁδόντας ἐμ- 10  
 πῆσαι τῷ τολαιπῶρω, ὅτι τὰ πάτρια τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας  
 V. 497 καταλύειν τολμῶν δόγματα· καὶ ἅμα συγχοῖς ἀναθέμασι καθυ-  
 πέβαλλον, ὡσπερ ἀπὸ συνθήματος ἄπαντες· ὡς ἐκείνον, δει-  
 σαντα μὴ διασπαραχθῆ περιφανῶς οὕτωσι, συσταλῆναι τε τὴν  
 Ἐταχίστην καὶ ἀποκρῦψασθαι. τῶν δ' ἄλλων, ὅστις ἔγνωσται 15  
 σαφῶς τῆς ἐκείνου φαρίας ὦν, χωρὶς πληγῶν οὐδεὶς ἀπηλλάτ-  
 τετο, πλὴν ὅστις ὑπόκρισιν ἑτέρου προσώπου λαμβάνων ὁμοίως  
 τοῖς ἄλλοις ἀναθέματι καὶ ἀραῖς Παλαμῆν καὶ αὐτὸς καθυπέ-  
 βαλλε. καὶ μὲν δὴ κατόπιν ἡμῶς ἐπιόντας τοῖς ὕμνοις ἐγέραιρόν  
 τε καὶ ἑστεφάνου, ὡς τῆς πατρίου δόξης καὶ εὐσεβείας ἀθλη- 20  
 F τὰς καὶ προβόλους καὶ ῥᾶστα δὴ τὸ ζῆν ἑτοιμοὺς προτεσθαι  
 λαμπρῶς ὑπὲρ τῶν κειμένων ἄνωθεν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας  
 δογμάτων. (E.) Καὶ ὁ μὲν τῆς πρώτης ἡμῶν ἡμέρας ἐκείνης  
 πλοῦς οὕτω καλῶς καὶ σὺν ἀσφαλείᾳ διήνυσται, τῆς τοῦ Θεοῦ  
 δεξιᾶς οὐρανοῦ τὴν τῶν ἡμετέρων ἀγῶνων ὀλκάδα καὶ κύμα 25

eundo, quae viderant et quae audierant, clara voce nunciabant. Sic brevi tempore aures totius urbis pervasit, et spectaculum publicum fuit, victi Palamae et sectatorum eius ignominia: tum quas ob causas victus ac pudore confusus fuisset, divulgatum est. Itaque domibus exsistentes, ut fors tulit, singuli confuso ordine, viri, mulieres, pueri, vicos et compita frequentes, rari, promiscui, inter se partiebantur, et alii aliis vicorum partibus inessis, quisnam esset ille Palamas explorabant et curiose investigabant, atque illi infelici, quod sanctae Dei ecclesiae patria dogmata reacindere auderet, dentem infestum infingere cupiebant: eundemque omnes, velut de compacto, exsecrabantur, multoque et crebro anathemate percellabant. Unde ille, veritus ne sic palam discerperetur, celerrime se subdixit et occuluit. Caeterorum, quos de eius sodalicio esse constitit, plagarum expers nullus effugit, nisi qui, persona alia per simulationem induta, Palamam ipse quoque aliorum exemplo devovisset et anathema esse iussisset. At nos, qui pone sequebamur, tanquam patrii dogmatis Fideique athletas ac propugnatores, atque ut vitam pro antiqua ecclesiae Dei doctrina effundere paratissimos, laudibus remunerabantur et coronabant. (V.) Ita primi illius diei cursum prosperum et inoffensum peregitimus, nostram in iis certaminibus navim Dei manu gubernante, et fluctus quoscun-

πᾶν ἀντιβαῖνον ἰσχυρῶς ἀποτρεπομένης. πολλαῖς γὰρ χειμῶνων A. C. 1351  
 ἀντιπινολαῖς περιτυχόντες, ἀρχοντικῶν τε καὶ ἡγεμονικῶν, πολ- Imp. Io. Can-  
 λαῖς δ' ἐμπεπτωκότες πειρατῶν εἰπεῖν ἐφεδραῖαις, πρεσβυτέρων, tacz. 5  
 ἐπισκόπων τε καὶ τῶν τοιούτων (ἐὼ γὰρ τῶν γε παραβομβούν- P. 615  
 5 τῶν κολάκων τὸ πλῆθος) ὑπερέσχομεν ζῆν γε θεῷ, κινδύνου  
 παντὸς καταπεπλευκότες ὑπέρτεροι. εἰ δὲ μὴ καὶ τοὺς ἀνδιστα-  
 μένους αἰσθῆσθαι πεπείκαμεν, καὶ ἀνανῆσαι, καθ' ἕπερ ἐκ μέθης  
 μεγάλης, τῆς πλάνης, καινὸν οὐδέν. κύριοι γὰρ ἡμεῖς οὐ τῆς  
 τῶν ἀλλοτριῶν γνώμης, ἀλλὰ τῆς πρὸς τὸ τοῦ ζήλου καλὸν ὄρ- B  
 10 μῆς καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας λόγων· τῶν δ' ἐντεῦθεν ἀπο-  
 βαινόντων, μόνη καθάπαξ ἡ δυναστεύουσα κρίσις ἅμα καὶ χεῖρ.  
 ταύτην δ' εἰς ἀντίπαλον τῆς ἀληθείας μοῖραν ἀποδράγεισαν ὄλο-  
 σχερῶς, καὶ τῷ χρόνῳ βεβαιωθεῖσαν, σιδηρῶν τινα καταστῆναι  
 15 ζυμπέπτωκε καὶ ἀνεπίστροφον ὄλωσ εἰς τὴν τοῦ κρείττονος φύ-  
 σιν. οὐ γὰρ δικαιοσύνης ἄσκησις, οὐδ' ἐπιστήμης κανόνες, ἀνε- C  
 χύλκευσάν τε καὶ οὕτως ἐσφυρηλάτησαν, ἀλλ' ἐριννύες κακοδαί-  
 μονες καὶ πονηρῶν Τελγίνων θίασος. τὰ μὲν γὰρ ἀπὸ δικαίως  
 ἀρχόμενα ῥίψης καὶ εὐπαγοῦς μονιμώτερον καὶ τὸ ἄνθος φυλάτ-  
 τει, καὶ οὐ ῥῆστα θορυβούμενον ὑφ' ἡλιακοῦ τινος καύσωνος·  
 20 τὰ δ' ἀσθενῆ καὶ ἀδόκιμον ἔχοντα τοῦ καλοῦ τὴν ἀρχὴν ἐν μέσῃ  
 τῇ ἀναδρομῇ μαραινομένην ὡς τὰ πολλὰ τὴν τῆς ἀρετῆς ἀκμήν D  
 καταλείπει. διότι ἐκεῖ μὲν αὐτοφνεῖς τινες καὶ αὐτόχθονες τοῦ  
 καλοῦ συνοικοῦντες τρόποι πρόδρομον κήρυκα τὴν τοῦ ἀνθους

que oppositos fortiter depellente. Tametsi enim multae nobis procellae a principibus et ab imperatore, ventis quasi reflantibus, obiectae sunt, atque in multas, ut ita dicam, praedonum insidias incurrimus, presbyterorum dico, et episcoporum, aliorumque eiusmodi (omitto adstreptentium adulatorum turbam); tamen, Deo iuvante, ex omnibus periculis emersimus, et appulsa ad portum navī superiores evasimus. Quod si adversarii non persuasimus, sic ut sensum acciperent, et ex errore, tanquam ex magna ebrietate, ad bonam frugem se reciperent, nihil mirum. Quippe penes nos est non voluntas hominum dissidentium, sed eius quae zelo inest laudis studium et veritatem defensura oratio: eventus autem ex iudicio et manu principis praepotente omnino pendent. Porro a veritatis partibus avulsus ille, et adversae factioni addictus, sic tempore obfirmatus est, ut ferreus quodammodo evaserit, et ad melius institutum convertere se haudquaquam curet. Neque enim cum aequitatis ratio explorata, aut aliqua scientiae regula, sed Furiae infelices, et malorum geniorum thiasus, talem reconflarunt, et velut malleatum indurarunt. Quae videlicet ex radice oriuntur bona et solida, eorum flos diuturnior, aestivi solis ardore haud facile affigitur. Quae autem infirmam et minus generosam habent pulchri bonique originem, ea plerumque in medio progressu marcescentem virtutis florem deserunt. Itaque illa quidem ingenuas et indigetes quasi virtutes socias habent, quae evidentibus praesagiis latentem generositatem declaran-

- A. M. 6859 *αὐτάρκη παρέχονται βλάστην, ἐκ τῆς προφανοῦς οἰονεὶ ματικῆς*  
 Ind. 4 *τάφανοῦς τὴν εὐγένειαν ἐμφανίζοντες. ἐνταῦθα δ' ἀχορήγητον*  
*ἔχουσαι ῥίζαν ἀγαθῶν πηγῶν ἀφθονίας; αἱ τοῦ ψεύδους αὐλα-*  
*κες, βραχὺ φανεῖσαι, λοιπὸν ἀπεκρύψαντο. τὸ γὰρ ἀπ' εὐνοίας*  
 E *καὶ δικαίου πηγαζόμενον ζήλου, εἰ μὴ προσηκόντων ἐπιτυχῆς κα-*  
*τασταίῃ, ἀδικεῖται μὲν οὐκ αὐτό· ἀλλ' ὅς τὰς τῆς δίκης μὲν*  
*λαχῶν διενθύνειν πλάστιγγας, ἔπειτα τῆς τοῦ προσήκοντος ἀποβ-*  
*ράγεις φαντασίας, οὐκ ἐνέμεινεν οἷς ἔστρεψεν.*
- P. 166 *εἰ. Ὁ μέντοι Παλαμῦς περίφοβον ὄλην ἐκείνην τὴν νύκτα*  
 V. 498 *διενεγκῶν, καὶ μάλιστα πεφροντισμένην, ἅμα ἔω ἀπῆε ἐς τὰ 10*  
*βασιλεια, ὕβριοπαθῶν καὶ μανίας μεστός· καὶ τῷ βουσιλεῖ πα-*  
*ραστάς γλώττης ἀσελγεία τὸ μαινόμενον ἐδημοσίευσεν τῆς ψυχῆς,*  
*τά τε χθρὲς αὐτῷ συμπεσόντα περιπαθῶς ἀφηγούμενος καὶ πρὸς*  
 B *πάντας θυμοὺς ἐκτριπίζων αὐτοῦ καθ' ἡμῶν τὴν ψυχὴν· καθά-*  
*περ θαλάττης πρόσσωπον, ὁπότε βαρὺς καὶ μαινόμενος ἀπαρτίας 15*  
*ἐνσκήψεεν ἐκ' αὐτὴν, αἰτίους ἡμῶς ὁμοσε προφασιζόμενος γε-*  
*γενῆσθαι τῆς τῶν Βυζαντιῶν ἐκείνης φορᾶς κατ' αὐτοῦ. (B.) Καὶ*  
*„εἰ μὴ διανοστῆναι βούλοιο πρὸς ἐκδίκησιν,“ φησί, „κατὰ τῆς*  
*βασιλείας αὐτῆς αὐτίκα μάλα τὸν κίνδυνον ἤξειν προσδόκα. οἶσθα*  
 C *γὰρ, οἶσθα σαφῶς, ὡς ἄπερ ἐμοὶ νενομίσται περὶ πίστεως καὶ 20*  
*δογμάτων, ταῦτα πάντως καὶ σοί. ἔω γὰρ λέγειν λοιδοριῶν καὶ*  
*χλευασμῶν, εἰρωνείας μεστῶν, ὁπόσοι πολλοὶ καὶ ποικίλοι παρὰ*  
*τὰς ἀγνιὰς καὶ πλατείας ἀκρατῶς καλινδοῦνται, μακρὰν ἡμῶν*  
*τὴν ἀσέβειαν ἐγκαλοῦντες, καὶ τῆς ὄλης πίστεως ἐμφανῆ παρα-*

tes, florem exuberantem, velut praecurrentem nuncium, praemittunt: haec vero, quia fundus mendax bonorum fontium uberem copiam radici non sufficit, aliquantisper visa assurgere omnino demum evanescent. Enimvero quod ex animo bene affecto et ex zeli iustitia tanquam fonte profluit, id si successu legitimo careat, ipsum quidem iniuria minime afficitur: sed qui lanceas iustitiae moderandas sortitus, vera ratione excussus est, nec in iis quae probaverat perseveravit, is vere iniuriam patitur.

5. Caeterum Palamas, totam illam noctem maximo metu et gravissimis curis anxiam cum traduxisset, orto statim die in palatium abit, indignabundus et furoris plenus, ad imperatorem accedit, animum furentem impudentibus verbis prodit, quae heri sibi acciderint dolentissime narrat; atque ut Aquilo violentus et insanus irruens agitat faciem aequoris, ita hic omnes iras afflando animum illius ventilat, ob eam scilicet causam, quod Byzantii nostro instinctu illam in se irruptionem fecerint. (II.) Ac, „nisi te,“ inquit, „erigas et ad ultionem accingas, in ipsam statim imperatoriam maiestatem periculum invasurum esse exspecta. Scis quippe, tuam profecto, quae de Fide et dogmatis opinio mea est, eandem prorsus tuam quoque esse. Nam convitia et plenas ludibrii cavillationes silentio praeterco, quibus multis et variis per ipsas vias et plateas intemperanter adversarii indulgent, magnam nobis impietatem et Fidei totius apertam viola-

σπόνθησιν. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἐστιν, ἐμοὶ μαχομένους σοὶ γ' εὐ- A. C. 1351  
 νοεῖν· οὐδ' αὖ τοῖς ἐμοῖς ἀντιλέγοντας δόγμασιν ἅμα συνα- Imp. Io. Can-  
 ρεσθαι σοί. σὺ δ' εἰ μὴ πρὶν, ἀλλὰ νῦν ὕπερ γούν ὀρθῶς τῶν tacuz. 5  
 ἐμῶν βουλευμάτων ἐκείνων μεμνήσῃ. ἢ οὐδὲ λόγων ἐγὼ σοὶ προῦ- D  
 5 λεγον οὐδὲ μικρῶν γούν μεταδιδόναι χρή σφισι καὶ παρῳήσιας;  
 ἢ πόθεν ἄλλοθεν παμπληθὲς κελίηται καθ' ἡμῶν, καὶ τίς εἰς  
 τοσαύτην καὶ τοιαύτην κακίαν ἐξέμηνε τὴν ταχίστην, μὴ μόνον  
 ὀπόσον τοῦ δήμου, ἀλλ' ἤδη καὶ ὅσον ὄψιν ἔχει τιμῆς τε καὶ  
 γένους εὐκλεεστέρου; οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ἢ τῆς τοῦ Γρηγορίου  
 10 μακρογγορίας ἐκείνης, οὐδὲν γαληνὸν οὐδὲ λειον ἐχούσης, ἀλλὰ E  
 πολὺ μὲν καὶ ποικίλον, καὶ οἶον εἰπεῖν ἀκανθῶδες ὄλον, τῆς  
 περιουσίας τὸ ὑπέρπον ἀπεμφαινούσης· δημοτεροῦς δ' ἄλλως,  
 καὶ πρὸς γε τὸ δημιουργικώτερον εὖ συγκαμμένης, καὶ συνανα-  
 χρωνυμένης ἡρέμα πρὸς τὴν πλὴν ἡμῶν τῶν ἄλλων θέλῃσιν. ἢ  
 15 πῶς οὐκ ἂν εἰς θάρσος ἐπήρτο περιφανῶς, οὐδὲν ἀντιβαίτων καὶ  
 βλαιοῖν φάσκοντά σε θεώμενος, οὐδὲ δρώντα μηδὲν κατὰ τῆς P. 617  
 παρῳήσιας καὶ τῶν ἐλέγχων ἐκείνων, καὶ ὅσα μεταξὺ χαριεν-  
 τίσματα προῦφερε, κοινῇ κατειρωνευόμενος ἄπνυτας καὶ σκώ-  
 πτων εἰς ἀμαθίαν, καὶ μηδὲν ἐκ τοῦ ἥττονος φάσκων; ἀλλ' ὄλον  
 20 τὸν λόγον κατατεινὼν δόλιχον ἀδεῶς καπὶ γλώττης συχρὰ πα-  
 ρεισκευκλῶν ἐκ τοῦ μείζονος τὸ πάτριον σέβας τῆς πίστεως, καὶ τὸ  
 μὴ χρῆναι κινεῖν πατέρων ὄρια, μὴδ' εὐαγγελίζεσθαι τῶν κυρω- B

2. αὐ τοῖς em. Boiv. pro αὐτοῖς.

tionem exprobrantes. Neque vero fieri potest, ut qui mecum pugnant, ii  
 tibi bene velint, nec qui meis dogmatis contradicunt, socios ii se tibi ad-  
 iungant. At tu, si non antehac, saltem nunc demum mea illa consilia recte  
 recordaberis. Nonne ego illud te praemonueram, ne pauca quidem dicendi  
 liberiusve proloquendi copiam iis fieri oportere? Undenam vero, nisi inde,  
 quamplurimi in nos consurrexerunt, aut quo instigante tot talesque furias  
 celerrime conceperunt non solum plebei, sed et quotquot dignitate ac  
 generis gloria conspectiores sunt? nulla certe alia re impulsi, nisi illa  
 Gregorae oratione perlonga, quae nihil lenae aut aequabile habuit; sed  
 quae multiplex et varium et velut salebrosam exhibuit, quidquid subtilius  
 cogitatum sub ipsis verbis latebat, et quasi subrepebat; alioqui tamen ad  
 vulgus deliniendum et ad captandum populi favorem accommodata, atque  
 ad omnium voluntatem, praeterquam ad nostram, assensim conformata.  
 Quidni autem ille aperta audacia elatus fuisset, qui te nihil contrarii, nihil  
 duri sen dicere seu facere videbat adversus illam dicendi libertatem, illas-  
 que refutationes, et quaecunq; false dicta intermiscuit, cum omnes simul  
 cavillando iocandoque ut indoctos irrideret, ac nihil sic loqueretur ut in-  
 ferior, sed absque ullo metu totam orationem longius produceret, et pa-  
 triam Fidei reverentiam, tanquam superior, in ore haberet et subinde ite-  
 raret; auctorque esset, ne termini a patribus constituti moverentur, aut  
 praeter illa, quae sancta et recepta essent, alia evangelizarentur; sed ut

- A. M. 6359 *Θέντων και παραληφθέντων ἕτερα, ἀλλ' ἐκείνοις μόνοις ἐμμένειν*  
 Ind. 4 *και στέργειν τὸν ἅπαντα χρόνον, ὅς τε ζμαθέ τις και ἐπιστώθη*
- V. 499 *πρὸς τῶν ἀποστολικῶν κανόνων και θεισμῶν. και τί δει πάντ'*  
*ἐκεῖνα λέγειν καθ' ἕκαστα; ἴσασι γὰρ ἅπαντες, ὅποσοι τοῦ θεά-*  
*τρον γεγύνασιν ἐκείνου μεστοί, πῶς ἐκείνην σχεδὸν ἀνάλωσε τὴν 5*  
*Σήμεραν, ἐν ἀπλότῃτι λόγων ὑποκαθημένην τε και ὑφέρουσαν*  
*οἰονεὶ προλοχίζων και περιμιγνὸς περινοιαν, και τὰ μὲν οικεῖα*  
*ἐξαιρων, τῶν κειμένων ὄρων δῆθεν ἐξιόντα οὐδαμῆ, πασῶν δὲ*  
*και παντοίων γεμούσας ἐκτόπων ἐπιεικῶς ἀποφαίνων βλασφημιῶν*  
*τὰς ἐμὰς συγγραφάς· ὡς πάνθ' ὁμοῦ λαμπρῶς ἐκδημαγωγῆθη- 10*  
*ναι τὰ πλήθη· παροξυνθῆναι δ' ἅπαντας καθ' ἡμῶν, ὅσοι τε*  
*τῶν εὐπατριδῶν και ὅσοι τῶν ἄλλως ἐχόντων. ἀλλ' ἄγε δὴ, με-*
- D *ταπειμψάμενος πάντας ἀγορανόμους ὁμοῦ και δημάρχους, κέλευε*  
*μαστιγίας ἐκείνους ἅπαντας ἀποδειξάι ταχέως, και τῶν ἱματίων*  
*γυμνοδς, και ἅμα πάσαις και παντοδαπαῖς ἐγκεκλεισμένους εἰρ- 15*  
*κταῖς, ὅσοι τοῦ σύρφακος ὄχλου τυχόντες οὐκ αἰδοῦνται τοῖς*  
*ὑπὲρ δύναμιν ἐγχειροῦντες, ἵνα μονότροπὸς τις ἅπασι γένηται*  
*φόβος· ὥστε τῆς ἀγοραίου και θεατρικῆς παρῆρησίας τὴν ταχι-*  
*στην ἀποσχομένους πρὸς τὴν ὠρισμένην ἕκαστον ἐπέγεισθαι τοῦ*
- E *βίου τελευτῆν οὕτωςί. κάπειτά σοι δεδογμένον ἔστω, και προῦρ- 20*  
*γαίτατον ἁπάντων μάλιστα, συνέδριον ἅμα τῷ πατριάρχῃ τῆ-*  
*μερον πάντων ἐνταῦθα γενέσθαι τῶν ἐπισκόπων. ἅπασι γὰρ ἐπὶ*  
*ξυροῦ τὰ τῆς καταδίκης ἐπίσης ἴσταται, συλλειτουργοῖς και ὁμό-*  
*φροσιν ἅπασιν οὖσιν ἡμῖν· και χρῆ πᾶσιν ἐπίσης φροντίζειν ὑπὲρ*  
*σφῶν αὐτῶν. εἰ δὲ τινες, εὐλαβείας προφάσει, τῆς ἡμῶν ὁμο- 25*

ea sola perpetuo observarentur et approbarentur, quae quisque didicisset, et quorum fidem ex canonibus et constitutionibus Apostolorum firmam accepisset. Quid vero necesse est omnia et singula recensere? Quicumque illo spectaculo se expleverunt, ii sciunt quomodo ille diem fere consumpserit; occultam et clam subrepentem solertiam in simplicitate sermonis quasi insidiatricem collocans et interserens; ac sua quidem verbis extollens, utpote extra constitutos fines nequaquam evagata; mea autem scripta quibuslibet et cuiusquemodi absurdis blasphemis plena utique affirmans. Sic totam multitudinem facili sibi mancipavit; et quoscunque patricios ac diversae conditionis homines in nos irritavit. Agedum Aediles et Tribunos plebis omnes arcesse, tum quotquot de infima plebe non verentur captu suo altiora affectare, quamprimum vestibus exutos, et quolibet passim carcere inclusos, verberibus caedi iube. Ita omnes unus et simplex metus continebit. Ita publica et aperta audacia statim abiecta, praescripta quisque vitae munia studebit implere. Deinde sic statuito, et ante omnia operam dato, ut omnes hodie episcopi cum patriarcha huc conveniant. Periculum quippe evidens et praesens omnibus pariter impendit, ne condemnentur, quoniam ii omnes nobiscum faciunt et sentiunt: adeoque omnes oportet sibi ipsis aequali sollicitudine consulere. Quod si qui per speciem



*νοίας ἀπορρήγνυσθαι πάνυ τολμῶεν, τάχιστ' ἂν σοῦ βουλομέ-* A. C. 1851  
*νου τῆς σφετέρας αἰσθοῖντο κακοβουλίας. οὔτε γὰρ ἐκείνους* Imp. Io. Can-  
*ἔξουσιν οὐς εἶλοντο φίλους, καὶ ἅμα οὐς ἔχουσιν, ἀπολωλέκεναι F* tacuz. 5  
*σφίσι δεήσει· μᾶλλον δ' ἂν ἔχουσιν ἐπισκοπῶν στερηθῶσιν, καὶ*  
*ἅμα τῶν προσδοκωμένων ἀπὸ σοῦ λημμάτων ἥκιστα ἐπιτεύξον-*  
*ται· καὶ πρὸς γε ὧν ἀποτυγχάνουσι οὗτοι βλέποντες ἀντιλαμβα-*  
*νομένους ἑτέρους, ἀποπνιγῶσιν ῥῆστα τοῖς ἐκτόποις κέφεισι*  
*τῶν λογισμῶν· καὶ ἡ μεταμεληθέντες ἐμπειρίας τοῖς ἄλλοις*  
*ὑπόδειγμα πρὸς τὸ βέλτιον ἔσονται· ἡ τῇ κακοβουλίᾳ στοιχή-*  
*σαντες, ἤπερ εἶλοντο, ταύτῃ καὶ συμφθαρήσονται, γεγονότες P. 618*  
*εἰς ἀβάτους ἐρημίας ἐξόριστοι. ταύτην ἔγωγε μόνῃν ὄρω τὴν*  
*ὁδὸν, ἐπιρῶσαι μὲν ἱκανὴν τὰ ἡμέτερα, τὰ δὲ τῶν ἀντιθέτων*  
*ῥαδίως κατενεγκεῖν. εἰ γὰρ ἀνίσχυροι τήμερον ὑφ' ἡμῶν οὕτωσι*  
*καθιστάμενοι παρανόμων γράφονται ἡμᾶς, εἰ χώραν ἔξουσι τοῖς*  
*15 προβαλλομένοις ἐγκλήμασι καὶ θρόνων καὶ τιμῶν ἀπελαύνειν*  
*ἡμᾶς, ποῦ οὐκ ἂν αἰσχύνῃς ἐλάσεις τὰ ἡμέτερα, ποῦ δ' οὐκ ἂν B*  
*ὄφρως καὶ τύφον τὰ σφέτερα αὐτῶν; ἡ πολλὰ μετᾶν εἴη ῥα-*  
*θυμία, καὶ θανάτου φάνας γέλτων κομιδῆ, περιορᾶν καθημένους*  
*ἡμᾶς οὕτωσι ἀργούς, καὶ τὰ μέγιστα περὶ ἐλαχίστου τιθέντας,*  
*20 μὴ πρὶν ἢ πᾶν τι παθεῖν, ἀντιπεριώγειν ἐκείνοις ὄλη δυνάμει*  
*τᾶγκλήματα καὶ τοὺς ἐντεῦθεν κινδύνους, ἡμᾶς δὲ καθεσθαι*  
*κριτὰς ἐκείνων καὶ ἄρχοντας, καὶ ὅπερ ἂν ἡμῖν δόξειε, τοῦτ' C*  
*εἶναι σφίσι νόμον καὶ δόγμα, καὶ πᾶν ὅστις ἂν ἡμῖν αὐτοῖς ἐπι-*

## 5. ἀπό Boiv. pro ἐπό.

*metus, rupto concordiae vinculo, plane a nobis conentur discedere, ii, si*  
*velis, imprudentiam suam cito agnoscent, qui nec illos, quos amicos dele-*  
*gerint, habituri sunt, et ils, quos nunc habent, amissis necessario carebunt.*  
*Immo et episcopatibus, [quos possident, spoliabuntur, et sperata ex te*  
*emolumenta minime consequentur: et cum alios videbunt ea percipere,*  
*quorum ipsi possessione exciderint, dolore oppressi dirumpentur; atque*  
*aut poenitentiam agentes, exemplo aliis praeibunt, ut quid sit melius co-*  
*gnoscant; aut si in eo, quod amplexi fuerint, malo consilio perseveraverint,*  
*in invias solitudines relegati, cum suo illo malo consilio male peribunt.*  
*Hanc ego viam solam reperio corroborandis rebus nostris, adversariorum*  
*autem partibus deprimendis parem. Nimirum hi, si hodie, viribus per nos*  
*ita imminutis, reos nos agunt; quid si obiectis criminibus facultatem habi-*  
*turi sint nos sedibus et dignitatibus expellendi? quanta quasso ignominia*  
*nostra futura est, quantum illis supercilii et arrogantiae accedet! Gravis*  
*certe torpor et proximus morti fuerit, si sic ignavi desidendo, et quae*  
*maxima sunt minimi faciendo, res nostras despiciamus, ac non, priusquam*  
*quidvis ipsi patiamur, crimina et imminetia inde pericula in eos totis*  
*viribus adnixi retorqueamus: ut eorum iudices et praesides sedeamus, ea-*  
*que illis lex sit, illud placitum, quod a nobis decretum fuerit: denique ut*

- A. M. 6859 κλώσειε πεπρωμένη και τύχη, τοῦτ' εἶναι στερεῶν τῶν σφίσι  
 Ind. 4 πραγμάτων κρηπίδα και ἀμετάκλωστον βλου παντός ἐφοδίου." (Γ.) Καί ταῦτα μὲν οὕτως εἴρηται τῷ θανμαστῷ Παλαμῷ· και οὐκ εἴρηται μὲν, οὐ πέπρακται δ' εὐθύς· οὐδὲ πέπρακται μὲν Δεδῶδς, οὐχ ὡς συντέτακται δέ· ἀλλὰ και πέπρακται μὲν αὐθη-δ  
 V. 500 μερὸν, τελειώτερθν δ' ἢ καθ' ἕπαν τὸ σύνθημα. οὕτως δὲξί-ῥο-  
 πον δείκνυσιν εἰς ἔργα τὸν βασιλέα τῆς τοῦ Παλαμῷ τιμῆς δ  
 πόθος, και πάντων ἔργων ἔμπροσθεν τὰ τῆς ἐκείνου γνώμης τί-  
 θεται δόγματα. τὰ μὲν γὰρ ἔπραττε παραχρῆμα, τὰ δ' ἐπηγγελ-  
 λατο παραχρῆμα. (Δ.) Ἦν τότε ἰδεῖν παντοδαπῶν ἀνθρώπων 10  
 Ἐμεριζόμενας τὰς γνώμας, και τῶν μὲν θαρσαλεωτέρων μύλιστα  
 νῦν γινομένων, και πλείονα πῆξιν τῇ πρὸς θεὸν ἐλπίδι και πιστεῖ  
 παρεχομένων, και πρὸς ἀθλητικούς ὀπλιζομένων τὴν γνώμην ἀγῶ-  
 νας και μαρτυρικὰ παλαισμάτα· τοὺς δ' ἕπ' ὀδόντα τῇ θηριωδία  
 λοιδορομένους τῶν διωκτῶν· τοὺς δ' ὑπεπηχότας ὑπὸ φοβῆς 15  
 και δέους τῶν τε παρόντων και φαινομένων δεινῶν, τῶν θ'  
 Ἐὑποπιενομένων μὲν, μείζω δ' ἢ κατὰ τὰ φαινόμενα τὸν θόρυβον  
 τῇ ψυχῇ προαναφρονούντων· και νῦν μὲν καταδουμένους και  
 κρυπτομένους· νῦν δ' ἀναδουμένους, ὡς ἐξ ἕδου πυλῶν, και  
 φαινομένους οἷς ἐθάξῃρον, και στεναγμοῖς ἀφθόγγοις ὁμοῦ και 20  
 δάκρυσι κλεπτομένοις ὑποδηλοῦντας τὴν ἄδηλον κάμινον τῆς  
 ψυχῆς. εἶεν.  
 P. 619 ζ'. Οὕτω γε μὴν τουτωνὶ γινομένων, και οὕτω πανηγυρί-

quidquid nobis fatum ac fortuna praefinierint, id si rerum suarum funda-  
 mentum firmum et totius vitae praesidium immotum ducant." (III.) Atque  
 haec quidem in hunc modum dicta sunt ab inclyto illo Palama: neque vero  
 sic dicta sunt, ut non statim perfecta sint; neque perfecta quidem statim,  
 sed aliter quam convenerat: enimvero et ea ipsa die, et cumulatus quam  
 quidquid convenerat, peracta fuerunt. Adeo imperatorem, quoties Pala-  
 mam cupit ornare, ea ipsa cupiditas ad res agendas promptum efficit; adeo  
 quidquid Palamas animo decreverit, id ille rebus omnibus agendis ante-  
 vertendum putat. Quaedam enim statim executus est, quaedam executu-  
 rum se statim promisit. (IV.) Ac tum videre erat, homines omnis gene-  
 ris scindi in diversos affectas; aliis tum maxime confidentibus, et firmio-  
 rem in Deo spem cum firmiori fide coniunctam collocantibus, animoque  
 ad certamina athletica et ad martyrii luctas armantibus; aliis persecuto-  
 rum immanitatem musando accusantibus; aliis consternatis metu et formi-  
 dine malorum, cum praesentium et oculis obversantium, tum eorum, quo-  
 rum expectatio, etsi incerta, maiorem tamen anxietatem animo denuncia-  
 bat, quam quae ob oculos posita essent; ac modo quidem abdentibus se et  
 latitantibus; modo emergentibus, tanquam ex inferorum portis, et in eorum,  
 quibus fiderent, conspectum prodeuntibus, occultantque animi dolorem per  
 suspiria muta et per lacrymas furtivas significantibus. Esto.

6. Haec cum ita fierent, et orantis persecutionis theatrum tota civi-

ζοντος διαγωμῷ τῆς πόλεως θάλατρον γενομένης ἀπάσης, ἦκεν ἡ  
 τρίτη τῆς προθεσμίας ἡμέρα, καθ' ἣν ἐχρῆν τὴν δευτέραν συν- A. C. 1851  
 ἰόντας αὐθις ἡμῶς ἐκτελεῖν ἐκκλησίαν· καὶ πάλιν εἰς τὴν ἐμὴν Imp. Io. Can-  
 οἰκίαν τὸ καθ' ἡμῶς ἠθροίζετο μέρος, κατὰ τὴν ἤδη ῥηθείσαν tacuz. 5  
 βεῖκόνα τῆς πρώτης ἐκείνης ἡμέρας. ἐμοὶ μὲν οὖν ἕπαν ἀπηγορευ- B  
 κότι τὸ εὐελπι, δι' ἃ μοι δεδήλωται, καὶ μηκέτι μηδὲν τὸ ἀμιλ-  
 λώμενον λείπεσθαι πρὸς τοσαύτην ἐξ ἀντιπάλου ῥαγεῖσαν κακίαν  
 σαφῶς ἔγνωκότι, καὶ ἕμα ῥοπήν εἰληφύλας ἐκ τῶν παρόντων ἀγώ-  
 νων καὶ λογισμῶν ἐπιπονώτερον ἤδη πολλῶ τῆς ἐμῆς συνορῶντι  
 10 κατορχουμένης κεφαλῆς τὰς συνήθεις ὀδύνας αὐτῆς, βέλτιον ἔδο-  
 ξεν, ἐβῆρωσθαι φράσαντα συνόδους καὶ παρήρησις τοιαύτας οἴ- C  
 κοὶ καθῆσθαι, κἄν τι δέη παθεῖν, οἴκοι τοῦτο παθεῖν· ἔν' εἰ  
 μή τι τὸν ἕπαντα βίον οὐ μὴ τεθείεται οἶκος πρὸς ἄρετὴν διακεί-  
 μενον εἶ, ἀλλ' οὖν τοῖς ἐμοῖς τελευταίοις βαπτόμενος αἵμασιν  
 15 ὄψε γοῦν μίαν ταύτην γνώμην με κεκτημένον ἄρετὴν πολλοῦ τινος  
 ἀξιαν, τὸ μὴ πολλοῦ τινος ἄξιον νομίζειν τὸ ζῆν. (B.) Διδ τοῖς ἄλ-  
 λοις ἀνάγκην προσῆγον μὴ βραδύνειν, ἀλλὰ τοῖς ἐμοῖς βοθησοῦντας D  
 νοσήμασιν ἀπιέναι προθύμως, οὐκ εἰς ἐλέγχους καὶ διαλέξεις ἀλη-  
 θείας ζητουμένης· ἀπειρηκέναι γὰρ καὶ αὐτὴν ἤδη καὶ πρὸς αἰθε-  
 20 ροὺς ἀποπτῆναι θαλάμους, ἀφανείμω κεκαλυμμένην μακροῦ· ἀλλ' V. 501  
 εἰς σφαγὴν καὶ μαρτυρικὰ παλαίσματα καὶ θανάτου μακροῦ δει-  
 νότερα δεσμοκτήρια. τοιαύτην γὰρ καθ' ἡμῶν ἐξενηχῆσαι χθὲς καὶ  
 πρότερον, δεσμοῖς ἀδαμαντίνουσι τισὶ καὶ ἀβρόχῆτοις κεκρωμένην, E  
 ψῆφον πρὸς τῶν ἀντιπάλων καὶ τῆς ἐξουσίας ἀρχόντων. τῶν γὰρ

tas exstitisset, advenit praefiniti temporis dies tertius, quo nos oportebat  
 rursus convenire, et alteram concionem celebrare. Atque in meam domum  
 rursus, ut prima illa die, eodem quo dixi modo, confluxere illi, qui nostrarum  
 partium erant. At ego, qui ob eas, quas declaravi, causas spem omnem  
 bonam abieceram, ac mihi nihil iam reliquum esse certo sciebam, quod ei  
 quae tanta ex adverso erupisset improbitati sustinendae par foret, simul-  
 que eos dolores, qui in caput meum grassari solerent, maiorem in modum  
 certaminibus et curis praesentibus aggravari videbam, satius duxi, concilii  
 et liberrimis illis sermonibus valere iussis, domi sedere, et si quid per-  
 ferendum esset, id domi perferre; ut me domus mea, si minus per totam  
 vitam ad virtutem recte institutum vidisset, saltem cruore meo ad extre-  
 mum tincta, quantumvis sero agnosceret instructum ea virtute, quae, cum  
 vitam haud magni faceret, magni ipsa fieri deberet. (II.) Quamobrem ab  
 aliis vehementer coepi contendere, ne cunctarentur, sed ut mihi aegro  
 succurrentes abirent alacriter, non ad veritatem per argumenta et dispu-  
 tationes investigandam; iam quippe et ipsam cecisisset, et densa caligine in-  
 volutam in caelum avolasse; sed ad caedem, ad martyrii luctamina, ad  
 vincula denique omni morte graviora. Nempe eam in nos ab adversariis,  
 et ab illis, penes quos potestas esset, heri et nudius tertius latam esse sen-  
 tentiam, adamantinis quibusdam et irruptis nodis munitam. Nam mitiores

- A. M. 6859 μετριωτέραν, ἃ τοῖς ἑσωτερικοῖς καὶ τὸ πλεῖστον δημοτικοῖς κατε-  
 Ind. 4 ψήφισται, τὰ μὲν ἤδη πέπρακται, τὰ δ' ἔτι πράττεται, τὰ δὲ καὶ  
 πραχθήσεται. καὶ τούτων οὐδὲν οὐδένα πάντων ὑμῶν ἀγνοεῖν
- F. 620 οἶομαι, θορύβου τοσοῦτου τὴν πόλιν περιηγήσαντος ἄπασαν.  
 χρεῶν οὖν, μὴ φιλοψυχοῦντας, ἀλλ' ἐξῶμένους, ὁμῶσε πρὸς 5  
 τοὺς τοιοῦτους χωρεῖν ἀγῶνας. Θρητῆς γὰρ λαχοῦσι φύσεως ἦν  
 μὴ νῦν θανεῖν ἐξῆ, διὰ γοῦν τὸ τῆς φύσεως ὄφλημα τεθνήξε-  
 σθαι πάντως ἔψεται προιοῦσι· καὶ δεῖ μὴ τὸν ἀκλεῖα πρὸ τοῦ  
 μετ' εὐκλείας περιμεῖναι θάνατον. (Γ.) Μιᾶ δ' ἀπειρηκότων  
 φωνῇ, μὴ ἐθέλειν χωρεῖν ἐς βασιλείους προκλήσεις καὶ οὕτω βαρ- 10  
 Ββαρικὰ συνέδρια πλὴν ἐμοῦ, δέσας ἐγὼ μὴ πρόφασιν τοῦτ' ἐ-  
 λληφόσιν ἐκείνοις, οἷς πάντα λίθον κινεῖν καθ' ἡμῶν περιεστίν,  
 ἐρήμην καθ' ἡμῶν εὐχερῶς κατυδιαιτῶν ἐπιγένηται, μάλα μό-  
 λισ τῆς καθέδρας ἑξαναστάς ἅμα πᾶσιν ἐκείνοις ἀπήγειν ἐκείσε  
 ἀποθανοῦμενος, καὶ τῇ ἐκεῖ τελευτῇ συμπαραπέμψων τὰ πολυε- 15  
 τῇ μου τῆς κεφαλῆς νοσήματα. (Δ.) Ἄρτι δὲ περὶ που τὰ μέ-  
 Cσα γενομένοις τῆς βασιλείου ἀδελῆς ἀπήνητῆσέ τις ἡμῖν τῶν πά-  
 νυ τῷ βασιλεῖ προσφκειωμένων, καὶ μόνον ὑπάντων ἔμεγε ἀπει-  
 ληφῶς προσῆγε τῷ βασιλεῖ. κοινολογήσασθαι γὰρ ἔλεγε βούλε-  
 σθαι μοι τῶν ἀντῷ γε ἀπορῶντων ἔστιν ἃ. προσεληλυθότι μοι 20  
 γοῦν τυχεῖν προσγεγένηται μὲν, παρὰ δόξαν μὲν ἐμοί, σφίσι  
 δ' ἐξενίτηδες σφόδρα, τινὸς τῶν πάνυ μοι φίλων ἐκ παλαιῶν,  
 Dδιὰ βασιλικῆς κάκεινου προκλήσεως ἐκείσε τηγικαῦτα παρόντος

poenae, quae in laicos, eosque maximam partem plebeios, decretae fue-  
 runt, eae partim vel iam sumptae sunt, vel nunc quoque sumuntur, vel  
 postea exigentur. Neminem autem ex vobis puto quicquam horum ignora-  
 re, tantus tumultus totam urbem personuit. Oportet itaque vos, non con-  
 servandae vitae cupidos, sed animo forti instructos, istis certaminibus  
 vosmet obilcere. Mortalem naturam sortiti estis. Proinde etsi licet nunc  
 vobis mortem effugere, tamen naturae debitum eiusmodi est, ut aetate  
 longius provecitis omnino mori necesse futurum sit. Nec vos decet, glorio-  
 sa morte posthabita, eam exspectare, quae laude caritura est. (III.) Illi  
 vero una voce renunciant, nolle se imperatoris vocatu tam barbara concilia  
 sine me adire. Quamobrem veritus, ne illi qui omnem in nos lapidem mo-  
 vent, hac occasione arrepta, sententiam in nos, velut deserti vadimonii  
 reos, facile pronunciarent, aegre tandem e sede excitatus, cum illis omni-  
 bus moriturus, et inveteratos capitis morbos simul cum vita dimissurus,  
 illuc me contuli. (IV.) Iam nos fere in media palatii aula versabamur,  
 cum ex intimis imperatoris quidam accurrat. Is unum me ex omnibus as-  
 sumptum ad imperatorem deducit. Eum scilicet nonnulla mecum velle  
 communicare aiebat, quae arcana sibi essent. Ubi propius accessi, quen-  
 dam veteri amicitia mihi coniunctissimum offendo, qui et ipse imperatoris  
 vocatu illuc tum aderat mei gratia. Id ut mihi nec opinanti, ita illis omni-

ἔμοῦ γε εἴνεκα. ὧν μεταξὺ καθεσθέντι μοι λέγειν ἤρξαντο κατὰ A. C. 1851  
 συνεκδοχὴν καὶ ἀμοιβαδὸν, παρὰ θατέρου ἕτερος τὰς τῶν λό- Imp. Io. Can-  
 γων ἀφορμὰς πορίζοντες τε καὶ ποριζόμενοι, καὶ πέθειν ἐπιχει- tacuz. 5  
 ροῦντες, πρῶτον μὲν χρημάτων ἐπαγγελίας ἀφρόνοις, καὶ ὁ μοι  
 5 πρὸς βουλήσεως εἶη ἢν ἕτερον ἦσαν. ἐπεὶ δ' ἐντεῦθεν τῶν σκο-  
 πουμένων ἠλαύνοντο, μηδὲ τὴν πρώτην ἀκοήν ἔμοῦ γε προσει- E  
 μένου μηδὲ μικρὸν γούν, τὸν δεύτερον πλοῦν διαλέγεσθαι ἐπε-  
 χείρησαν. (E.) Καὶ ἦν ἡ τῆς διαλέξεως εἰσαγωγή· ὅτι τε τῆς  
 Θεότητος ὄνομα δεύτερόν ἐστι τῆς θείας οὐσίας καὶ ταῖς ἀκτί-  
 10 στοῖς ἐνεργείαις κυρίως μᾶλλον ἀρμόττει· καὶ ὅτι τῶν τοιούτων  
 ἀκτίστων ἐνεργειῶν πολλὴ καὶ ἄπειρος ἐκ τῆς θείας οὐσίας ἐστὶν  
 ἡ διαφορὰ, καὶ τῶν ἐνεργειῶν γινώσκουμεν τὸν Θεόν· καὶ ὡς ὁ  
 μέγας φησὶ Βασίλειος, „ἐκ μὲν τῶν ἐνεργειῶν γνωρίζειν λέγομεν E  
 τὸν Θεὸν ἡμῶν, τῇ δ' οὐσίᾳ αὐτοῦ προσεγγίζειν οὐχ ὑπισχνού-  
 15 μεθα. αἱ μὲν γὰρ ἐνεργεῖαι αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς καταβαλίνουσιν· ἡ  
 δ' οὐσία αὐτοῦ μένει ἀπρόσιτος.” ταῦτα καὶ τὰ παραπλήσια λέ-  
 γοντες ἐπῆγον οἰκείας παρεξηγήσεις καὶ συλλογισμοὺς ἐκτόπους  
 καὶ ἀνοσίτους καὶ μαινομένους· ὡς ἐπειδὴ πρὸς ἡμᾶς αἱ ἐνεργεῖαι  
 καταβαλίνουσι, καὶ τούτων γνωρίζομεν τὸν Θεόν, ἕκτιστοι ἦρα  
 20 εἰσι Θεότητες· καὶ ὅσοι μὴ συμφωνοῦσιν ἡμῖν, βλασφήμους ἔαυ- P. 621  
 τοὺς καθιστάωσι περιφανῶς. (ς.) Ἐμοὶ δὲ καὶ ἀσθενῶς ἔχοντι,  
 καὶ μόνῳ τῶν ἄλλων ἀπειλημένῳ συμμύχων ἀπροσδοκῆτως ἐνε- V. 502

12. καὶ em. Boiv. pro κάμ.

14. ἡμᾶς conl. Boiv.

no praemeditatis accidit. Ego vero inter illos consedi. Tum autem ii  
 coeperunt vicissim et alternis me alloqui, alter alteri mutua suppeditantes  
 dicendi argumenta. Ac magna primum pecuniae vi et omni alia re, quam-  
 cunque optavisssem, promissa, inflectere conati sunt. Deinde, quia haec  
 non succedebat, propterea quod nec prima quidem dicta auribus vel mini-  
 mum admitterem, altero demum et velut subsidiario conatu, ad disputan-  
 dum mecum aggressi sunt. (V.) Disputationem hinc ordiri visum est,  
 quod nomen Θεότητος inferius esset substantia divina, et magis proprie  
 operationibus increatis conveniret: item quod operationes hae increatae  
 magno et infinito discrimine a divina substantia distarent; quodque ex ope-  
 rationibus Deum cognosceremus, dicente magno Basilio: „Deum ex ope-  
 rationibus quidem cognoscere nos dicimus; at appropinquaturos esse ad eius  
 substantiam non promittimus: quoniam eius operationes ad nos descen-  
 dunt; substantia vero eiusdem inaccessibleis manet.” Haec et similia cum  
 dictarent, perversas de suo interpretationes, argumentationesque ab-  
 surdas, impias, et insanas subiungebant: quoniam nempe operationes ad  
 nos descenderent, atque ex his nos Deum cognosceremus, oportere eas in-  
 creatas esse divinitates; et quorum dicta cum suis non consentirent, eos  
 palam blasphemiae reos sese constituere. (VI.) Ego vero, qui et aegro-  
 tabam, et caeteris sociis exclusis unus praeter spem insidiosis retibus in-

A. M. 6859 *δρευνόντων δικτύων ἐντός, τί ἔδει ποιεῖν ἕτερον, ἢ βραχυλογία*  
*lad. 4* *χρησαμένῳ, εἰ δυναίμην, ἀπαλλάττεσθαι τὴν ταχίστην; οὐ γὰρ*  
*φυγομαχεῖν εὐθὺς ἐχρήν, καὶ ταῦτα πρόφασιν ἱκανὴν κεκτημέ-*  
**B** *νους ἀποφυγῆς τὴν τε νόσον καὶ ἅμα τὴν μόνωσιν. ἢ γὰρ ἔν*  
*κατὰ νότου κείσεσθαι ἔμελλον, δειλίῳ γραφόμενοι καὶ λειπο-*  
*5* *ταξίου δίκην ἐπάγοντες. πρὸς μὲν οὖν τὸ τῆς θεότητος ὄνομα,*  
*μὴ τῇ οὐσίᾳ μᾶλλον ἢ ταῖς ἐνεργείαις ἀρμόττειν κυρίως καὶ πρώ-*  
*τως, πρώτῃν ποιουμένῳ καὶ τὴν ἀπάντησιν, ἤρξατο παραχρῆμα*  
*πρὸς λύσιν τὸ τοῦ θείου πατρὸς ἐκεῖνο γεγονός ἀνὰ στόμα· „θεοῦ*  
*δὲ ὅταν εἶπω, λέγω πατρὸς, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, οὔτε*  
**C** *ὅπερ ταῦτο τῆς θεότητος γεομένης, ἵνα μὴ δῆμον θεῶν εἰσωγά-*  
*γωμεν, οὔτε ἐντός τούτων ὀριζομένης, ἵνα μὴ πενίαν θεότητος*  
*κατακριθῶμεν.” καὶ πάλιν· „θεοῦ δὲ ὅταν εἶπω, ἐν φωτὶ περι-*  
*στράφθητε καὶ τρισὶν· ἐνὶ μὲν κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, πᾶς*  
*οὖν θεότητος· τρισὶ κατὰ τὰς ιδιότητας, εἴτ’ οὖν ὑποστάσεις,*  
**15** *εἴ τιτι φίλον καλεῖν, ἢ πρόσωπα. οὐδὲν γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων*  
*ζυγομαχῆσομεν, ἕως ἄν πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέ-*  
**D** *ρωσι. διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως, ἵνα οὕτως εἶπω, καὶ συνάπτε-*  
*ται διηρημένως. ἐν γὰρ ἐν τρισὶν ἢ θεότης, καὶ τὰ τρία ἐν, τὰ*  
*ἐν οἷς ἢ θεότης, ἢ τὸ γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἢ ἡ θεότης· τὰς*  
**20** *δὲ ὑπερβολὰς καὶ ἐλλείψεις ἐλλείψωμεν.” καὶ ὁ Νυσσαεὼν δ’*  
*ὁμοίως φάσκει Γρηγόριος· „εἰ τὸ ΘΕΟΣ ὄνομα οὐσίας σημα-*

8. *κεκτημένους Βοίν. pro κεκτημένοις.* 9. *ΣΧΟΛ. τοῦ θεολόγου,*  
*εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα.* 18. *ΣΧΟΛ. τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ εἰς τὰ φῶτα.*  
 22. *ΣΧΟΛ. ἐκ τοῦ πρὸς Ἑλλάνας.*

terceptus haerebam, quid aliud facere debui, nisi ut me, si possem, brevi oratione quamprimum inde expedirem? Pugnam certe detrectare statim haud oportuit, tametsi declinandi idonea ratio erat morbus ipse cum solitudine coniunctus. Illi enim a tergo instantes crimen mihi timiditatis obiecturi, et quod locum deseruissem, reum acturi fuissent. Ad argumentum igitur ex eo ductum, quod nomen *θεότητος* propriae et primario non magis substantiae quam operationibus conveniret, primum respondi; eique refellendo suffecit statim illud divi doctoris, quod tum mihi praesto in ore exstitit: „Cum Dei dico, Patris dico et Filii et Spiritus sancti. Divinitas nec ultra haec diffunditur, ne Deorum turbam inducamus; nec citra hos fines consiat, ne de inopia divinitatis damnemur.” Et rursus: „Dei autem cum dico, uno lumine et tribus circumfusi irradiemini: uno quidem, secundum rationem substantiae seu divinitatis; tribus autem, secundum proprietates seu hypostases (si quis malit ita vocare) seu personas. Nam de nominibus nulla nobis rixa futura est, quamdiu syllabae ad eandem notionem ferent. Quippe et indivisim dividitur, ut ita dicam, et divisim connectitur: quoniam divinitas unum est in tribus; et tria illa, in quibus est divinitas, seu quae, ut accuratius loquar, divinitas est, unum sunt. Excensus autem ac defectus omittamus.” Pariter et Gregorius Nyssenus ait: „si hoc nomen, Deus, substantiam significat, unam divinae Trinitatis sub-

τικόν ἔστι, μίαν οὐσίαν ὁμολογοῦντες τῆς ἁγίας τριάδος ἕνα A. C. 1251  
 Θεὸν εἰκότως δογματίζομεν, ἐπειδὴ μῦς οὐσίας ἐν ὄνομα τὸ Imp. Io. Can-  
 ΘΕΟΣ ἔστι." καὶ πάλιν· „ἔστι τοίνυν ἰδίωμα τῆς αὐτοῦ οὐσίας, Ε tactuz. 5  
 ἧς ἔστι πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα, τὸ πάντα ἐποπτεύειν  
 5 καὶ θεωρεῖν καὶ γινώσκειν, οὐ μόνον τὰ ἔργα γινόμενα, ἀλλὰ  
 καὶ τὰ τῷ νῷ λαμβανόμενα· ὅπερ μάνης ἔστιν ἐκείνης τῆς οὐ-  
 σίας. ἐντεῦθεν εἰλημμένον τὸ ΘΕΟΣ ὄνομα, κυρίως λεγόμενον,  
 σημαίνει τὴν οὐσίαν ἐκείνην, ἣ δεσπόζει πάντων ὡς ἀληθῶς." καὶ  
 πάλιν· „μῦς τοιγαροῦν ὑπαρχούσης τῆς οὐσίας, ἧς ἔστι πατὴρ F  
 10 καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα, καὶ ἐνὸς τοῦ παραδηλωτικῆς αὐτῆν  
 ὀνόματος, φημι δὴ τοῦ ΘΕΟΣ, εἰς Θεὸς ἔσται κυρίως καὶ ἀκο-  
 λουθότερον τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας." (Z.) Ταῦτα μὲν δὴ οὖν, καὶ  
 ὅσα ἄλλα τῶν θείων πατέρων ἐκ τοῦ προχέλου τῶς ἐπέμει τῆ  
 μνήμη, τὴν ὁμοίαν ἀκολουθίαν αἱ διασώζοντα, καθόσον ἐφ- P. 622  
 15 κτὸν, προεργαζόμενοι ἐκείνη τῆ διαλέξει περὶ τοῦ τῆς Θεότητος ὀνό-  
 ματος ἐξ αὐτοσχεδίου δεδώκαμεν. καὶ ἅμα ἀνείδιζον ἔγωγε σφί-  
 σιν, ὅτι τῶν θείων πατέρων τῆ θείᾳ οὐσίᾳ τὸ τῆς Θεότητος ὄνομα  
 διαζήδηθην διδόντων, αὐτοὶ παρεξηγούμενοι προδήλως ἐκείνους  
 συνοφρανοῦσιν. ὄνομα γὰρ κύριον ἢ μὴ ὑπάρχειν ὅλως τῆ θείᾳ  
 20 φασὶν οὐσίᾳ, ἢ ἡμῶν γε μὴ ὑπάρχειν· ὃ δ' οὖν σφίσι δογματι- B  
 σθὲν ἐκ τῶν τιμιωτέρων ἡμῶν ἐκδέδεται, στέργειν καὶ ἡμῶς εἶναι  
 ἀνάγκη, καὶ μηδομητὴ περαιτέρω προβαίνειν, μηδὲ πολυπραγμο-  
 νεῖν. εἰ δὲ που καὶ δι' οἰκονομίαν τινὰ ἐνίοτε ἐνίοτε καὶ ἐνιαχοῦ

stantiam confitendo, unum Deum statuere nos apparet; quoniam unius sub-  
 stantiae unum nomen est, Deus." Et rursus: „est igitur proprietates aeter-  
 nae substantiae, cuius substantiae est Pater et Filius et Spiritus sanctus,  
 quod omnia inspectet, contempletur, et cognoscat, non solum quae re ipsa  
 existunt, sed et quae intellectu tantum percipiuntur; quod est solius eius  
 substantiae. Hinc sumptum est nomen Θεός, quod proprie dictum sub-  
 stantiam illam significat, quae omnium vere domina est." Et rursus: „cum  
 itaque una sit substantia, cuius est Pater et Filius et Spiritus sanctus, et  
 unum nomen eam denotet, nempe Deus; erit proprie unus Deus: idque  
 ipsius substantiae rationi magis consentaneum est." (VII.) Haec nos, et  
 quaecumque alia sanctorum Patrum dicta in praesentia tum fuerunt atque in  
 mentem venerunt, similem usque consecutionem quoad fieri potuit conser-  
 vantia, produximus, et ad illam de divinitatis nomine disputationem ex  
 tempore adhibuimus. Tum hoc illis simul exprobravi, quod cum sancti  
 Patres nomen Θεότητος discrete tribuerent divinae substantiae, hi perpe-  
 ram interpretando aperte illos calumniarentur. Etenim aiunt ii, divinae  
 substantiae nomen proprium vel non existere, vel nobis hand existere.  
 Quod itaque idem, ab excellentioribus attributis ductum, in rebus dogma-  
 ticia usurparunt, et nobis tradiderunt, eo nos contentos esse necessario  
 oportere, non autem ultra progredi et curiosius inquirere. Quod si qui  
 singulari aliqua ratione aliquando et alicubi dissonum quid pronunciascent,

A. M. 6859 παρέφθηκατι τι, δόξαν ἰσως ἐναντιολογίας παρέχον, μὴ τόμον  
 Ind. 4 εἶναι τὸ σπάνιον τε καὶ δυσδιώγνωστον. (H.) Περὶ δ' ὃν αὐ-  
 V. 503 θις τὸν μέγαν εἰσηῆγον ἐκείνοι Βασιλεῖον, λέγοντα γινώσκειν ἐκ  
 Cτῶν ἐνεργειῶν ἡμᾶς τὸν Θεόν· ἀλλὰ μὴν ἀκτίστους ἐκείνος ἡμῖστα  
 φάσκει Θεότητας εἶναι τὰς τοιαύτας ἐνεργείας, ἕγωγε ἔφρασκον. 5  
 ἢ γοῦν μὴ δι' εαυτῶν ἀναγινώσκειν ὅλως ἀπεφαιρόμην αὐτοὺς,  
 ἢ ἀναγινώσκοντας μὴ γινώσκειν ὅλως ἃ ἀναγινώσκουσιν. εἰπὼν  
 γὰρ ὁ Θεὸς πατὴρ, ἐκ τῶν ἐνεργειῶν γινώσκειν ἡμᾶς τὸν Θεόν,  
 ἐν τῇ αὐτῇ παρακατιῶν ἐπιστολῇ εαυτὸν αὐτὸς ἐξηγεῖται, φάσκων  
 D, οἱ μαθηταὶ πότε αὐτὸν προσεκύνησαν; οὐχ ὅτε τὴν κτίσιν αὐτῷ 10  
 εἶδον ὑποτεταγμένην; ἀπὸ γὰρ θαλάσσης καὶ ἀνέμων ὑπακου-  
 σάντων αὐτῷ ἐγνώρισαν αὐτοῦ τὴν Θεότητα. οὐκοῦν ἀπὸ μὲν  
 τῶν ἐνεργειῶν ἢ γνώσις· ἀπὸ δὲ τῆς γνώσεως ἢ προσκύνησις". „καὶ  
 ἔμα ὁρᾶτε," ἔφρασκον, „ἐνεργείας τὰ θαύματα λέγοντα τὸν Θεὸν  
 διδάσκαλον. πῶς οὖν θάλασσαν καὶ ἀνέμους καὶ τὰ τοιαῦτα Θεό- 15  
 Eτητας ἀκτίστους φατέ, καὶ τοὺς Θεοὺς κρηστήρας οὐ φεῖτετε;  
 ἔπειτα οὐδέ τοι τὸν τῶν ὄντων γινώσκομεν αἴτιον· καὶ τῆς δια-  
 φερῆς τῶν ὄντων τὴν τοῦ ὄντος διδασκόμεθα σοφίαν, τὸν υἱόν·  
 καὶ ἐκ τῆς τῶν ὄντων φυσικῆς κινήσεως τὴν ἐνυπόστατον τοῦ  
 ὄντος μανθάνομεν ζωὴν, τὴν τῶν ὄντων ζωοποιὸν δύναμιν, τὸ 20  
 πνεῦμα τὸ ἅγιον." (Θ.) Ὁ βασιλεὺς δ' εὐθὺς ἀνίσταται, γέμων  
 F ὄργης καὶ θυμοῦ· καὶ βραχὺ προβάς τοῦ θαλάμου τὸ ποιητέον  
 ἐκοινολογεῖτο κρύφα τῷ τε Παλαμῷ καὶ τοῖς ἐπισκόποις· εἶναι

17. καὶ ἐκ conl. Boiv.

quod contrarie dictum videri posset, id quidem, utpote rarum et obscuro, legem non esse. (VIII.) Quatenus autem Basilium Magnum inducebant, dicentem cognosci a nobis Deum ex operationibus; „at eas operationes", inquam, „minime ille increatas divinitates esse ait." Omnino ergo, aut ipsos per se non legere, aut legendo non intelligere ea quae legerent, affirmabam. Nam sanctus hic Pater, postquam dixit, Deum ex operationibus cognosci a nobis, suam ipse mentem infra in eadem epistola interpretatur his verbis: „Discipuli quando eum adorarunt? Non cum creaturam ei submissam viderunt? Nempe ii divinitatem eius ex eo cognoverunt, quod et mare et venti obedirent ei. Itaque ex operationibus nata cognitio, ex cognitione adoratio." „Ac videte", inquam, „simul sanctum hunc doctorem operationes vocantem eas, quae sunt miracula. Quomodo itaque vos mare et ventos et similia increatas vocatis divinitates; tum iidem igneus Dei turbines haud exhorrescitis? Iam vero nec ipsum entium auctorem cognoscimus, sed ex varietate entium sapientiam eius qui est, nempe Filium, cognoscimus; et ex motu entium naturali vitam eius, qui est, per se subsistentem intelligimus, nempe entium vivificam virtutem, Spiritum sanctum." (IX.) Ibi imperator irae et indignationis plenus surrexit, et paulo extra cubiculum progressus coepit clam cum Palama et episcopis quid agendum esset consultare; verba quippe in praesenti negotio vim persua-



γὰρ ἀνίσχυρον ἐνταυθοῖ τὴν ἐκ λόγων κειθῶ. καὶ ῥάονα πάν-  
των ἄλλων εὗρισκε τρόπον οὐδένα, τὴν ταχίστην ἀποσκευάσα-  
σθαι πάντας ἡμῶς, ἢ καθ' ἧς ὁ Παλαμῶς τε αὐτῷ προεζωγρά-  
φησεν ὑποθήκας καὶ αὐτὸς ἤδη πείρα μὲμάρηκεν ἀκριβῶς. αἱ  
δὲ ἦσαν ἀποψηφλῆσθαι κομιδῇ τὴν διὰ γραφικῶν ἀποδείξεων  
ἤδη διάλεξιν· ἥμισυ γὰρ εἶναι σφισιν ἐνταῦθεν τὰς ἀποβάσεις  
λυσιτελοῦσας· θᾶττον γὰρ ἢ παθεῖν ὑφ' ἡμῶν αὐτοῦς, ἢ δρᾶν  
καθ' ἡμῶν ἐμελέτησαν, ἢ δρᾶν ἢ παθεῖν ἡμῶς ἐμελέτησαν. συνέ-  
θεντο δ' ἐξῶσαι τοῦ συνεδρίου καὶ τὸν Τύρου ἐπίσκοπον, τοῦ τῶν  
10 Ἀντιοχείων πατριάρχου τὰ δίκαια φέροντα· εἰ δ' ἐπιμένων ἐνίστα-  
το, προβαλλόμενος τὴν ἐκείνου κατὰ τοῦ Παλαμῶ καθαιρέσιν τε  
καὶ ἀποκήρυξιν, κἀκείνον αὐτῷ συγκαθελεῖν εὐθὺς καὶ τῆς ἡμῶν Β  
ἐκτεμεῖν ἐκκλησίας. (I.) Ὅθεν ἔδοξεν, ὕβρεσι καὶ διαβολαῖς ἀπο-  
σκευασαμένοις πρότερον ἡμῶς ἐκπληκτικώτερον τρόπον, καθ' ἧσου-  
15 χίαν ψηφλῆσθαι τε καὶ δογματίζειν τὰ τοιαῦθ' ἅπαντα κατὰ βού-  
λησιν, μηκέτ' ὄντος οὗς ἀντιστήσεται μηδενός· εἶναι γὰρ ὡς τὰ πολ-  
λὰ πολλάκις ἔφασκον τὰ τῶν δρωμένων θρασύτερα πολλῶ τῶν πρα-  
στέρων ἀνυσιμώτερα. ταῦτα πολὺν ἐνίσταξεν ἡμερον ταῖς τῶν ἐπι- C  
σκόπων ψυχαῖς, ἐξ ἀμάξης ἀναίδην παρῆρησιάζεσθαι καθ' ἡμῶν.  
20 καὶ τί γὰρ μοχθηροτέραις ψυχαῖς, ἀμαθίᾳ συντετραμμέναις  
παντὸς ἀγαθοῦ, ῥᾶον ἄλλο τῶν ἄλλων ἕτερον, ἢ πρὸς ἀτόπους  
ὁρμὰς προτροπή; δέισαντες γὰρ, μὴ πρὸς τῶν θείων γραφῶν  
ἀσεβεῖς ἐξελεγχθῶσιν, ἀσέβειαν δρῶσι πάντῃ πανηγυρικῆν ὁμοῦ.

dedi minimam habere. Atque ut nos quamprimum amoliretur, nullam plane aliam rationem reperit faciliorem ea, quam et Prelamas praecceptis suis designatam ei proposuisset, et ipse iam usu probatam penitus cognovisset. Id autem erat, omnino iam abrogandam esse eiusmodi disputationem, quae ex Scripturis argumenta repeteret: inde scilicet consequi eos exitus, qui haudquaquam sibi expedirent: quae enim illi in nos exsequi meditantentur, ea ipsos a nobis passuros citius, quam exsecuturos ea, quae nos pati voluissent. Iidem Concilio expellere constituunt episcopum Tyri, qui patriarchae Antiocheni iura tuebatur: quod si perseveraret et instaret, illius patriarchae sententiam allegando, qua Palamas depositus damnatusque esset, tum ipsum quoque statim cum patriarcha exauctorare, et ab ecclesiae nostrae communione abscindere. (X.) Prius itaque nos, contumeliis et calumniis atrocioribus percussos, amovere statuunt; quo deinde illa omnia ad libitum tranquille decernant, et pro dogmatis haberi iubeant, ubi iam nemo futurus sit qui adversetur. Plerumque enim et saepius efficaciora esse aiebant ea, quae audacius, quam quae segnius agerentur. Id episcoporum animis magnam instillavit libidinem incessendi nos convitiis palam ac petulantibus, velut de plastro. Ecquid porro deterioribus ingenis, in quibus coallita inest boni omnis ignorantia, magis proclive, quam ad insanos affectus labi et impelli? Nempe il veriti, ne ex sacris Scripturis impii arguerentur, magna pompa, magno apparatu velut in theatro ex-

- A. M. 6859 καὶ Θεατρικὴν· ὅμοιον, ὡσπερ ἂν εἴ τις ἐν πελάγει νηχόμενος,  
 Ind. 4 D εἶτα ψεκάδας ἰδὼν καὶ βροχῆς ἀμυδρῶ προοίμια, ὑφαλος κατε-  
 δύετο πρὸς τὸ πέλαγος, μὴ διάβροχος ὑπὸ τῶν ἑρῶν ψεκάδων
- V. 504 ἐκείνων γένηται. (I.A.) Ὁ μὲν γὰρ Παλαμῆς, παρεγγλῖνας μι-  
 κρὸν, ἕξενολόγει καὶ συνήθροϊζε τῶν περιβομβεῖν καὶ παραβομ-5  
 βεῖν καὶ παραφθέργεσθαι δυναμένων οἷς ἐνετύγγανεν· οἱ δ'  
 ἠκόνοον τὰς ἀτόπους καθ' ἡμῶν γλώττας.
- P. 624 ζ. Εἰσοκκληκότες γὰρ καὶ ἡμῶς ὀψὲ μετ' ὀργῆς, βίαιοι κα-  
 θύπαξ καὶ τάνοσια πάντα γίνονται τολμηροὶ καθ' ἡμῶν· καὶ  
 τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας προστάται καὶ οἱ ποιμαίνειν λαχόντες 10  
 τὸν τοῦ Θεοῦ διαφθεῖρουσιν ἀμπελῶνα· καὶ ὅσα κατὰ τῶν τοι-  
 ούτων ἢ θεία ἐτραγώδησε πάλαι γραφή. (B.) Καὶ πρῶτον μὲν  
 Βό βασιλεὺς, ὑπὸ δειλίας ἐλαυνόμενος ἐκείνης, ἣν ὁ Παλαμῆς  
 πρότεριτα ταῖς τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἐνέσπειρεν αὐλαξί, τὰς παλα-  
 μναιοσύτας ὑβρεις καὶ ἀπειλὰς καθ' ἡμῶν ἕξετόξενεν, οὐκ Ἄτλαν- 15  
 τικοῦ κληρουχίας πελάγους, καὶ γῆς ποιήσεν ἕξω τῆς οἰκουμένης  
 (Ξέρξου γὰρ ταῦτα καὶ τῆς ἐκείνου βαρβαρικῆς ἀπονοίας καὶ  
 τυρφηῆς ἦν) ἄλλα δ' ἐκείνων μεῖζω καὶ σφόδρα ἀπάδοντα, ὡς  
 εἰρήσεται προοίοντος τοῦ λόγου. τῶν γὰρ ἀνίσων καὶ ἀνομοίων ἀρ-  
 Cχῶν τε καὶ προαιρέσεων, ἡνισύ τε καὶ ἀνόμοια πάντως εἶναι εἰκὸς 20  
 καὶ τὰ τῶν πραττομένων ἐκατέρωθεν λήγοντα. οὐδὲ γὰρ πάτριον  
 ἐκεῖνος ἐξώμνυτο σέβας, οὐδὲ θρησκεῖαν θρησκείας ἠλλάττετο,  
 οὐδ' ἐθῶν καὶ δογμάτων ἔθη καὶ δόγματα, παλαιῶν καινότερα

positam impietatem suam re declarant: perinde illi facientes, ac si quis in mari natans, stillis demum et levibus pluviae praeludiis conspectis, profundo mari sese immergat, ne aëriis illis roribus perfundatur. (XI.) Etenim Palamas, paulatim inde abscedens, auxiliares copias accitum ivit, et quoscumque circumstrepenti, obstrepenti, et importune obloquendi facultate pollentes reperit, eos omnes congregavit. Hi autem insolentes linguas in nos acuebant.

7. Tandem et nobis iracunde introvocatis, violenti prorsus et ad omne scelus prompti in nos consurgunt; ac ecclesiae Dei antistites, ii scilicet, quibus pastorum munus obtigit, vineam Dei vastant. Omitto caetera, quae adversus eiusmodi homines sacra Scriptura tragice olim declamavit. (II.) Ac primum quidem imperator, illo metu agitatus, quem triduo ante Palamas animo eius altius impresserat, contumeliis et iniis diriasimis, velut telis quibusdam, nos incessit; non ille incolendum Atlanticum mare, nec extra terram habitabilem quaerenda exsilia comminatus (quippe haec Xerxem et barbaricam eius dementiam ac lasciviam decebant) sed alia his graviora et multum abhorrentia, ut infra dicitur. Scilicet ubi principia et inatitata inaequalia et dissimilia sunt, ibi etiam inaequales et dissimiles utrinque esse actionum exitus plane consentaneum est. Porro ille nec religionem patriam abiuraverat, nec morem doctrinamque veterem novo recensque constituto more doctrinaque mutaverat, nec fidem, ei quem colebat Deo

καὶ νεότακτα· οὐδ' ὄρκους ἐπάτει θρησκευομένον θεοῦ. (Γ.) Εἰ Α. C. 1351  
 δέ τις ἐνίσταται, *Ξέρξην θραυμάζων ἐκείνον, ὅτι γῆς καὶ θαλάσ-* <sup>Imp. lo. Can-</sup>  
*σης ἤρχε πάνν τοι πλειότης, καὶ στρατὸν ἐπήγετο μυριάριθμον, D* <sup>tacz. 5</sup>  
*ῶν ἡμεῖς παντάπασιν ἰσπερήμεθα· ἀλλὰ θεοτήτων καὶ θεῶν*  
*βῦπείρων τε καὶ ἀκτίστων ἤκιστα εἶχε στρατόπεδα· ἀλλὰ πάντ'*  
*ἦσαν αὐτῷ κτιστὰ καὶ θνητὰ κατ' αὐτόν. ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ἐαυτῷ*  
*μεμαρτύρηκε, νῦν μὲν γελῶν, νῦν δὲ δακρῶν· τὸ μὲν ὅτι πλεί-* **E**  
*στης ἠπείρου καὶ θαλάττης καὶ στρατοπέδων ἄρχει παμπόλλων·*  
*τὸ δὲ ὅτι, θνητῶν καὶ προσκαίρων ὑπαρχόντων, οὐδεὶς ὑπὲρ τὰ*  
**10** *ἑκατὸν ἔσται φαινόμενος ἔτη, οὔτ' αὐτὸς, οὔτ' οὐδεὶς οὐδαμῆ*  
*τῶν αὐτῷ ἐπομένων. οὐ γὰρ ἦν πω τότε Παλαμᾶς, οὐδὲ τῷ*  
*πολλῷ συνῆν ἐκείνῳ βασιλεῖ παραπλήσιος ἐν τοσοῦτοις στρατεύ-* **P. 625**  
*μασιν οὐδεὶς Παλαμᾶ τουτωῖ, τεχνητῆν κτίζων ἀθανασίαν καὶ*  
*ἀκτίσιαν, καθάπερ τοὺς κεραυνοὺς καὶ προσητῆρας ἐκ γῆς οἱ.*  
**15** *Κύκλωπες πάλαι κατὰ τοὺς μύθους τῷ Διὶ ἐνταῦθα δὲ τοὺς*  
*τοιούτους φόβους ὑπερορίους εἶναι, καὶ λήθης καλύπτεσθαι μάλα **V. 505***  
*πυθμέσιν ὑποβρυχίοις, ἃ τ' ἀκτίστων ἅμα καὶ ἀθανάτων τῶν*  
*τ' ἐχόντων ἅμα καὶ τῶν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων. εἰεν. (Δ.) Ἀρξά- **B***  
*μένων δ' ἐξῆς καὶ τῶν ἐπισκόπων λαλεῖν, ἦν ἀκούειν νῦν μὲν*  
**20** *δικτύων καὶ θαλάσσης ἀπόζοντας λόγους· νῦν δὲ σκαπάνης τινὸς*  
*καὶ δικέλλης ἀξίους· νῦν δ' οὐδὲν καμινιαλὸς αἰθάλης ἀπεικί-*  
*τας, τῷ ἀμαυρῷ τε καὶ δυσήχῳ καὶ ἀνάφθρῳ τῆς λαλιᾶς. καὶ*

2. ὅτι Βοῖν. pro ὅτι.

18. ἐκτός conl. Βοῖν. pro ἐκ.

iuratum, pedibus subiecerat. (III.) Quod si quis Xerxem illum miratus instet ac dicat, eum terrae et maris tractibus quam longissimis imperasse, et innumerabiles secum exercitus ductasse, quibus nos rebus omnino deficiamus: at is (respondebitur) divinitates Deosque infinitos et increatos in castris minime habebat; sed erant illi omnia creata et mortalia, eique similia. Cuius rei et ipse sibi testis fuit, nunc ridendo, nunc flendo. Ridebat autem, quod imperium terra et mari latissime patens et exercitus numerosissimos haberet; idem flebat, quod cum hi mortales et caduci ad certum tempus duraturi essent, nemo post centesimum annum usquam compariturus foret, non ipse, non ullus alius ex iis, qui se sequerentur. Nimirum eo tempore Palamas nondum erat, nec in tanto exercitu cum rege potentissimo versabatur quisquam huic Palamae similis, qui immortalitatem et increatam naturam per artem crearet, quemadmodum de terra olim fulmina et tela ignea Iovi fabulosi illi Cyclopes. Hinc vero longe abunt ii metus, altissima oblivione velut demersi, propterea quod increati et immortales sint tum principes, tum ii qui principibus parent. (IV.) Deinceps cum et episcopi loqui coepissent, audire erat eos sermones, qui nunc retia et mare redolerent, nunc sarculum et ligonem saperent, nunc fornacis fuligine tincti viderentur. Adeo obscura, et sono ipso furā, nec bene articulis distincta, illorum oratio erat. Ut paucis dicam, nihil tum frugi,

- A. M. 6859 συνελόντι φάναι, πλὴν τῶν ἐπισκοπικῶν ἐνδυμάτων οὐδὲν  
 Ind. 4 C ὕγιες ὄρεῖν καὶ ἀκούειν τέως ἦν ἐκέ. (E.) Βουλευθέντων δὲ καὶ  
 ἡμῶν ἀντιφθέγγασθαι τι μικρὸν, κραυγαῖς ἀσήμοις τε καὶ ἀνάρ-  
 θροῖς καὶ συνεχεῖ πατάγω χειρῶν ἐξεπληθεῖς ἡμᾶς τε ὑπερεφώνου-  
 ἐκείνοι καὶ σιωπᾶν κατηνάγκαζον, καθάπερ ἀγριουμένης θα-  
 λάττης μεμηνότα κύματα τοὺς ἀνὰ τὸν αἰγιαλὸν ὀμιλοῦντας ἤρε-  
 μα. ἔω γὰρ λέγειν, ὅτι παρ' οὐδὲν ἐληλύθεσαν ἡμᾶς διαβῆῃσαι,  
 καθάπερ αἱ Βάχχαι πάλαι Πενθέα, φασὶν ἀτικίζοντες μῦθοι.  
 D ἄλλ' ἡμῶν γε ἐπιμενόντων ἔτι, καὶ μικρὰν τινα λόγου ζητού-  
 των χώραν ἡμῖν ἐγγενέσθαι, οὔτ' ἤκουεν οὔτε προσεῖχεν οὐδεὶς. 10  
 (ζ.) Ὅψε δ' ἐνιδῶν βλοσυρὸν τι καὶ ἀπηργισμένον ὁ βασιλεὺς  
 πρὸς ἡμᾶς, „χαρῖεν,” ἔφη, „τουτὶ, κατεσπουδασμένους ἐθέλειν  
 ποιῆσθαι λόγους τῆς ἐμῆς οἰκίας ἐντὸς, οὐχ ἐκόντος ἐμοῦ, τοὺς  
 E τῆς ἐμῆς θελήσεως ἐχθίστους, καὶ οὗς οὐκ ἔχω πῶς ὀνομάσας.”  
 ταῦτ' ἔλεγεν ὁ ἀβῆρεπῆς ἐκεῖνος κριτῆς, ὁ τὴν μέσην καὶ ἀπαρέγ- 15  
 κλιτον καὶ οὐδαμῆ ποθ' ἑτεροδῶρεπῆ βαδίζειν ὀμωμοκῶς. (Z.) Ἐγὼ  
 τοίνυν, καὶ πάλαι μὲν περιαλγῆς ὢν ἐκ τῆς κεφαλῆς, ἦδη δὲ καὶ  
 λύπη λύπην προσειλήφειν, ἐκ τοῦ μηδὲ τριτημόριον πρὸς τῶν  
 ἀντιθέτων ἐμοὶ καταλείψθαι τοῦ χοροῦ τῶν ἐμῶν φοιτητῶν.  
 F Ἰδόντες γὰρ ἐκείνοι τῇ προτεραίᾳ πλείστους μὲν ἐμὲ περιύσταμ- 20  
 νους ἐκείνων, πλείστους δ' ἔγγιστα καθημένους ἐμοῦ, ζηλοτυπία  
 βαρεῖα τὸν οἰκεῖον καθ' ἡμῶν ἀνεχάλευσάν τε καὶ ἀνεπύρσευσαν

14. πῶς ὀνομάσας conl. Boiv.

praeter episcopalem habitum, illic vel videres vel audires. (V.) Volentibus autem nobis paululum contra hiscere, illi de industria indistinctis confusisque clamoribus editis, et complosis usque manibus, nostras voces vincebant; et nos, velut saevientes pelagi furentes undae eos, qui in littore placide colloquantur, conticescere cogebant. Nam quod nihil abfuerit, quin nos illi, ut olim Pentheum Bacchae fabulis Atticis celebratae, membratim discerperent, id quidem ego sileo. Ac quanquam adhuc expectantes maneremus, et ut nobis exiguus saltem dicendi locus esset postularemus, nemo nec audivit nec animum advertit. (VI.) Demum imperator, torvo quodam et efferato obtutu in nos fixo, „lepidum sane istud,” inquit, „homines voluntati meae infensissimos, quos equidem quo nomine appellem nescio, velle mea in domo me invito orationes habere accurate elaboratas.” Haec iudex aequus, qui se medium et indeclinabilem fore et neutram in partem propensurum unquam iuraverat. (VII.) Mihi igitur, qui capitis dolore vehementissimo iampridem laborabam, novus dolor accessit, eo quod ab adversariis nec tertia quidem mihi pars relicta esset mei discipulorum chori: quorum plurimos circumstare me, plurimos item proxime assidere, cum vidissent superiori die; gravi zelotypia affecti multo vehementiorem invidiam in nos suam reconflarunt, ac velut incendium ventilian-

φθόνον ἐς τὸ πάντη ἀκραιότερον, καὶ τῶν τε οὐκίων ἐκείνοις A. C. 1351  
 ἠπειλησαν δήμευσιν καὶ ἀγώγιμον εἰς εἰρκτὴν τοῦπιτίμιον εἶναι, <sup>Imp. Io. Can-</sup>  
 εἴ τις ἀλοή τὸ δεύτεμον ἔτι συνέδριον ἐμοὶ συμπαρῶν. διδὸ καὶ <sup>taouz. 5</sup>  
 ὄσοι τὰς ψυχὰς ἀσθενέστεροι πρὸς τοιοῦτους ἦσαν ἀγῶνας καὶ P. 626  
 5 πείρας, ἠρέμα τῆς ἐμῆς ἐγγύτητος ἀπηλλάττοντο· οἱ δ' ἔτι παρ-  
 μενον τῇ προτέρᾳ σιγῇ, ὡς ἐκάστῳ προαιρέσεώς τε καὶ γνώμης  
 ἐνῆν. (H.) Ταῦτα τοίνυν ὄρων ἐγὼ, καὶ ἅμα τὸν βασιλέα πολυ-  
 τρόπως ἐπ' αὐτοφώρῳ μαχόμενον ἡμῖν συνορῶν, καὶ πρὸς γε ἔτι  
 φθόνου πνέοντας τοὺς ἐπισκόπους καθ' ἡμῶν, ἀναστὰς ἐξῆεν τοῦ  
 10 βήματος καὶ ἅμα ἐώρων συνεξιδόντας ἅπαν τὸ μέρος ἐμοί. καὶ B  
 Θροῦς ἐγγένοι πολὺς, τοῦ μὲν βασιλέως κατέχειν ἐγκλινομένου  
 τοῖς πελευκφόροις, καὶ μὴ εἶναι ἀπίεμαι ἡμῶν· ἡμῶν δὲ αἰρουμέ-  
 νων θάνατον μᾶλλον, ἢ τὸ ληστρικὸν ἐκεῖνο συνέδριον ἐστῶσιν  
 ὄρῃν ὀφθαλμοῖς. ὕψε δ' ὁ σεμνὸς Παλαμᾶς, αὐτῷ λογισάμενος  
 15 εἶναι καθ' ἡδονὴν τὴν ἡμῶν ἀπουσίαν, ἀφίεμαι παρήγει τῷ βα-  
 σιλεῖ. ῥῆον γὰρ εἶναι σφισιν ἔλεγεν ἐντεῦθεν ἡμᾶς τε φυγοδικίας C  
 γράφεσθαι καὶ σφῶς ταχιστὴν ἐπιτιθέμεναι ταῖς καθ' ἡμῶν οὕτω  
 ψήφοις τὴν τελευτήν, ἢ παρόντων καὶ ἀντιλεγόντων ἡμῶν.  
 (Θ.) Διδὸ καὶ, ἀπιόντων ἡμῶν, ὕμνοις οἱ περὶ Παλαμᾶν πάντῃ V. 506  
 20 παμπόλλοις ἐγέραιρον τὸν βασιλέα, ἐξ οὐρίας ἐκείνοις τὰ κατὰ  
 βούλησιν παρεχόμενον πλεῖν· καὶ τοιαύταις κολακείαις τὸ τῆς  
 ψυχῆς ἐκείνου κατέψων ἠδόμενον. ὡς γὰρ ἐς τὰς ἱπποδρομίας D  
 ῥαδίαν ταῖς τῶν ἵππων δίδωσιν ἀμύλλαις τὰ τῶν πεδίων ἱππῆ-

do excitarunt, bonorum publicationem minati, eaque indicta poena, ut qui mecum in altero consensu affuturus esset, is deprehensus in carcerem duceretur. Hinc factum est, ut quotquot ad eiusmodi certamina et pericula subeunda animo erant minus forti, ii paulatim a latere meo discesserint; alii vero in priore silentio perstiterint, pro sua quisque voluntate et sententia. (VIII.) Ego itaque, cum et haec viderem, et simul imperatorem multis modis palam nobis adversari intelligerem; tum praeterea episcopos cernerem in nos saevire et caedem spirare, surrexi et e curia excessi; ac eos, qui partium nostrarum erant, mecum omnes exeuntes conspicatus sum. Ibi magnus rumor exortus, cum et imperator licitoribus ediceret, ne abire sinerent sed tenerent; et nos mortem praecoptaremus, quam ut Concilium illud latrocinii simile intueremur fixis oculis. Tandem venerabilis ille Palamas, qui absentiam nostram sibi iucundam esse sentiebat, auctor imperatori existit, ut nos missos faceret. Facilius quippe futurum sibi aiebat, detrectati iudicii nos accusare, atque ita ferendis in nos decretis finem imponere, quam si et adessemus et contradicereamus. (IX.) Quare Palamitas, abeuntibus nobis, imperatorem, quod secundum et optatum puppi suae auram adspirasset, profusis laudibus remunerabatur, et eiusmodi adulationibus titillatum eius animum permulcebant. Nampe ut patentes campi equis certantibus facilem cursum offerunt, sic ille

A. M. 6859 λατα, οὕτως ἀνειμένας εἶωθε παρέχειν καὶ αὐτοὺς κομιδῇ τοῖς  
 Ind. 4 κόλαξι τὰς ἀκοὰς ἀεί. εἶτα καθ' αὐτοὺς αὐτοὶ καὶ λέγοντες καὶ  
 A. C. 1351 δρώντες ἐπέβαινον ὅσα τὸ βουλόμενόν σφισιν ἐπέγγελλε τῆς  
 Imp. Io. Can- ψυχῆς.  
 tacuz. 5

assentatoribus vacuas aures commodare omni tempore prorsus consuevit.  
 Itaque illi iam soli secum, quidquid animi libido dictavisset, verbis pari-  
 ter et factis exsequebantur.

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

## ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΔΟΓΟΣ ΚΑ.

# NICEPHORI GREGORAE

## BYZANTINAE HISTORIAE

LIBER VIGESIMUS PRIMUS.

### ARGUMENTUM.

*Contacuzenus Gregoram arcessit. Animum eius tentat solitis artibus; nullo autem successu. Quae hactenus in Concilio direrit, ea pacis et concordiae studio dixisse se affirmat. Maiorem in posterum acquitatem suam fore promittit. Palamitarum doli, consilium, fiducia (Cap. 1). Sessionem tertiam orthodoxi a Fidei professione auspicantur. Excerpta ex libris Palamae leguntur et expenduntur. Illius in se defendendo labor irritus. Gregoras unum ex discipulis producit, qui disputandi munus excipiat. Palamas, victus ab adolescente, omnibus deridiculo est. Ex viginti capitibus tria tantum excussa. Exitus tertiæ sessionis (2). Acta post sessionem tertiam. Sessio quarta, eademque ultima. Orthodoxi partim volentes, partim etiam nolentes adsunt. Imperatoris iracundiae, protinus erupturae, Gregoras caute occurrit. Recitantur aliquot capita, ex libris Palamae excerpta. Episcopi nonnulli, ex illius amicis, dogmatum novorum insolentia offensi, turbas cient. Palamae violentia. Contacuzeni iniquitas. Testimonia a Palamitis allata examinantur. Gregoras fusiorem narrationem et accuratas refutationes editurum se promittit, si mortis pericula imminetia effugiat. Redit ad propositum. Tumultus et confusio. Quid tandem decretum sit. Orthodoxi vapulant. Episcopis duobus adempta insignia dignitatis; barba vellicata. Gregorae discipulis quid acciderit. Episcopus Tyri cur sessioni ultimae haud interfuerit, Gregoras et alii ut dimissi sint (3). Gregoras domo includitur. Silentium ei perpetuum indicitur. Consolatur se melioris fortunæ spe, quam ei spondet ipsa rerum humanarum mutabilitas. Idem cum illustrium Sanctorum casibus suam calamitatem comparat. S. Basilii verba ad præsens tempus accommodat. Alia sanctorum Patrum dicta subiuncturum se promittit, quae tamen haud profert (4). Palamitas victores impudenter exsultant. Præmia eis data. Poenæ orthodoxis irrogatae. Palamitarum dogma impium. Sæcivitia. Tomus synodicus. Gregoram multi ex amicis deserunt; atque*

etiam Cabasilas. Huius ingenium et studia. Ut Gregorius Nassium eiusmodi homines alloquutus sit. Gregoras suam sortem deplorat. Salomonis verba. Darii morientis apophthegma (5). Tomus synodicus inusitatis caeremoniis consecratus. Auctoribus probro est. Palamitas magna et praeclara imperatori promittunt. Byzantina suburbia a Gemutis Galataeis incenduntur. Palamitarum promissa exitu ipso refutata. Rerum hodiernarum cum antiquis comparatio. Qui hodie persecutionem patiuntur, eorum conditio peior est quam antiquitus fuit. Orthodoxi non habent quo fugiant. Imperium angustissimis finibus comprehensum. Somnia prophetica explosa; idque verbis D. Basili, quae in Palamitas apte admodum cadunt (6).

A. M. 6359 *α'*. *Και ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον, καὶ οὕτω τὰ τῆς*  
*Ind. 4 δευτέρας καθέδρας ἤνετο. ὁ μέντοι βασιλεὺς καθ' ἑαυτὸν τῆ*  
*P. 627 ὑστεραία γενόμενος, καὶ συνιδὼν, ὡς οὐκ εὐδοία σφισι τὰ τῆς*  
*καθ' ἡμῶν ἔσται ἐπιβουλῆς, εἰ μὴ παροῦσιν ἡμῖν ἐπιθεῖεν τὰ*  
*ψηφιζόμενα, δύο παρῆλθον ἡμέραι, καὶ μετάπεμπον ἔσχεν ἐμὲ, 5*  
*καὶ ταῖς εἰωθύλαις αἰθῆσι θωπέλαις τε καὶ τῶν βασιλικῶν ἐκείνων*  
*Β* *δωρεῶν ἐπειρᾶτο παραφέρειν ἐπαγγελίαις· οὐκ οἶδα, εἰθ' ἑκὼν*  
*ἐπιλανθανόμενος, εἴτ' ἄκων ἀπατώμενός τε καὶ συναρπάξειν ἐπι-*  
*χειρῶν. ἢ γὰρ οὐ δις καὶ τρις μόνον, ἀλλ' ἐπτάκις εἰπεῖν ἐπὶ*  
*διελῶν καὶ εἰπῶν, καὶ ἀποτυχῶν, ταῦτα παρεσκευκλῶν ἀεὶ καὶ 10*  
*ἐς ταῦτὰ παλινδρομῶν, ἕτερά τε καὶ διάφορα πρὸς διαφόρους,*  
*καὶ οὐ πρὸς ἓνα ἐμὲ τὰ αὐτὰ, λέγειν ᾤετο. (B.) Ὅμως ταῦτα*  
*Γ* *κλέγων προσενεκάλει τὰ πρότερον γεγονόθ' ἡμῖν, ἡμῶν καθά-*  
*πτόμενος, μὴ συνιέντων δῆθεν τῆς σπουδῆς ἐκείνης καὶ τοῦ σκο-*  
*ποῦ, πρὸς εἰρήνην ἀστασιαστον οἰκονομικῶς σχηματίζοντος καὶ 15*  
*ποικιλλόντος τοὺς τε λόγους καὶ διὰ κύκλου τινὸς, ἀδήλου τοῖς*

10. ἀπέτηγεν conl. Boiv.

11. ταῦτὰ Boiv. pro ταῦτα.

**E**t haec quidem ita se habuerunt, et hic finis fuit secundae sessionis. At imperator, qui poetera die secum privatim animadverterat, non cessura esse feliciter ea, quae in nos machinati essent, nisi ipsi praesentibus nobis eam quam tulissent legem imponent; duobus ex eo diebus elapsis, me arcessitum solitis blanditiis et illarum rursus largitionum principalium pollicitationibus conatur pervertere; nescio utrum sponte oblitus, an praeter voluntatem deceptus, et obrepenti studio delusus. Nimirum is, quae dicendo et exponendo, non solum bis terque, sed et septies quasi septimo, nil profecerat, ea cum repeteret semper, et eodem subinde recurreret, alia et diversa apud diversos homines, non autem eadem apud me unum, dicitare se arbitrabatur. (IL) Tamen ille haec sic dicebat, ut etiam ea, quae triduo ante a nobis facta essent, criminaretur, et nos verbis corripere; qui illud videlicet studium consiliumque eius non intellexissemus, sermones suos ad pacis concordiam caute et providenter componentis, eosque variantis, ac per circuitus quosdam vulgo ignotos circumdu-



πλείστοις, περιόντος καὶ περιόγοντος, καὶ τὰς διαφόρους τῶν A. C. 1851  
 πλείστων μετεωρίζοντος γνώμας. καὶ κείνῳ μὲν, ταῦτα καὶ τὰ <sup>Imp. Io. Can-</sup>  
 τοιαῦτα λέγοντι, τὰς εἰωθίας καὶ μέλλουσ τῶν ἀντιρρήσεων ἀ- <sup>tacuz. 5</sup>  
 τεπήγον αὐτός. καὶ πολλὴν ἰδίᾳ διατετριφότες ἐν τούτοις ἡμέραν D  
 5 ἐπ' ἀτελέστοις αὔθις διελεύθημεν ταῖς ἑλλείσι. ὁμως ἤξιον πάλιν  
 καὶ ἐπηγγέλλετο, συνελλυθόσιν αὔθις ἡμῖν διδόναι τὴν τοῦ  
 λέγειν ἅπασαν ἄδειαν, ὡς εἰκός, καὶ μὴ συνηγορεῖν ὁμοίως ἔτι  
 τῷ Παλαμῷ, μηδὲ τοῖς ἐκείνου πᾶσαν διδόναι ῥοπήν. . (Γ.) Ἐξ P. 628  
 παρῆλθον ἐκεῖθεν ἡμέραι, μέχρις ἂν ἐς αὐτάρκη παρασκευῆν τὰ  
 10 ἐκείνων ἀπαρτισθῆ καθ' ἡμῶν δίκτυα. ὧν γὰρ ἐν τοῖς δυοῖν  
 ἐκείνοις ἀπετύγχανον συνεδρίοις, ταῦτ' ἐπανορθοῦντες (ὡς V. 507  
 ᾤοντο) νῦν πρὸς τὸ σφίσι βέλτιον, θαρραλειώτερον ἤδη τὸ τοῦ  
 ἀγῶνος ἀνεκαλοῦντο στάδιον. καὶ πάλιν εἶχεν ἡμᾶς τὸ συνέδριον  
 ἐκεῖνο καὶ τὸ βασιλεῖον βῆμα.

15 β'. Βέλτιον δ' ἔδοξεν ἡμῖν, ἐκ πρώτης εἰπεῖν ἀφρητίας B  
 ἀποκρουομένοις τὰς τῶν ἐφεδρευόντων ἐκείνων ἐπιβουλὰς, παρ-  
 ῥήσια τὸ τῆς καθολικῆς ἀναγνώσαι πιστεως ἱερὸν σύμβολον, ἐς  
 κοινὴν καὶ συνήθη τοῖς ὀρθοδόξοις ὁμολογίαν. (B.) Οὐδ' ἤ γε-  
 νομένου, τῶν τοῦ Παλαμῷ βλασφημῶν δογματῶν τὰ γνωριμώ-  
 20 τερα τοῖς πολλοῖς, ὑφ' ἡμῶν ἐκλεγέντα, πρὸς τοῦ ἡμετέρου μέ- C  
 ρους ἀνεγινώσκετο παρῥήσια, παρακειμένων ἕμα καὶ τῶν αὐτοῦ  
 συγγραμμάτων, καὶ τὸ ἀπιράλλακτον ἅπαν περιφανῶς μαρτυ-  
 ρούντων. ὅθεν οὐκ ἦν αὐτῷ πρὸς οὐδὲν ἀναδύεσθαι τῶν ἐγκε-  
 κλημένων, καίτοι πολλάκις μὲν ἐπιχειρήσαντι, πολλάκις δ' ἐπι-

centis, atque ita diversas plurimorum hominum mentes suspendentis. Haec  
 et talia dicenti solitas ego et validiores solito responsiones opponebam.  
 In his magnam diel partem cum privatim colloquendo consumpsissemus, spe  
 irrita rursus discessimus. Caeterum velle se denuo aiebat spondebatque,  
 ubi nos rursus convenissemus, omnem dicendi licentiam dare, ita ut par  
 esset; ac non aequo ut antea patrocinari Palamae, et eius partibus favo-  
 rem omnem accommodare. (III.) Dies inde sex effluunt, dum retia, quae  
 nobis tendebantur, perfecte parata et instructa essent. Quae enim in illis  
 duabus prioribus sessionibus nullo successu gesserant, ea nunc, prout me-  
 lius sibi futurum esset, reformare se existimantes, maiore iam audacia  
 stadium et certamen repetebant. Ac nos rursus idem Concilium et illa prin-  
 cipalis curia praesentes habuit.

2. Porro melius visum nobis est, insidiantium fraudes in ipso, ut aiunt,  
 limine eludere, sacro catholicae Fidei symbolo palam et alta voce, secun-  
 dum communem et usitatum orthodoxorum professionem, perlecto. (II.) Id  
 ubi factum est, coeperunt deinde impia Palamae dogmata, ea scilicet  
 quae vulgo notiora excerpseramus, palam et ipsa a nostris perlegi, appo-  
 sitis eiusdem scriptis, quae differentiam omnem prorsus abesse luculenter  
 attestabantur. Itaque illi nullum crimen obiciebatur, unde posset fugien-  
 do et elabendo se expedire: quod cum saepe tentasset, toties haesit suis

- A. M. 6859 *σχεθέντι, ἐμποδῶν τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων ἐκ τοῦ προφανοῦς*  
 Ind. 4 **D** *ίσταμένων καὶ ἐπιστομιζόντων λαμπρῶς. καὶ τὰ μὲν πλεῖστα*  
*διὰ μῆκος καὶ κόρον παρεῖται. τῆς γὰρ αὐτῆς κάκεινα ποιό-*  
*τητος ἦν. ὡσπερ γὰρ ἐπὶ θαλάττης πικρῶς οὐ τότε μὲν τῶν*  
*μερῶν ἀπωθεῖται τὴν γεῦσιν, ἐκείνο δ' οὐ· ἀλλὰ πάνθ' ὁμοῦς*  
*τὴν αὐτὴν παρέχει τοῖς γεομένοις ποιότητα· οὕτω καὶ πάντ'*  
*ἐκείνα τάνδρως τουτουῖ συγγράμματα τῶν αὐτῶν ἐκπέφανται*  
*βλασφημιῶν ἐχόμενα. διαφορὰν μὲν γὰρ ἴσως εὔρεν ἂν τις κατὰ*  
**E** *τὸ μᾶλλον καὶ ἥττον τοῦ βλασφημεῖν· κακίως δ' οὐδὲν οὐδαμῆ*  
*τῶν μερῶν ἐξιστάμενον. (Γ.) Ἦν γε μὴν τοιαυτὰ τὰ προκομι-*  
 P. 629 *σθέντα, καὶ οὕτως ἔχοντα.\*\*\* (Δ.) Τούτων ἕνια μὲν κὰν τῷ*  
*πρῶτῳ τῆς ἡμέρας βήματι, προκομισθέντι πρὸς ἐμοῦ, περι-*  
*φανῆ τὴν ἀντιρῶσιν ἐσχηκεν, ὡς ἀνωτέρω μοι γέγραπται· τῶν*  
*δ' ἄλλων ἕνια καὶ αὐτὸς ὠμολογεῖ κατὰ τὴν λέξιν ἡμαρτήσθαι*  
*αὐτῷ, καὶ διορθοῦσθαι ὑπισχεῖτο· κατὰ μέντοι τὸν νοῦν πάντ' 15*  
*ἔχειν ὑγιῶς διετελέετο. ἀποδεικνύειν δ' ἀρξάμενος οὐκ εἶχεν ἄγιων*  
**B** *οὐδένα σύμμαχον, ὅτι μὴ συγγέων καὶ παραφθείρων καὶ ἅμα πα-*  
*ρεξηγούμενος, καὶ οἷον αὐτὸς ἐαυτῷ μαχόμενος. ὁ γὰρ τῷ οικείῳ νῷ*  
*τὰς οικείας λέξεις μὴ τιθέναι συμφώνους δυνάμενος ἕκων αὐτὸς*  
*ἐαυτῷ μάχεται· ὁ δ' ἐαυτῷ μαχόμενος σχολῇ μεντὰν ἑτέρῳ συμ-*  
*φωνοίῃ τῶν πάντων, σχολῇ δ' ἂν ἀπόσχοιτο πάσαις ἄγιων γραφαῖς*

11. Desunt hoc loco dogmata excerpta ex libris Palamae. Erant autem capita viginti, ut infra dicitur. Hic defectus suppleri potest ex errorum Palamae Synopsi, edita ab Arcudio. Sed et non pauca, ex iisdem Palamae libris excerpta, infra reperies in disputatione Gregorae cum Cabasila. BOIV.

ipsius scriptis manifeste impeditus, et plane obmutescere coactus. Ac pleaque, quod longiora essent, fastidii vitandi causa ommissa sunt. Erant quippe illa eiusdem omnia naturae. Quemadmodum enim mare ita amarum est, ut non aliqua parte gustum repellat, aliqua admittat, sed eundem ubique gustantibus saporem obicit; ita et huius viri scripta omnia ad eandem blasphemias pertinere evidens est. In quibus etsi fortasse aliquis maioris minorisque impietatis discrimina reperiat, tamen pars nulla usquam extra mali labem posita deprehendi potest. (III.) Quae autem prolata sunt, ea eiusmodi fuerunt et ita habuere. \*\*\* (IV.) Horum quaedam primae sessionis die prolata a me palamque et aperte refutata sunt, ut supra scripsi. In caeteris quaedam et ipse fatebatur perperam a se esse enunciata, eaque se correcturum promittebat; at in omnibus sententiam ipsam sanam esse contendebat. Idem exorsus probando rem demonstrare, Sanctorum nullum habebat sibi suffragantem, nisi cum dicta confundebat et corrumperebat et male interpretabatur, et secum ipse quasi pugnabat. Quisquis videlicet verba sua cum sua ipsius mente conciliare et componere non potest, is secum invitus pugnat: qui vero secum pugnat, is haudquaquam cum alio ullo consenserit, nec facere unquam possit, quin ab omnibus Sanctorum scriptis,

διαφέρεσθαι, πῶς μὲν δι' ἀμαθίαν, πῶς δὲ δι' ἀγνωμοσύ- A. C. 1351  
νην καὶ μοχθηρίαν ψυχῆς. λόγος μὲν γὰρ ἀνθρώποις ἄπα- Imp. Io. Can-  
σι δίδεται· τρόπος δ' ἀγαθὸς οὐ πᾶσιν, οὐ μὴν οὐδὲ τὸν tacuz. 5  
λόγον εὖ διοικοῦσα σύνεσις. ὅθεν ἀποκρουόμενος πανταχόθεν C  
5 καὶ ἐπιστομιζόμενος καὶ μὴ ἔχων μηδαμῆ βεβαίαν ἀποστρο-  
φήν ἐπὶ τὸ Θαβώριον αὐθις ἐποιεῖτο τὴν ἀναχώρησιν, Βαρ-  
λαάμ καὶ βίον αὐτοῦ προφασιζόμενος, καὶ ὅσα τισὶν ἀραχνίως  
ἐφαίνεσθαι προσεφώκει. ὅθεν καὶ λίαν εὐχεροῦς καὶ προδή-  
λου τυγχάνοντα τῆς ἀναλύσεως μόνον εἶχε τὸν βασιλέα λαμ- D  
10 πρῶς ὑπεριδόντα, κατὰ τὸ μηδαμῆ προσῆκον, μηδὲ καλύπτειν  
τὴν ἀδικίαν ἰσχύον, ὅσοῦτον παρόντος πλήθους ἀνδρῶν.  
(B.) Ἐγὼ μὲν οὖν βραχὺ τι ὑπειπὼν, ἔπειτα πῶς μὲν διὰ τὴν  
ειρημένην ἀδικίαν, πῶς δὲ διὰ τὰς τῆς κεφαλῆς ἀληθόνας,  
τοῖς σοφοῖς ἐκείνοις συμμάχοις ἀφῆκα διαγωνίζεσθαι. ἐπιφράσι-  
15 ζειν δ' ὅμως καὶ οὕτωςί πως τοῦ Παλαμῦ τὴν ὄφρῶν σκεψα- B  
μένῳ ἕνα τῶν ἐμῶν εἰσάγειν ἐπήει μοι φοιτητῶν ἀντ' ἐμοῦ πρὸς  
τὴν ἐκείνου πάλην, ἵνα μᾶλλον αἰσχύνοιτο. τὸ γὰρ ἀντικρυς  
πρὸς ἐκείνον ἐμὲ διαλέγεσθαι καὶ τὴν ἀκαιρίαν ἐκείνου φιλονε-  
κεῖν ἐκείνῳ μὲν εἶχε τιμὴν, ἐμοὶ δὲ καὶ μᾶλα πάντων ἥκιστα.  
20 τοσαύτην τοίνυν ἔδοξε πᾶσι τοῖς τότε παροῦσιν αἰσχύνῃν ὁ Πα-  
λαμᾶς ὠφληκέναι καὶ κωμικὴν τινα χλεύην, ὑπ' ἐκείνου τοῦ νεα-  
νίου κατὰ κράτος ἠττώμενος, ὅσην λεγόντων ἐστὶν ἀκούειν ἀπάν-  
των. κοινὸν γὰρ τοῖς ὅλοις ἀφήγημα γέγονε Παλαμᾶς ἐκεῖθεν F  
καὶ γελοῖον τοῖς ὅλοις ἐντρύφημα. (C.) Ἀλλὰ νῦν ἐπὶ τούτοις

partim ignorantia, partim malitia et perverso ingenio, discrepet. Ratio quippe omnibus hominibus data; morum probitas non data omnibus, nec quae rationem recte moderetur sollers intelligentia. Quamobrem undecunque repulsus, quia os ei obstruebatur, nec ullum usquam perfugium erat, in quo posset consistere, rursus se ad Thaborium recipiebat, Barlaamum et illius mores praetextens, et alia araneorum telis similia. Quae facili et evidenti ratione cum resolverentur, solus imperator aperte tuebatur, idque indecore et eo modo, qui tot hominibus praesentibus iniquitatem velare haud posset. (V.) Ego igitur pauca subieci. Tum doctos illos adiutores, partim ob eam quam dixi iniquitatem, partim ob capitis dolores, sivi decertare. Tamen Palamae arrogantiam sic quoque sugillare cum instituissem, libuit unum ex discipulis meis producere, qui, ut maior esset illius ignominia, meam cum eo luctam vicarius exciperet. Nam quod per me ipse contra disputarem, et cum homine importuno rixarer, id quidem illi honorificum erat, mihi autem minime. Quanto itaque Palamas pudore affectus, quantum omnibus, quotquot tum aderant cum ab illo adolescente profigatus est, comico risu dignus visus sit, ex omnium sermone accipi potest. Quippe ex eo publica omnium fabula ac omnibus deridiculo et ludibrio Palamas fuit. (VI.) Sed nox superveniens coegit quemque, et

- A. M. 639 *λοῦσα τῶν οἴκοι μεμνησθαι καὶ μάλιστα πάντων τοὺς ἡμετέρους*  
 Ind. 4 *ἠνάγκαζε, νήσεις τ' ὄντας καὶ πόρρω που βαδίζειν ἄλλον ἄ-*  
*λοθι τῆς πόλεως ὀφειλοντας, προμηθείας ἀπάσης ἐρήμονος, κα-*  
*θάπερ ἀπόλιδός τε καὶ ἀνεσίλους τινὰς γεγονότας ἐπὶ τοῦ διω-*  
*γμοῦ τουτουῖ. μετὰ γὰρ τὰς ἀποψηφίσεις καὶ παντελεῖς καταδικασθῆ*
- P. 630 *καὶ τιμωρίας, τὰ τε δικαστήρια καὶ τὰ τῶν ἐξετάσεων βήματα*  
*συνιστῶν ἐπήει τοῖς ἀρχιεπίσκοποις τούτοις κριταῖς, τοῖς καὶ ἀκαπή-*  
*λευτον ὁμωμοκόσοι φυλάττειν τὸ συνειδός. τριῶν οὖν μόνων, ἡναγ-*  
*κασμένως καὶ τούτων καὶ μάλα μόλις, ἐκ τῶν τῆς διπλῆς δεκά-*  
*δος κεφαλαίων τὴν ἐξέτασιν εἰληχότων, καὶ τοῖς τρισὶ δημοσίαν 10*  
*τὴν ἤτιαν εἰληφότος τοῦ Παλαμᾶ, ἐξ τὴν ἐπιούσαν τὰ ἐφεξῆς*  
*παρεπέμπετο ψῆφον. καὶ ταῦτα μὲν, ἐς τοῦτο τύχης ἐλάσαντα,*  
*τοὺς ἐλέγχους ἐκείνου τάνδρως καὶ τὸν σύλλογον ἔλυσεν.*
- V. 509 *γ'. Οὐκ ἦν δὲ ἡρεμεῖν οὐδαμῆ Παλαμῶν ἐπὶ τούτοις, οὐδὲ*  
 B *τὸν τῆσιν μετριάζειν ἐκείνον, ὡς παρῶτάτω τὴν λῆξιν ἢ κατὰ 15*  
*τὰ προσδοκώμενα τῶν μελετηθέντων οὕτωςι σχεδιασάντων. κενο-*  
*δοξία γὰρ, ἀποτυγχάνουσα τῆς ἐφέσεως, μεμηνυίας τινὸς ἀναι-*  
*δείας γίνεται μήτηρ, καὶ πῦσαν ψυχῆς ἐλευθερίαν ἀνδροποδί-*  
*ζεται, καὶ ὄλους ἀναμοχλεύει θεμελίους ἀγάπης. ναὶ μὴν οὐδ'*  
 C *αὐτῷ τὰ τοιαῦτ' ἔδοξεν ἀρεστὰ βασιλεῖ, ἔρισμα κράτιστον ἐπαγ- 20*  
*γελαμένῳ καὶ τεῖχος εἶναι μὴ ῥᾶστα μηδέοι φηγγύμενον παρ'*  
*ὄλον αὐτῷ καθίστασθαι ἀγῶνα. ὅθεν Εὐρύπου δικτὴν ἄπαντ' εὐ-*  
*θὺς ἐκείνα ἀνετρέπετο, καὶ κρατῆρις ὄρκων ἐκείνων ἀνεκίρανετό*

2. πόρρω που et τῆς πόλεως em. Boiv. pro πόρρω τοῦ et τῆς πρό-  
 τερον.

omnium maxime nostros, domi suae meminisse; ieiunos scilicet, et alium alio per urbem ituros, neglectos prorsus et incuratos, utpote qui per eam persecutionem erronibus urbe et domo carentibus parcos evasissent. Etenim aequissimis illis iudiciis, qui se iuraverant conscientiam integram servaturos, tum demum placuit iudicia et tribunalia cognoscendi causa constituere, cum istos abdicacionibus, ultima damnatione et supplicis coërcuisent. Idcirco, cum ex his decem capitibus tria tantum, eaque vix et perquam aegre, excussa essent, et in illis ipsis tribus Palamas victus publice esset, sequentia subsequaturae sessionis suffragis reservata sunt. His ad eum exitum deductis, illum hominem refutandi finis factus, coetusque dimissus est.

3. At Palamas, cuius cogitata longe alium quam speravisset exitum sic repente nacta fuerant, his acquiescere nullo pacto nec modum ponere arrogantiae suae poterat. Etenim vanae gloriae cupiditas, ubi ea re excidit quam appetebat, furiosae cuiusdam impudentiae mater efficitur, omnem animi libertatem captivam rapit, omnia caritatis fundamenta convellit. Sed nec imperatori ipsi illa placuerunt, qui firmissimum praesidium, et murum haud facile perumpendum, per omne certamen fore se illi promiserat. Quamobrem illa omnia, Euripi instar, statim retro conversa sunt; sanc-

τε καὶ συνεχόντο, καὶ εἰρηναίων ἑπαγγελιῶν ἐκείνων ἐπατοῦντο A. C. 1351  
 θεσμοὶ καὶ συμβόλαια. καὶ πάλιν βουλαὶ καὶ μελέται παλίντρο- Imp. Io. Can-  
 φοὶ διενυκτέρονόν τε καὶ κίβων δίκην ἀνεξήκοντο. οὕτω μὲν tacuz. 5  
 οὖν ἡγεμόνες ἐκεῖνοι, τῶν ἐπεξῆς συνεδρίων τὰς καθ' ἡμῶν εἰ- D  
 5 ληφότες μελέτας καὶ συσκευὰς, ὁποίας καὶ ὄσας ἱκανὰς ὄντ'  
 εἶναι, τὴν τ' οἰκίαν ἀποτρέψασθαι δεῖλαν καὶ ἅμα ἡμᾶς τὴν  
 ταχίστην ἀποσκευάσασθαι, πρὸς βύραθρον ἀφανείας ὠσάμενοι,  
 ἐκκλησίαν ἐκήρυττον, δίκης ὕνομια χρηστὸν ἀναθέμενοι γνώμῃς  
 ἀδίκους καὶ ἀνοσίους (B.) Καὶ παρήμεν ἡμεῖς, πῶς μὲν οὐ P.  
 10 σφόδρα ἐκόντες, πῶς δὲ καὶ σφόδρα τουτ' ἔκοντες μὲν, ἐπεὶ  
 μὴ λέληθεν ἡμᾶς τὰ καθ' ἡμῶν, ἃ τε τὴν μελέτην ἐμπροκτον  
 ἔσχεν καὶ ἃ τὴν προῤῥξιν ἐν προθύροις ἔτι σφίσι ἀλλήλομένην  
 ἔταμιεύετο, καὶ μάταιον εἰς τοῦμφανὲς τὴν ἡμῶν παρεῖχεν εἰσα-  
 γωγὴν ἔκοντες, ὅτι πρὸς θεὸν βλέποντες, καὶ τὸν τοιοῦτον τῆς  
 15 ἀθλήσεως ὑπ' ἀθλοθέτη τρέχοντες ἐκείνῳ διαυλον, τὰς ἀγαθὰς B  
 οὐκ ἐφενύγομεν τοῦ μέλλοντος ἐλπίδας, εἰ καὶ τὸ τῆς εὐσεβείας  
 κράτος, ἔτεσι πλείστοις καὶ βίβλοις ἁγίων μακροαῖς κυρωθὲν,  
 ὃ παρῶν οὐκ ἡγκαλιζέτο χρόνος· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ λέγειν  
 ἅπασαν ἄδειαν ἡμῶν τε ἀφαιρούμενος καὶ τοῖς ὄρῃν εὐχερῶς  
 20 τὰ κατὰ βούλησιν ἔχουσιν ἔκτοπα χυριζόμενος τὰ τῆς ἀληθείας  
 ἀνάκτορα πᾶσιν ὄπλοις καθαιρεῖν τε καὶ λύειν ἠπέλεγετο, μήτ'  
 ἀκοῆς μήτε γνώμης οὐδεμιᾶς μήτε νέμεσιν θείαν μήτ' ἀνθρώπων C  
 προσδεχομένης αἰδῶ. (Γ.) Τοῦ μέντοι βήματος οὕτω συγκρο- V. 510

23. προσδεχομένης Boiv. pro προσδεχομένην.

tum iureiurando foedus turbatum et confusum; pacificarum promissionum  
 leges et pacta conventa pedibus conculcata. Tum rursus deliberationes et  
 consilia per totam noctem versata in omnem partem ac tesserarum instar  
 iactata sunt. Sic illi principes, cum de sessionibus deinceps futuris con-  
 sultassent, machinasque et fabricas in nos apparassent, quales et quantas  
 timori suo abstergendo, nobis vero funditus delendis ac pessumdandis pa-  
 res fore arbitrabantur, concionem vocant, sententiis iniustus et impiis spe-  
 ciosum iustitiae nomen imponentes. (II.) Nos vero affuimus, partim no-  
 lentes, partim etiam volentes: nolentes quidem, quoniam structas nobis  
 fraudes haud nesciebamus, sive eas quarum molitio ad exitum perducta  
 esset, sive illas quae executionem, velut in limine morantem, adhuc inte-  
 gram sibi reservabant, efficiebantque ut introduci nos inutile palam foret:  
 volentes autem, propterea quod in Deum intuentes, et eo praemia sta-  
 tuente istud martyrii stadium currentes, bonas de futuro spes non refu-  
 giebamus; tametsi religionis auctoritatem, annis plurimis et Sanctorum li-  
 bris multis firmatam, praesens tempus non admittebat, sed libertate ipsa  
 dicendi nobis prorsus ablata, ac illis qui absurda quaelibet facile perpe-  
 trarent concessa, sacra veritatis praesidia demoliri et evertere omni armo-  
 rum genere festinabat, nullis auribus, nullis animis, seu indignationis di-  
 vineae metum, seu hominum reverentiam accipientibus. (III.) Conflato in

A. M. 6859 τηθέντος, εἰδώς τε ἅμα καὶ ἰδὼν μεγάλῳ στρατηγουμένους θυμαῖον  
 Ind. 4 τὸν βασιλέα καθ' ἑμῶν προοιμιώζεσθαι θέλοντα λόγους τὴν  
 πρώτην, ὅσον ἐφικτὸν, ἀνέστελλον ἔφοδον ἔγωγ' αὐτὸς, ἐπὶ τὸ  
 προκείμενον καὶ τὸ πρότερον ἕγνος τοῦ λόγου (φάσκων) ἐπανέλ-  
 D θωμεν, ὡς ἂν ὁ λόγος καθ' εἰρημὸν ὁδεύων λήξειεν ἐντύχοι χρη-5  
 σταῖς. οὐ γὰρ ἂν φθάνοιμεν ἄλλως κρημνοῖς καὶ φάραγγι καὶ  
 σκοπέλοις ἀτόποις εἰπεῖν περιπίπτοντες, καὶ πλάνους ἀντιλοῦντες  
 τῶν Ὀδυσσεώς χαλεπωτέρους· καὶ οὐ τέλος θορύβων ἡμῖν ὁ  
 παρὼν ἔσται καιρὸς ἔγγυόμενος, ἀλλ' ἀρχὰς θορύβων ἐφ' ἐτέ-  
 ροις ἐτέρων, καὶ πὶ διωγμοῖς διωγμῶν. ταῦτα παρὰ τὴν πρόθεσιν 10  
 τῆς ψυχῆς ἀκηκοῦσι τῷ βασιλεῖ, οὐ προθύμως μὲν οὐδ' ἀνεπα-  
 E χθέσειν ἤθσειν, ἐνδιδόναι δ' οὖν ἐξεγένετο βραχὺ τι, καὶ ὅσον  
 ἀφοσιώσασθαι τὴν τῶν παρόντων ὑπόνοιάν τε καὶ νέμεσιν.  
 (Δ.) Ὅθεν εἰσιὼν ὁ ἀναγινώσκων ἀρχὴν ἐποιεῖτο κεφαλαίων τὸ  
 τέταρτον. τὰ γὰρ τρία τῆ προτεραιᾶ ἀνεγνωστά τε καὶ κατέ- 15  
 γνωσται, μὴ δυνηθέντος τοῦ γεγραφότος καὶ βεβλασφημηκότος  
 ἰατρεῦειν οὐδὲν οὐδαμῆ, οὐ μᾶλλον γε ἢ λίθοις ὀπτικῆν προσαρ-  
 F μόττειν δύναμιν. μόλις οὖν καὶ μετὰ μῖλα μακροῦ τοῦ τῆς ψυ-  
 χῆς ἀκουσίῳ λαληθῆναι συγχωρηθέντων ἐνὸς καὶ δυοῖν κεφα-  
 λαίων, ὁ Παλαμᾶς αἰσχυνόμενος αὐθις ἐπὶ μετροῖς οὐκ ἦνευ- 20  
 κεν, ἅτε μᾶλλον ἤδη συνορῶν καὶ τῶν φίλων ἐπισκόπων ἐνέους  
 ταραττομένους πρὸς γε τὸ ὑπερβάλλον τῶν ἐκτόπων ἐκείνων βλασ-  
 φημιῶν, καὶ θορυβεῖν ἐπιχειρούντων ἐκεῖνο τὸ βῆμα, καὶ ἀπο-

hunc modum tribunali, cum et scirem et viderem imperatorem adversus nos praefari sic velle, ut in eius verbis magna dominaretur iracundia, primam ipse impressionem, quantum in me fuit, repressi: ac nos (dixi) ad propositum argumentum et ad institutam disceptationem prioribus vestigiis insistendo redeamus, ut haec disceptatio ordine procedat, adeoque bonum exitum sortiatur. Alioqui facere haud possumus, quin praecipites ruamus, ac tanquam in voragines delati, aut ad scopulos allisi, in absurdam incidamus, et erroribus gravioribus iactemur quam quibus ipse Ulysses: nec finem nobis, sed aliarum ex aliis turbarum persecutionumque initium, hodiernus dies spondebit. His imperator praeter sententiam auditis, de vehementia remisit; nec quidem libenter, nec more eius qui haud gravaretur, remisit tamen paululum, quantum scilicet necesse erat ad suspicionem et indignationem eorum qui aderant amoveendam. (IV.) Ingressus itaque lector a capite quarto exorsus est. Nam superiori die tria perlecta et damnata fuerant: ac nulli mederi is a quo scripta et impie pronunciata erant illo modo potuerat, non magis quam lapidibus facultatem videndi accommodare. Cum igitur unum et alterum caput recitari aegre et voluntate admodum repugnante permissum esset, Palamas rursum pudore affectus non tulit amplius moderate, praesertim ubi dilectorum etiam episcoporum nonnullos vidit blasphemiarum illarum nimia insolentia vehementius iam commoveri, et illi tribunali turbas clere, palamque

σκόπτειν πεπαρρησιασμένη και ἀπαρακαλύπτω τῇ γλώσση, μηδὲ Ἀ. C. 1851  
 δύνασθαι λεγόντων φέρειν τὰς τῶν ἀρχόντων και ἀρχομένων λοι- Imp. Io. Can-  
 δορίας, διὰ τὸ συσκιάζειν τοσοῦτους πειρῶσθαι βλασφημιῶν θη- tacuz. 5  
 σαυροῦς, καὶ τῶν ἄλλοτριῶν κακῶν ἴδιον ὄλεθρον καρποῦσθαι P. 632  
 5 ψυχῆς· ὥστε και πᾶν τοι ἐλαχίστου ἐδέησεν ἐκπολεμωθῆναι  
 κατ' ἀλλήλων ἐκείνους, ἕριδος ἐξ ἀλλήλων μεριζομένων ἀλλήλοις  
 ἐγγινομένης και ἀναρῶπιζομένης αἰετὸς πρὸς τὸ μείζον, και οὔσης  
 λοιπὸν αὐτάρκους, ἡμῶν σιωπῶντων, ἀπονητὶ πρὸς εὐδίαν τοῦς B  
 τῆς ἐκκλησίας κατευνασθῆναι χειμῶνας. (E.) Οὐ γὰρ ἔχων οὐ-  
 10 δὲν ὄγιές ἀντιλέγειν ὁ Παλαμῦς ἤχθετο, νῦν μὲν πρὸς ἐκείνους  
 θυμομαχῶν και βιαζόμενος ἀνήνυτα· νῦν δ' ὀνειδίζων τῷ βα-  
 σιλεῖ, και φανερῶς προδοσίαν ἐγκαλῶν, παρὰ τὰς συνθήκας  
 ἔλωσ ἐνδεδικῶτι τοῖς ἐγκαλοῖσιν· ὥστε και τοῦς παρόντας ἐρε-  
 θίζειν οἷς διεξίλασι κατ' αὐτοῦ. ὄθεν και συχνὰ στρεφόμενος ἐπὶ C  
 15 τῆς καθέδρας οἷς μὲν διελιοδορεῖτο θρασύτερον μᾶλλον ἢ πικρό-  
 τερον, και πικρότερον μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν οἰκίαν λῆξιν ἕκαστον·  
 οἷς δ' ἠπέλλει κολάσεις πικροτέρας μᾶλλον ἢ ἐδύνατο· νῦν δὲ  
 ἐμήνυε κρύφα τῷ βασιλεῖ πρὸς οὓς διὰ τῶν θαλαμηπόλων τὴν  
 ἀπόρρητον φλεγμονὴν τῆς ψυχῆς. (ς.) Ὅ δὲ (και γὰρ οὐδὲ  
 20 πρότερον τελείως ἀπέχετο συμμαχῶν αὐτῷ σποροῦδην καὶ συ- D  
 γνῶν τῶν διαστημάτων ἀκροβολίζων και ξιφῶν ὄξυτερος λόγους  
 κατ' ἡμῶν και ὑπὲρ αὐτοῦ) ἀλλὰ νῦν ἀπάσας πύλας ἀναπετά-  
 σαις ἐκείνης τῆς σκηνῆς και τοῦ δράματος πρὸς ἐμφανοῦς κακίας  
 κατ' ἡμῶν ἐξεβρόύγη πυρσὸν, οὐ θυραῖόν τινα τουτοῖν οὐδ' ἐπη-

et aperte mordacibus dictis illudere, ac negare se principum privatorum-  
 que convitia posse ferre, ideo in se iacta, quod tot tantosque acerosum  
 blasphemiarum obumbrare conarentur, et ex alienis morbis suae ipsorum  
 animae exitium colligerent: ut perparum abfuerit, quin sibi invicem bellum  
 indicerent, orta inter dissidentes mutua contentione, quae magis ac magis  
 instar ventilati incendii exardescens poterat iam sola, tacentibus nobis,  
 tempestates ecclesiae sedare, et in serenitatem vertere. (V.) Etenim Pa-  
 lamas, qui nihil validi habebat quod reponeret,angebatur; ac nunc qui-  
 dem cum illis stomachabatur et incassum saeviebat; nunc imperatori con-  
 vitiabatur, eumque prodionis palam arguebat, quod accusatoribus, prae-  
 terquam convenerat, omnino cessisset, sic ut illi insectando se eos etiam  
 qui aderant irritarent. Itaque e cathedra, corpore subinde huc illic con-  
 verso, alios contumeliose obiurgabat, audacius quidem ille quam acerbius,  
 et acerbius quam pro sua conditione singulos; aliis poenas minabatur gra-  
 viores quam posset decernere: nunc denique imperatori per cubicularios,  
 in aurem insurrare iussos, arcanum animi dolorem furtim indicabat.  
 (VI.) At hic, qui nec antea auxilium ei suum omnino denegarat, sed spar-  
 sim et crebris intervallis verba in nos gladiis acutiora pro eo eminui intor-  
 serat, tum demum, velut portis omnibus illius scenae et tragici spectaculi  
 patefactis, aperti furoris flammam in nos effudit; non illam quidem foris

- A. M. 6859 λυν ἢ νέηλον καὶ ἐπιεισόδιον τέως ἀνειληφώς, ἀλλ' ἐγγωρίον τε καὶ  
 Ind. 4 <sup>E</sup> ἐγκείμενον, καὶ ὄλον πάθεισιν ἐμφύτοις συμπεφυρμένον, καὶ μέ-  
 V. 511 σης ἐκπυρσευόμενον νῦν τῆς καρδίας, καθάπερ τοὺς τοῦ Σικελι-  
 κοῦ πυρὸς ἀναφωσμένους κρατῆρας ἐκ τῶν ὑποχθονίων τυφώ-  
 νων ἀκούομεν, καὶ τῷ φίλῳ Παλαμῆ, καθάπερ θεῶ τινι, προ-5  
 θυμούμενον σπένδειν, οὐ μόνον ὄσα γῆ καὶ θάλασσα βαλαντιοῖς  
 καὶ τραπέζις ἀναθήματα γεωργεῖ· οὐδ' ὄσα παραπλήσιον ἔχει  
 F πρὸς ἡδονὴν, ἀλλ' ἐναγίζειν ἤδη καὶ τὰς ἡμετέρας ὕβρεις τε καὶ  
 τὰς καταδίκας καὶ τοὺς πολυτρόπους θανάτους αὐτῷ. ὡσύμενος  
 οὖν τοὺς ἡμετέρους λόγους, ὡς φόρτιον ἀβούλητον καὶ σφόδρα 10  
 μισοῦμενον, καὶ τὸ πρόσωπον ἀποστρέψας πρὸς τοὺς ἀμφὶ τὸν  
 Παλαμῆν ὁ ἀρῆεπῆς διαμένειν ὁμωμοκῶς δικαστῆς, ὄλην τε  
 ἐδίδου σφίσι τὴν ἀκοὴν μετὰ τῆς καρδίας καὶ ὄλα τὰ κατὰ  
 βούλησιν ἐπέτρπε λέγειν τε καὶ ἀναγινώσκειν πλατεῖα τε καὶ  
 ἀπηγκωσιμένη τῇ γλώττῃ, μηδεμίαν ὑφορωμένους ἐν οὐδενί 15  
 πρὸς οὐδένων ἀντιπατικὴν καὶ ἀντίπαλον ἔφοδον λόγων. ἤδη γὰρ  
 P. 633 καὶ τοῖς τῶν ἐπισκόπων ταραττομένοις τὰ ἔσχατα τῶν κακῶν  
 ἀπειλήσας φρίττειν ἐπεπράχει καὶ τρέμειν σιγῇ. (Ζ.) Ἀναγι-  
 νωσκομένων τοίνυν παρεκβολῶν γραφικῶν, αἱ μὲν ἐπ' ἄλλον  
 ἠλέγχοντο τοῖς συνετωτέροις φερόμεναι νοῦν, καὶ οὐδαμῇ κατὰ 20  
 τὴν σφῶν παραφερομένην ἐξήγησιν· αἱ δ' εἰσῆγοντο παρακεκομ-  
 μέναι τε καὶ ἀνεστραμμέναι παντοδαπῶς. ἡ γὰρ τοῖς ὑγιαίνουσι  
 δόγμασιν ἀναγκαῖα, ταῦτα τῷ ἐκείνων ἀχρεῖα ἐδόκει σκοπεῖν· ἡ

6. γῆ καὶ θάλασσα Βοῖν. pro γῆ καὶ θαλάσση.

petitam, non adventitiam ac novam, non extrinsecus ascitam; sed domesti-  
 cam et insitam, et ingentibus affectibus penitus commixtam, et nunc de iu-  
 stimo corde accensam, quemadmodum illa Siculi ignis spiracula subterra-  
 neorum Typhonum flatu accendi audivimus. Nempe is dilecto Palamae,  
 velut Deo alicui, non solum quidquid marsupii et mensis consecrari soli-  
 tum terra et mare producant, aut quidquid similem affert voluptatem, cu-  
 piebat offerre; sed nostra quoque ignominia et damnatione, et multiplici  
 morte, litare gestiebat. Nostris igitur sermonibus, velut ingrato et im-  
 portunissimo onere excussis, vultuque a nobis ad Palamitas detorto, hic,  
 qui se sequum iudicem fore iuraverat, aures iis totas, totum animum ap-  
 plicabat, omnia ipsis, prout vellent, planiora et explicatiora dicere ac le-  
 gere permittebat; ut haud metuerent, ne quis sibi ulla in re contrariam  
 et adversam rationum vim opponeret. Iam quippe et episcopus illos, qui  
 turbaverant, extrema quaeque minatus, eo redegerat, ut metu horrerent,  
 ac trementes obmutescerent. (VII.) Cum itaque excerpta ex Scripturariis  
 testimonia legerentur, eorum quaedam ii qui intelligentiores erant alio spe-  
 ctare, nec ita ut isti perverse interpretarentur accipienda esse demonstra-  
 bant: quaedam adulterata et omnibus modis inversa afferebantur. Nam  
 quae saniori doctrinae necessaria erant, ea illorum proposito nequaquam



δ' ἐκείνοις ἀναγκαῖα, ταῦτα κῆρες ἐπισφαλεῖς καὶ νοσήματα τοῖς A. C. 1851  
 ὑγιαίνουσι μέγιστα δόγμασιν ἦν. δι' ὃ καὶ ὧν τὴν κτῆσιν συνε- Imp. Ip. Cna-  
 φιλοτιμοῦντο καὶ ἐπεδείκνυντο, τούτων τὴν ὑγιαίνουσαν χρῆσιν B  
 ἐς τὰ νοσῶδες ἤλκωνον ἀδεῶς. (H.) Ὅσα μὲν οὖν τηρικαῦτα  
 βπαρηγομήθη, καὶ ὅσα μυσαρῶν ἐκείνων δογμάτων κεκύρωται,  
 ἐροῦμεν ἕκαστα προϊόντες πλουσιωτέραν τῇ γλώττει. κατὰ σχολὴν C  
 γὰρ ἡμῶν γενομένοις, καὶ ἀδελφὸς ἐπιλημμένοις ξύν γε θεῷ τῆς  
 ὀφειλομένης, ἐξέσται ῥαδίως ἐκτιθέναι μὲν ἐκεῖνα καθ' ἓν, ἐπά-  
 γειν δ' ἐξῆς καὶ ὅσαι προσήκουσιν ἀντιφῆσεις κατὰ συζύγιαν καὶ  
 10 συστοιχίαν ἀμοιβαδὸν, ὑπὸ μάρτυσι καὶ στάθμῳ ἀπαραγρά-  
 πτοις ταῖς τῶν ἁγίων φωναῖς· ὡς ἂν εἴη τοῖς ὀφειλομένοις ὄπλα μὲν  
 κατὰ τῆς σφῶν ἀσεβείας ταυτὶ, προτειχίσματα δὲ καὶ θυροὶ  
 τινες πολεμουμένης εὐσεβείας. ζμοὶ γὰρ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν D  
 ἐπισείουσι μὲν τὴν τῆς τελευτῆς ἀπειλὴν αἱ συνεχεῖς τῆς κεφαλῆς  
 15 ἀλληλόνας, λόπας δ' ἐπάγουσιν οἱ τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας πο-  
 λεμουμένης ἀεὶ πρὸς τὸ κραταιότερον κλύδωνες, θανάτων πολλῶ  
 πικροτέρας. ἐὼ λέγειν τὰς τῶν Παλαμιτῶν ἐπιβουλὰς τε καὶ πο-  
 λυτρόπους ἐφεδρείας, αἷ μοι καὶ αὐταὶ τὰς ἀνδροφόνους ἐπι-  
 σείουσι χεῖρας, τοῦ ἡμετέρου νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν διψώσας  
 20 αἵματος· καὶ δέος μὴ, πρὶν ἡμᾶς (οἷς ἀκριβῶς εἰδέναι τὰ τοιαῦτ' E  
 ἐγγόνει, ἀτόπταις καὶ ἀντηκόοις καὶ αὐτοπαθέσειν αὐτοῖς ἡμῶν  
 γεγονόσι) παραδοῦναι ταυτὶ, τὸν βίον γένηται μεταθεῖναι, κἀν-

1. κῆρες em. Boiv. pro κήρας.

conducere videbantur: quae autem ipsis necessaria fuissent, ea saniori do-  
 ctrinae noxia erant et perniciose. Itaque illi, quae tanquam sua affecta-  
 bant et ambitiose ostentabant, eorum sanum usum audacter corrumpebant.  
 (VIII.) Nos vero quae tunc praeter iura fasque acta sint, quotque ex abo-  
 minandis illis dogmatibus confirmata fuerint, sigillatim postea fusiori oratione  
 declarabimus. Nam ea quidem nobis, ubi otium nacti, et eam qua ege-  
 mus libertatem divino munere consequuti fuimus, facile erit singula expo-  
 nere; tum deinceps ea ipsa convenientibus refutationibus refellere, quae  
 propositionibus aliae aliis copulatae et alternis subiunctae continenti or-  
 dine procedant, testimoniis et regulis omni exceptione maioribus subnixae,  
 ipsis Sanctorum vocibus; ut haec posteris contra illorum impietatem arma  
 parata sint, atque ut his propugnaculis, et quibusdam velut clypeis, reli-  
 gio oppugnata protegatur. Mihi enim noctu pariter et interdiu capitis qui-  
 dem doloris continui metum mortis incutiunt: at eae tempestates, quae  
 Dei ecclesiam maiori quotidie violentia infestae adoriantur, moerorem af-  
 ferunt morte omni longe acerbiores. Nihil dico de Palamitarum machina-  
 tionibus et insidiis, quae mihi et ipsae multis modis mortiferas manus in-  
 tentant, nostrum videlicet sanguinem diu noctuque sitientes; ut pericu-  
 lum sit, ne nos, qui haec coram ipsi vidimus et audivimus et perpassi su-  
 mus, adeoque explorata cognovimus, ad alteram vitam ante transeamus,

- A. M. 6859 *τεῦθεν τὸ κράτος τῆς ἀληθείας ἀμυρωθὲν ἀπορίας παρὰ σκῆ*  
 Ind. 4 *μακρὰς, οἷς ἀναζητεῖν ποτ' ἐξείη τὰ ἴχνη τῆς εὐθείας τῶν θεῶν*  
*δογμάτων ὁδοῦ, τριβόλων καὶ ἀκανθῶν καὶ ζιζανίων ἐκτέπνον*  
 • *Ἐκαὶ πολυτρόπων ἐπιφυνέντων, καὶ δυσσεκαστα πάνυ τοι σφόδρα*  
*πεποιηκότων ἴσως τῆς πάλαι εὐδαιμονίας τὰ ὑπομνήματα. οὐδ' 5*  
 V. 512 *γὰρ μόνοις ἡμῖν τὰς ἀνδροφόνους ὀπλιζοῦσι χεῖρας αὐτῶν· ἀλλὰ*  
*καὶ τῶν ἱερῶν βίβλων μεγάλας ἀφαιροῦσιν ἀποτομίας, δλας*  
*δυάδας καὶ τετράδας φύλλων χαρτῶων ὀξείαις μαχαίραις ἐκτέ-*  
*μοντες, κἀκεῖνα τῶν θεῶν ἀποβήγγυνόντες γραφῶν, ἃ μὴ πα-*  
*ραφέρειν ταῖς παρανομουμέναις ἐξηγήσει πρὸς τὸ βουλόμενον 10*  
 P. 634 *δύνανται τῆς ψυχῆς, ἰσχυρὰν καὶ δυσεκβλαστον τὴν ἀντίπαλον*  
*ἰσχὺν κεκτημένα. τοῖς μὲν γὰρ κεφαλὰς ἀνθρώπων ἀφαιρεῖν οὐ*  
*φρόντισον οὐδὲ μόγις μέγα ἂν ποτε φανεῖη γραφῶν κεφαλὰς*  
*ἀφαιρεῖν εὐσεβῶν. (Θ.) Ἄλλ' ἐκεῖσε ἐπάνειμι, τῶν αὐθιμερὸν*  
*ἐκεῖ παρανομηθέντων ἐνός που καὶ δυοῖν εἰς ἐνδειξιν μνησθησά-*  
*μενος, ἐξ ὀνύχων φάσαι τὸν λέοντα, κἀκ τοῦ κρασπέδου τὸ*  
 Βύφασμα. *ἐπειδὴ γὰρ ἡμῖν μὲν τὸ λέγειν οὐκ ἔτι ἐνῆν, τὸ δὲ σιω-*  
*πᾶν ἐνῆν, καταψηρισθὲν οὕτως· ἐκεῖνοις τὸ μὲν σιγᾶν οὐκ*  
*ἐνῆν, τὸ δὲ λαλεῖν ἀνέδην καὶ μάλα ἐνῆν ἐκ διαμέτρου τὰ κατὰ*  
*βούλησιν ἅπαντα· πολλὸς κατέσχε τὸ βῆμα σύλος ἐκεῖνο καὶ θό-*  
 20 *ρυβος, καὶ οἷος ἂν γένοιτο νηΐ, πνευμάτων ἀγρίων τὸ πέλαιος*  
*συγκυκλώντων, καὶ βροντῶν αἰθερίων τὸν πέριξ ἄερα κρατούν-*  
*των, καὶ πῦσαν ἐπικλυζόντων ἀκοτὴν καὶ σύνεσιν λαλιῶς. οὐ γὰρ*

quam haec posteris tradiderimus; atque hinc, veritatis vi obscurata, magna eis difficultates oboriantur, qui rectam divinorum dogmatum viam aliquando investigaturi sunt, tribulorum, spinarum zizaniorumque adnatorum importuna ac multiplici segete ita obductam, ut pristini splendoris monumenta coniectando agnoscere difficillimum fortasse futurum sit. Neque enim in nos solos manus ii armant sanguinarias; sed ex ipsis sacris libris recisa multa auferunt, folia chartacea bina et quaterna acutis cultris desecantes, et ex sacris libris ea avellentes, quae validum et expugnatum difficile robur opponentia, ad suum sensum et libitum iniquis interpretationibus detorquere non possunt. Nimirum qui hominibus capita auferre non exhorrescunt, iis vix magnum videri unquam potest capita ex libris orthodoxis auferre. (IX.) Verum ego illuc redeo. Ex iis, quae illa ipsa die praeter ius perpetrata sunt, unum alterumque facinus exempli causa commemorabo. Ita leonem ex ungue, et ex fimbria textum omnis licebit cognoscere. Cum ea in nos sententia lata esset, ut nobis quidem nihil loqui amplius, sed tacere; contra illis non tacere, sed licenter et immodeste quidquid libuisset loqui permetteretur; magna agitatio et turbulentissimi motus in illo tribunali exstiterunt, quales navis experiri possit, aequore saevientibus ventis turbato, caelo autem aetheriis fragoribus, omnem audiendi sensum et cuiuscunque vocis intellectum absorbentibus, audique cir-

μόνον ἐκ τῆς πολυγλώσσου κραυγῆς ἐκείνης καὶ τρικυμίας καὶ τῆς A. C. 1351  
 τῶν λεγομένων ἀκοσμίας· ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν χειρῶν πάταγος <sup>Imp. Io. Cantacuz. 5</sup>  
 πλείονα τὸν θόρυβον ἐνεποίει τῷ συνεδρίῳ, οὐ παροδικῶς πῶς C  
 συνενεγθεῖς, κατὰ τὰς ἀπροσδοκίτους ἐπιούσας ὁπώσποτε τύ-  
 5 γας, ἀλλὰ καὶ μάλα γέ τοι ἐξεπίτηδες· ἵνα μηδὲν τῶν παρανό-  
 μως ἐκεῖ δογματιζομένων, κατὰ τὸ πρόσφατόν τε καὶ ἄηθες τῆ  
 τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, ἡμῖν ἠκουσμένον γένοιτο, μηδὲ μικρὰ τις  
 ἀντιλογίας ἐκεῖ πρὸς ἡμῶν τολμηθεῖη ῥοπή. ὁμως εἰ καὶ μὴ D  
 περιτυχῶν, ἐν τῇ τῶν πνευματομάχων περιπεσοῦσιν αἰρέσει, „το- Imp. Io. Can-  
 σοῦτον ὑμῶν,” φησὶ, „περιέχομαι καὶ τοσοῦτον ὑμῶν αἰδοῦμαι tacuz. 5  
 τὴν εὐκοσμον ταύτην στολὴν καὶ τὸ χρῶμα τῆς ἐγκρατείας καὶ τὰ E  
 5 ἱερὰ ταῦτα συστήματα καὶ τὴν σεμνὴν παρθενίαν καὶ κάθαρσιν  
 καὶ τὴν πύκνυχον ψαλμωδίαν καὶ τὸ φιλόπτωχον καὶ φιλάδελ-  
 φον καὶ φιλόξενον, ὥστε καὶ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ καὶ  
 παθεῖν τι ὡς κατὰκριτος δέχομαι· μόνον εἰ σταίητε μεθ’ ἡμῶν,  
 καὶ κοινή τὴν τριάδα δοξάσοιμεν. περὶ γὰρ τῶν ἄλλων τί χρῆ  
 10 καὶ λέγειν, σαφῶς τεθνηκότων; οὗς Χριστοῦ μόνου ἐγείραι, F  
 τοῦ ζωοποιούντος τοὺς νεκροὺς κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν· οἱ κα-  
 κῶς τῷ τόπῳ χωρίζονται, τῷ λόγῳ συνδεδεμένοι, καὶ τοσοῦτον  
 πρὸς ἀλλήλους ζυγομαχοῦσιν, ὅσον ὀφθαλμοὶ διάστροφοὶ τὸ ἐν  
 βλέποντες, καὶ οὐ τῇ ὕψει, τῇ θέσει δὲ στασιάζοντες· εἴ γε καὶ  
 15 διαστροφῆν αὐτοῖς ἐγκλητέον, ἀλλὰ μὴ τύφλωσιν.” (Θ.) Ἐγὼ P. 646  
 δὲ καὶ ταῦτα καλῶς τε καὶ εὐφρῶς πρὸς τὴν παροῦσαν εὐρίσκων  
 ὑπόθεσιν ἀρμοζόμενα καὶ πλέον ἔχω τι λέγειν αὐτός. ἀνήρηται  
 γὰρ ἀγάπη πῦσα καὶ παραμυθία καὶ λόγος φίλων παρήγορος.  
 οὐδαμοῦ σπλάγγχον ἀδελφικὸν, οὐδαμοῦ δάκρυον συμπαθές.  
 20 Ὅθεν καὶ ἀνεμνήσθη ἐκείνων τοῦ Σολομῶντος· ἀπέβλεψα γὰρ,  
 ἐκεῖνός φησι, καὶ εἶδον ὑπὸ τὸν ἥλιον, ὅτι οὐ τοῖς κούφοις ὁ  
 δρόμος, οὐδὲ τοῖς δυνατοῖς ὁ πόλεμος· καὶ γε οὐ τοῖς σοφοῖς B  
 10. μόνον edd. 20. ἐπίστροφῶ edd. 22. καὶ οὐ edd. τῆ  
 σοφῶ edd.

tatis praeceps nunc corruisset. (VIII.) Tales crede magnus ille theolo-  
 gus Gregorius homines nactus, in Pneumatomachorum haeresin prolapsos,  
 „Adeo (inquit) vos amplector atque exoscular, adeo concinnam hanc ve-  
 stram et compositam vestem revereor, et contractum ex continentia colo-  
 rem, et sacros hos coetus, et venerandam virginitatem ac purgationem,  
 et noctes, quas in psalmore cantione insomnes transigitis, et propensum  
 in pauperes et fratres et hospites studium atque amorem, ut anathema  
 etiam a Christo esse, ac nonnihil, ut damnatus, perpeti non recusem:  
 modo nobiscum adiungamini, commensibusque animis Trinitatem celebra-  
 mus. Nam quid de aliis dicam, perspicue mortuis, (quos ad vitam revo-  
 care Christi solius est, qui sua potentia mortuos vivificat) qui loco male  
 atque improbe distrahuntur, cum doctrinae vinculo constricti sint, tantum-  
 que inter se contendunt, quantum distorti oculi, unam eandemque rem  
 cernentes, ac non obtutu, sed situ duntaxat inter se dissidentes: si tamen  
 illis distortio et perveritas, non autem caecitas obicienda est.” (IX.) Ego  
 vero, etsi haec ad praesens institutum pulchre et apte accommodata re-  
 perio, tamen ipse plus dico. Sublata scilicet omnis caritas et consolatio,  
 et amicorum blanda allocutio. Nusquam fraterna viscera: nusquam lacri-  
 mae condolentes. Unde et illa Salomonis recordatus sum: Respexi enim  
 (inquit ille) et vidi sub sole, quoniam non est velocibus cursus, nec po-  
 tentibus praelium, nec quidem sapientibus prudentia, nec quidem amicis

A. M. 6859 ἡ φρόνησις· καὶ γε οὐ τοῖς φίλοις τὸ εὖελπι· ἀλλὰ καιρὸς καὶ  
 Ind. 4 ἀπάντημα συμβήσεται πᾶσιν αὐτοῖς ἀπροσδόκητον ἐκ Θεοῦ, πᾶ-  
 σαν ὑπερβαῖνον σοφίαν καὶ δύναμιν ἀνθρωπίνην, καὶ πάντα  
 φαυλλῶν ἀνθρώπινον ὄγκον καὶ τῦπον. διὸ καὶ σιγᾶν ἔκρινα  
 δεῖν, καὶ τῶν τοῦ βίου παιγνίων θαναμάζειν τὰς ἀγχιστρόφους ὅς  
 μεταβολὰς, καὶ μηδένα πρὸ τελευτῆς μακαροῦσιν. καὶ ὁ μὲν  
 C Δαρείος ἐκεῖνος ὑπὸ πληγῶν καὶ τραυμάτων ἐπιβούλων εἰς θά-  
 νυτον ἔλαυνόμενος, ἐπειδὴ διψήσας ἤτησεν ὕδωρ, καὶ παρῆν  
 οὐδεὶς ἐν ἐρήμῳ καὶ ἀβάτῳ διωκομένῳ γῆ, πλην ἑνὸς τινοῦ ἀν-  
 δρὸς εὐτελοῦς, ὃς ὕδωρ τε ἐκόμισε βραχὺ καὶ ἀνέβη πρὸ τῆς 10  
 τελευτῆς, βύθιον ἀνακλαυσάμενος καὶ δακρύσας, „τοῦτό μοι τε-  
 λευταῖον,” ἔφησε, „τῶν δυστυχημάτων, εἰ παθόντι μὴ δύνα-  
 σθαι τὸ προσῆκον ἀμείψασθαι.” ἐγὼ δ' ἀπάντων ἀπόντων γνω-  
 D ρίμων, φίλων, οἰκείων, γειτόνων, ἐν ἀπαραμυθῆτῳ καθέλξει  
 μόνος καθήμενος μείζον εὐρίσκω καὶ τελευταῖον τῶν ἐμῶν δυσ- 15  
 τυχημάτων τουτί, μὴ δύνασθαι παντάπασι, μὴ ὅτι τῷ ψυχροῦ  
 ποτήριον παρασχόντι τό γε προσῆκον ἀμείψασθαι, ἀλλὰ μὴδ' ἔχειν  
 ὃς ἂν μοι τοῦτο διακονήσῃται. φέρω τοίνυν ἀρκούμενος, ὅτι ἔχω  
 κύριον, τὸν τῶν κρυπτῶν γνώστην, μάρτυρα τῆς ἀδικίας. ἀλλ'  
 ἐκεῖσε ἐπάνειμι.

20

P. 647 5. Οὐ γὰρ ἠρέμει τὸ βάρβαρον ἐκεῖνο καὶ φοινικὸν τῆς γνώ-  
 V. 522 μης τῶν παλαμναίων ἐκείνων ἀνδρῶν· ἀλλ' ἐξ οὐρίας ὠθοῦν τὴν

## 2. συναντήσεται σύμψαισι edd.

spes bona; sed tempus et eventus occurret omnibus illis inopinatus a Deo, omnem supergrediens sapientiam et virtutem humanam, omnem deprimens humanum tumorem et fastum. Quamobrem et silere, et eorum qui vitam hanc exercent ludorum crebras vicissitudines mirari, et neminem ante obitum dici felicem oportere iudicavi. Ac Darius quidem ille, plagis et vulneribus per insidias acceptis, adeoque morte instante, cum aquam sitionis petiisset, et ei per deserta et invia loca fugienti nemo adesset, uno excepto, eoque infimas sortis homine, qui et paulum aquae attulit, et illum ante mortem refrigerato aestu recreavit, gemitum ab imo ducens, obortisque lacrimis, „hoc mihi (inquit) post omnia ultimum accidit infortunium; quod beneficio affectus gratiam referre non possim.” Ego autem, cum omnes familiares, amici, necessarii, vicini absint, solusque hic sedeam incensus, ubi nullum solatium datur, maximum hoc infortuniorum meorum et ultimum esse duco, non solum haud posse me gratiam referre ei, qui frigidae poculum dederit, sed nec eum quidem praesto mihi esse, qui eiusmodi poculum ministret. Fero itaque patienter, hac re contentus, quod dominum, qui occulta cognoscit, eiusce iniuriae testem habeam. Sed il- luc redeo.

6. Non desinebat sceleratorum illorum animus barbarus et sanguina- rius saevire: sed ii secundam ab imperatore aurem adspirantem et volun-

ὁδόνην τῆς γνώμης τὸ τοῦ βασιλέως ἔχοντες πνεῦμα Σκύλλαν A. C. 1351  
 πελάγους καὶ Χάρυβδιν ἅπασαν κούφως διέπλεον, ἐμποδῶν οὐ- Imp. Io. Can-  
 δενὸς τῶν ὑπάντων καθισταμένον. ὅθεν τὰ βλάσφημα δόγματα tacuz. 5  
 καὶ τὰς ἀνοσίτους βίβλους ἐκείνας ἐς δημόσιον ἀνεγνωκότες ἄκου- B  
 Ἔσμου, ταῖς ἡμῶν καὶ τῆς εὐσεβείας ὕβρεσιν ἀνακεκραμένα, πεί-  
 θουσιν αὐτίκα μάλ᾽ αὐτὸν βασιλέα τοῖς ἐκ τῶν σφετέρων ὀνείρων  
 προφορβασμοῖς, τὰ τῆς βασιλείας ἀναδησάμενον σύμβολα, τῶ  
 τε πατριάρχῃ καὶ τοῖς Παλαμικοῖς ἐπισκόποις συλλειτουργήσαι  
 τε καὶ τῇ θείᾳ τραπέζῃ ταῦτ' ἐπιθεῖναι χερσὶν ἰδίαις, νόν  
 10 ἀνάθημα νέας θρησκείας νέοις θεοῖς καὶ θεότησιν ἀπειράκις  
 ἀπέφοις. ἦν δὲ τὸ μάλιστα συνωθῆσαν τὴν τῆς γνώμης ἐκκολλαν  
 αὐτοῦ πρὸς τήνδε τὴν πρᾶξιν οἱ δι' ὀνείρων μαντικοὶ τρίποδες, C  
 πλείστην ἐπισχνούμενοι γῆς καὶ θαλάττης ἀρχὴν, τούτοις τοῖς  
 τρόποις τὰ σφέτερα βεβαιώσαντι δόγματα. (B.) Καὶ τοῦτο,  
 15 κατὰ μὲν τὸ σφίσι δόξαν, λοιδορίαν εἶχεν ἡμῶν καὶ τῆς εὐσε-  
 βείας· τῇ δ' ἄληθειᾳ γνώμης ἐκείνων εἶχεν εἰκόνα καὶ στήλην  
 ἀσεβείας τὰ γράμματα. ἐπεὶ γὰρ οἱ λόγοι νῦν μὲν εἰκόνες εἰσι D  
 τῶν πραγμάτων, δεῖ πρὸ τῶν πράξεων ἐν τοῖς τῆς διανοίας ἔτι  
 θαλάμοις γυμνάζονται, καὶ τὰ τέλη ζωγραφουῶσιν ἐκεῖ πως αὐ-  
 20 τῶν· νῦν δ' ἕτερον τρόπον καὶ εἰκόνες καθίστανται τῆς ψυχῆς,  
 δεῖ μετὰ τὴν ἔνδον διάσκεψιν ἔργα γίνονται καὶ αὐτοὶ, ψυχῆς  
 ἀπόζοντα ὡς εἰπεῖν, καὶ ὅπως ἔξωθεν ἔχει καὶ γνώμης αὐτῇ τοῖς  
 ἔξω διατυποῦντα· τὰς τῆς ἔνδον κακοδοξίας τε καὶ θρησιωδίας E

tatis suae vela impellentem nacti, quamlibet pelagi Scyllam, quamlibet  
 Charybdim, nemine obstantē, facili et expedito cursu pernavigabant. Ita-  
 que blasphema dogmata et impios libros, iactis in nos et in religionem  
 contumeliis adpersos, cum publicis perlegissent, statim imperatori per va-  
 tationes ex suis somniis depromptas persuadent, ut insignibus imperii  
 redimitus et accinctus cum patriarcha et episcopis Palamitis rem divinam  
 faciat, et propriis manibus illos imponat mensae sacrosanctae, no-  
 vum donarium novae religionis, novis Diis et divinitatibus infinite infinitis  
 oblatum. Porro eius voluntatem, facile alioqui cedentem, ad id exsequen-  
 dum maxime impulerant vaticini illi tripodes, ex quibus maximum terrae  
 et maris imperium per somnia huic spondebatur, si his ritibus istorum  
 dogmata firmaret. (II.) Id, ut ipsi putabant, probro erat nobis piaequē  
 doctrinae: re ipsa autem inerat scriptis illis imago eorum animi, et quae-  
 dam veluti status impietatis. Etenim ut verba nunc rerum imagines sunt,  
 tum scilicet cum ante executionem in intimis animi penetralibus adhuc pro-  
 ludunt, et illic suos exitus adumbratos quodammodo informant: nunc eadē  
 sed aliter, sunt simulacra animi, cum et ipsa post arcanam illam  
 consultationem res et facta esse incipiunt, animum (ut ita dicam) redolen-  
 tia, ac eius habitum et affectum apud eos qui foris sint experimentia: ita  
 etiam haec scripta sensus pravi et moris belluini intus latentis imagines

- A. M. 6859 εικόνας τοῖς ἔξω λοιπὸν καὶ τὰδε πομπεῖαι τὰ γράμματα, μεσημ-  
 Ind. 4 βρινῆς ἀκτῖνος περιφανέστερον τὸ βδελύγμα τῆς ἐσχάτης ἐπιάρ-  
 χειν ἐρημώσεως αὐτόχρομα. ἀλλὰ τοῦ γε θεομισσοῦς ἀναθήμα-  
 P. 648 τος ἐκείνου τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ ἐπιτεθέντος ἡ θεία μὲν οὐχ ἤψατο  
 ψῆφος, εὐθὺς τὴν ἀνάλογον ἐπιφέρουσα τῇ τόλμῃ κόλασιν. 5  
 (Γ.) Ἄλλ' οἱ κύκλῳ περιϋστάμενοι τέως ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτε-  
 ροι πάντες ἐβόησαν, οὐχ ἤνπερ ἐχρῆν ἐπιτίμησιν· ὅτι πῶς, ἄν-  
 θρωπε, τῷ μόνῳ πάντων ποιητῇ θεῷ θεοτήτων ἐπενεγκεῖν δια-  
 φθῶρων τετόλμηκας πληθός, καὶ ἥμισυ δέδιας κατὰ σαυτοῦ τε  
 B καὶ ἡμῶν καὶ Ῥωμαίων ὑπάντων προκαλούμενος τὴν ἄμαχον ἐκεί- 10  
 νην ῥομφαίαν καὶ τοὺς τῶν κακῶν παιδευτὰς αἰθερίους κερα-  
 νοῦς; τούτων μὲν οὐδὲν τῶν ἀπάντων οὐτ' εἶπον, οὐδ' 2  
 V. 523 ἤκεν αὐτοῖς οὐδὲν ἐπὶ νοῦν, ἃ καὶ τῆς ἀληθείας ἐγγύτερα ἦν·  
 ἀλλὰ κόλακας ἕκαστοι λόγους προμελετήσαντες ὑπισχνούντο καὶ  
 προὔφερον, ἃ φύσις δίκης περαινέειν οὐκ οἶδεν· ὅτι τοῖς μὲν πᾶ- 15  
 C λαι βασιλεῦσι κοινόν τι καὶ πάτριον σπούδασμα ἦν, κομιζέειν ἐν-  
 ταῦθα χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ λίθοις πολυτίμοις κεκοσμημένα  
 σκευή καὶ ἐπιπλα, καὶ τοιαῦτα ἅττα κειμήλια. σὺ δὲ προσή-  
 νεγκας δῶρον ἐπέηλθ, καὶ οὐδαμῇ ποτ' ἐχχώριον τῇ τοῦ θεοῦ  
 ἐκκλησίᾳ· ἀλλ' οἷον τῶν ἐξ αἰῶνος κεκόμικεν οὐδεὶς οὐδέπω βα- 20  
 σιλεύς. καὶ σοὶ πλατυσμοδὸν ὑπισχνόμεθα τῆς ἔξουσίας κατὰ τ'  
 D Ἐδράπην καὶ Ἀσίαν, οἷον οὐπω τῶν πάλαι βασιλείων εἶδεν οὐ-  
 δεὶς, οὐδὲ μέλλονος ἀντιδόσεως τετύχηκε πρὸς θεοῦ, τοῦ τὸ  
 ἀνάλογον τῆς προσαγωγῆς ἀντιδιδόντος κατόπιν, καὶ διὰ τὸ τῆς

spectandas publice exhibent iis qui foris sunt, ut meridiano sole clarius pateat, eam esse revera abominationem ultimae desolationis. Enim vero Deus invisum sibi donum, sancto altari impositum, suffragio suo haud dignatus est; sed parem statim audaciae poenam repondit. (III.) At episcopi et presbyteri tum circumstantes universi acclamabant; non illi quidem his verbis, sicut decebat, eum obiurgantes: heus tu homo, quomodo ausus es unico omnium auctori Deo offerre diversarum divinitatum multitudinem, nec veritus es in te ipsum, in nos, in omnes Romanos, cingere gladium illum intolerabilem, et caelestia fulmina, per quae improbi castigantur? Horum nihil ab his dictum, immo ne cogitatum quidem: quae tamen veris propiora erant. Sed verba unusquisque adulantia praemeditati, pollicebantur et proponebant ea, quae, ut est natura iustitiae, perfici non debebant. „Veterum imperatorum commune illud et patrum institutum fuit (aiebant), ut vasa et suppellectilia, auro, argento, et pretiosis lapidibus ornata, et alias eiusmodi gazas afferre huc studerent. Tu vero obtulisti donum adventitium, et rem minime indigenam ecclesiae Dei; sed qualem ab omni aevo nullus unquam princeps intulerat. Nos autem tibi finium imperii et ditionis per Europam et per Asiam propagationem pollicemur; sic ut veterum principum nemini unquam talis obtigerit, nec maior cuiquam merces data a Deo fuerit: qui quidem, pro oblatis muneris ratione,



ἀντιδόσεως πρόδηλον ἐμφανίζοντος πᾶσι τὴν μὴ φαινομένην ποιό- A. C. 1351  
 τητά τε καὶ δύναμιν αὐτῆς, πρὸς τε τὸ βέλτιστον καὶ τὸ χειρό- Imp. Io. Can-  
 στον. (Δ.) Ἐὰ δὴ καὶ ἀκουσθέντα μὲν Βυζαντίοις, ὑπὲρ ὧν tacuz. 5  
 τὴν πρόβρῃσιν προεδέσπιζον, ἀκουσθέντα δὲ Θεῷ, πρὸς ὃν ἡ  
 5 προσαγωγή καὶ ἡ τῶν μελλόντων κρίσις ἀντίθιτο, ταχεῖαν εἰ- E  
 λήφει τὴν ἔκβασιν· οὐχ οἷαν αὐτοὶ κατὰ τὴν σφετέρην προ-  
 δέσπιζον βούλησιν· ἀλλ' οἷαν αἰ τῆς Θεῆας δίκης ἀβήρεῖς ἐπε-  
 ψήφιζον πλάστιγγες, ὑπὸ μάρτυσι τοῖς εἰδόσι. βραχεῖαι γὰρ  
 ἐκείθεν ἡμέραι, καὶ πῦρ κατανηλωκότες πάσας οἰκίας, συλ-  
 10 λήβδην εἰπεῖν, ὅσαι Ῥωμαίοις πύλαι πολυτελῶς ὑποδομήντο ἐφ'  
 ἑκάτερα τοῦ πορθμοῦ περὶ τε τὸ τεῖχος δηλαδὴ τῶν Βυζαντίων  
 καὶ τὴν ἀντιπέρας ἠπειρον, πρὸς τοσαύτην τὰ Ῥωμαίων συνή- F  
 λυσαν στενοχωρίαν πράγματα οἱ τὸ βραχύτατον τουτί κατοικ-  
 οῦντες φρούριον Γεννοῖται, ὥστε πᾶσαν παρῴλιον ἡσφαλλοθαι  
 15 πάλην τοῖς Βυζαντίοις· δεδιέναι δ' ἤδη καὶ περὶ τῆς πόλεως αὐ-  
 τῆς, μὴ δραμόντες ἐξαίφνης πῦρὸς τὰς πύλας ἔργον ποιήσω-  
 νται τε καὶ εἰσελάσωσιν ὡσχέτω ἄνυμη, ἡ κλίμαξιν ὀλίγαις χρη-  
 σάμενοι διὰ τῶν ταχῶν εἰσπηδήσωσι. διὰ τάφρους ραδίαις δι-  
 ληρότερες ἐξωθεν ἔπαν τὸ πρὸς ἄρκτον τετραμμένον τῶν Βυζαν-  
 20 τῶν πρὸς Θύλατταν τεῖχος θαλάττης αὐτὰς ἐν βραχεῖ δεδι- P. 649  
 χασι πλήρεις, ὡς ἄβατον ἐντεῦθεν τοῖς πολεμίοις Λατίνοις ἐκ  
 τοῦ σχεδὸν τὸ μέρος ἐκείνο γενέσθαι. (E.) Οὕτω τῆς τοῦ τό-  
 μου προσαγωγῆς ταχεῖαν μὲν, ἀντίθιτον δὲ τῇ τοῦ βασιλέως  
 παντάπασιν ὀρηγῇ καὶ προθέσει, τὴν ἀντίδοσιν ὁ Θεὸς παρέσχεν,

solet dignam deinde mercedem persolvere, et per evidens praemium laten-  
 tem doni accepti conditionem et naturam, quatenus ea vel optima vel pes-  
 sima sit, prode et declarare." (IV.) Haec audita a Byzantiis, quorum  
 gratia oraculum illud canebatur; audita item a Deo, cui et offerebatur do-  
 num, et futurorum iudicium permittebatur, celere exitum habuerunt;  
 non qualem illi pro sua voluntate vaticinati erant; sed eum ipsum, quem  
 iustitia divina aequissimis laucibus ponderatum irrogavit. Testes fuere ii  
 qui sciunt. Ktonim paucis ex eo diebus elapsis, illas domos, quas quon-  
 dam Romani in utroque freti littore, apud marem Byzantii et in ea con-  
 tinenti quae e regione est, magno sumptu aedificaverant, universae simul  
 igne consumunt et rem Romanam in eas angustias adducunt Genuitae (isti  
 scilicet qui parvulum castellum habitant), ut cives Byzantii, portis omnibus  
 maritimis munitis, Urbi ipsi iam timeant, ne hostes subito accurrentes,  
 portis crematis, introrumpant eo impetu qui sustineri non possit, aut pau-  
 cis scalis admotis per ipsos muros insiliant. Quamobrem marem Byzantii  
 maritimum, septentrioni obversum, fossis profundis extrinsecus ductis cir-  
 complexi, eas quamprimum immisso mari inundant, ut continuo illa pars  
 hostibus Latinis fiat comminus inaccessa. (V.) Sic Deus pro Tomo obla-  
 to celere quidem, sed imperatoris desiderio et proposito plane contra-

- A. M. 6859 ὑπὸ μάρτυσι, μὴ ὅτι τοῖς θωπεύουσιν ἐπισκόποις ἐκείνοις καὶ  
 Ind. 4 B προθεσπίζουσιν ἢ τέρψιν ἀνθημερόν ταῖς ἀκοαῖς ἐβλάστησε μό-  
 νην, καρπὸν δ' οὐδένα τὸ παράπαν οὐδαμῶθεν, ὅτι μὴ τὰ τῶν  
 ἐπισκοπικῶν ἐπαγγελιῶν ἐκείνων καὶ προσοιβασιμῶν παντάπασιν  
 ἐναντιώτατα· ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς πέριξ ἔθνεσιν· ὡς μυκτηρη-  
 5 σμὸν καὶ χλευασμὸν ἕκαστι προκείσθαι τὰ καθ' ἡμῶς, καὶ παρῶ-  
 στασιν ἅπαντας εἶναι νομιζέειν ἀναμφισβήτητον τὸ τῆς ἐκβάσεως  
 C πέρας, ὅτι παρνομιᾶς καὶ ἀσεβείας ὁ τόμος μεστός. πρὸς γὰρ  
 τὸ τελευταῖον ἐκβὰν ἕκαστον τῶν πρὶν ὑπαρξάντων κρίνεται. τοῖς  
 μὲν γὰρ ἐπισκόποις, οἰομένοις εἶναι τὸ τῆς προσαγωγῆς καὶ τοῦ 10  
 δυσσεβοῦς ἐκείνου ἀναθήματος, τοῦ τόμου δηλαδὴ, τῆς βελ-  
 τίονος μοίρας, προθεσπίζειν καὶ προαναφωνεῖν ἐπήει καὶ κηρύτ-  
 τειν τὰς βελτίους ἐκβάσεις περὶ τῆς τοῦ αὐτοκράτορος ἕρχης,  
 V. 524 ὅτι μέχρις Εὐφράτου καὶ Τίγρητος ἔκτενεῖ τοὺς ὄρους. ἐπεὶ δ'  
 D ἀνεκτὰ τῷ θεῷ τὸ παράπαν οὐκ ἦν τὰ τῆς προσεξέως, ἀνε- 15  
 στραπται τὰ τῶν ἐλπίδων· καὶ ἀντ' Εὐφράτου καὶ Τίγρητος,  
 τῶν μεγίστων ἐκείνων ποταμῶν, τάφρους ὑδάτων μεστοὺς θα-  
 λαττίων ὁ βασιλεὺς Καντακουζηνὸς τὰ τῶν Βυζαντιῶν τεύχη  
 προσκλύζειν ἀνῶρξέ τε καὶ ἐτεχνούργησε, τοῖς πολεμοῖς ἐξ ὑπο-  
 ρίας μικρὸν ἐπιτελιχισμα· ὡς εἶναι τοῖς συλλογίξασθαι βουλομέ- 20  
 E νοις ῥάδιον καὶ σαφές τὸ συμπέρασμα· ὅτι κακὸν ἔρα καὶ δυσ-  
 σεβὲς τὸ τῆς τομογραφίας ἐκείνων ἀνάθημα ὃν κακοδαίμονου-  
 σης ἔτυχε καὶ τῆς ἐκβάσεως, καὶ πάνν τοι σφόδρα ἐναντιωτάτης,  
 κακὰ διαμέτρου ταῖς σφῶν προβόήσεσι τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐνεγαμέ-

riam, mercedem retribuit. Atque eius rei testes fuerunt non episcopi so-  
 lum illi assentatores, qui ea praenunciaverant, quae unius tantum diecu-  
 lae voluptatem auribus pepererunt, fructum autem omnino et undecunque  
 nullum, immo res illis promissis et vaticinationibus maxime et per omnia  
 oppositas; sed et populi quilibet circum habitantes; ita ut omnium risui et  
 sannae res nostrae expositae pateret, ac ipse ille rerum exitus argumento  
 certissimo fidem omnibus faceret, Tomum esse iniquissimum et imple-  
 tatis plenum: siquidem ex ultimo eventu antea quaeque aestimantur.  
 Nempe munus illud profanumque donarium melioris notae esse arbitran-  
 tibus episcopia, visum erat meliores eventus canere, ac praedicendo denun-  
 ciare imperatori; eum scilicet ad Euphratem et Tigridem usque imperii sui  
 fines prolaturum. Verum quia oblata illa eiusmodi erant, ut ea Deus omni-  
 no aversaretur, ideo contra quam speratum erat accidit; ac pro maximis  
 illis fluviis, Euphrate et Tigride, imperator Cantacuzenus fossas percua-  
 sit, quae marina aqua plenae Byzantii muros alluerent; isque exiguum hoc  
 adversus hostes praesidium, cogente necessitate, per artem munivit; ut  
 argumentanti cuilibet facilis et evidens occurrat haec conclusio: quoniam  
 Tomus, ab illis scriptus, malum fuisset et impium munus oblatum, ideo  
 infelicem exitum consequutum esse; eum videlicet, qui maxime contrarius,  
 et eorum praedictionibus quam longissima distantia interiecta oppositus,

της ἀπώλειαν. (ε΄.) Ἐξεσσι μὲν οὖν ἐντεῦθεν, παρεξέλιζοντας A. C. 1351  
καὶ παρατιθέντας, τὴν τῶν παρόντων ὁρᾶν πρὸς τὰ πάλαι συγ- Imp. Io. Can-  
γένειαν. σάλος γὰρ καὶ νῦν κατέσχε τὴν τῶν ἐκκλησιῶν ἀκρόπο- F  
λιν, θαλασσίω κλύδωνος παντὸς ἀγριώτερος. τὰ πατέρων δοκί  
6 τε καὶ δόγματα κατασείσεται. τῶν ἀρχόντων ὁ τύφος μετὰ τῆς  
ἑμαθίας ταράττει δίκην θνέλλης ἅπαντα, πρὸς ὑπερβολὰς καὶ  
ἐλλείψεις τὰ τῆς εὐσεβείας παρασυρόντων δόγματα. τοῖς μὲν τῶν  
ἀνδισταμένων χεῖρες ἐπάγονται φονικαί· τοὺς δ' ἔξορῖαι καὶ  
διωγμοὶ παντοῖοι μερίζονται· τοὺς δ' εἰρκταὶ συγκρούπουσι κα-  
10 ταχθόνιοι, αὐτοσχέδιοι τοῖς ἔτι ζῶσι δρώμενοι τάφοι. Θεολο- P. 650  
γοῦσιν ἀδεῶς οἱ βάνουσοι, ἀγορὰς καὶ θέατρα πάντα τοιοῦτων  
φωνῶν ἐμπιπλῶντες. ποιμένες ἐλαύνονται· βαρεῖς δ' ἀντιεσά-  
γονται λόκοι κατὰ τῶν ποιμνίων. Θεοτήτων ἀκτίστων ὁ ἀριθμὸς  
εἰς ἄπειρον ἐκτείνεται πλήθος. λαλεῖται τὸ ψεῦδος ἀρόβως· ἢ  
15 ἀλήθεια συγκαλύπτεται. διαβάλλουσιν ἡμᾶς ἐφ' οὓς αὐτοὶ γε ἐνέ-  
χονται ἐγκλήμασι. Θεομοὶ πατέρων πεπάτηνται. (Ζ.) Καὶ τί Β  
δεῖ καθ' ἕκαστα πάντα διεξιέναι ζητεῖν, ἔξδν τοὺς ἀναγινώσκον-  
τας παραβάλλειν τοῖς πρῶγμασι, καὶ συνάγειν ἐκ παραθέσεως  
τὴν τῶν πάλαι πρὸς τὰ νῦν ὁμοιότητα· φαλὴν δ' ἂν καὶ μείζω  
20 τὴν νῦν εὐρίσκειν κακίαν, ἢ κατὰ τὰς θρυλλομένας τῶν πάλαι·  
παρόσον τῆς τότε Ῥωμαίων ἀρχῆς εὐρυτέρας οὐσης ἐν ἠπειρῷ καὶ  
θαλάσση, καὶ σοφῶν ἀνδρῶν πανταχῆ τῆς οἰκουμένης ἀχμαζόν-  
των, καὶ πάντων μὲν πατριαρχῶν σχεδὸν, καὶ ἐπισκόπων τῶν C

exitium Romanis attulisset. (VI.) Caeterum et hinc quoque, si tempora conferantur et inter se componantur, rerum hodiernarum cum iis quae olim gestae sunt cognationem perspicere est. Quippe et hisce temporibus quolibet maris aestu violentior agitatio arcem invasit ecclesiarum. Termini constituti et tradita a Patribus dogmata labefactantur. Omnia procellae instar conturbat iunctus cum ignorantia fastus principum, qui et superflua addendo, et detrahendo necessaria, doctrinam Fidei pervertunt. Si qui resistent, eorum alii manus inferantur sanguinariae; alios exsilia et omnis generis persecuciones dispartiant: alios denique carcer subterraneus operit, velut tumulus quidam subitarius, hominibus adhuc vivis paratus. Fabri vilissimae rebus divinis disputant impune, fora theatraque omnia eiusmodi sermonibus implentes. Pastores expelluntur. Lupi crudeles in eorum locum adversus greges introducuntur. Divinitatum incretatarum numerus in infinitum extenditur. Mentendi nullus metus. Veritas involucris tegitur. Quorum criminum rei ipsi sunt, ea in nos per calumniam transferunt. Patrum praescripta pedibus proteruntur. (VII.) Et quid necesse est velle omnia persequi sigillatim, quae qui legunt facile ipsi possunt cum rebus conferre, ut priscarum cum hodiernis similitudo ex comparatione colligatur: immo, animum dicere, ut maius hodie malum grassari comperiat, quam fuerint vetera et pervulgata illa: propterea quod iis temporibus, cum Romanum imperium terra et mari latius porrigeretur, et ubique gentium viri docti florerent, patriarchae autem fere omnes, et episcopi plerique,

- A. M. 6859 πλειστων, έχόντων μετὰ σοφίας ἀνάλογον καὶ τῆς ἐν δόγμασι  
 Ind. 4 πείραν, ὡς ἔχειν τοὺς διωκομένους πλατεῖαν τὴν χώραν, ἐκ τῆσδε  
 τῆς πόλεως φεύγειν εἰς τὴν ἑτέραν, κάκειθεν εἰς ἄλλην, καὶ αὐ-  
 θις ἐκεῖθεν ἐντεῦθεν· καὶ δύνασθαι τοῦ μὲν ἐνδοῦ κινδυνεύοντος  
 μέρους, τῶν δ' ἄλλων ὑγαινόντων ἔτι καὶ ἀνδισταμένων, ἐγεί-  
 D ρεσθαι τὸ πεπτωκός. νῦν δ' ἐν μόνῳ τῷ Βυζαντίῳ σχεδὸν τῆς  
 Δ ἔξουσίας καθισταμένης ἀπάσης, πατριαρχικῶν δ' ἐκκλησιῶν καὶ  
 ἐπισκοπικῶν, ὀλίγου δέω λέγειν ἀπασῶν, γενομένων ὑφ' ἡγεμόσι  
 βαρβάροις, καὶ διὰ ταῦτα τῶν διωκόντων ὁμοῦ καὶ διωκομένων,  
 ταῦτόν δ' εἰπεῖν λύκων ὁμοῦ καὶ ἀρνίων, ἐν μάνδρα μιᾷ, τῷ 10  
 Βυζαντίῳ φημί, συγκλεισθέντων, μετὰ πολλῆς ἀδείας τὸ τοῦ  
 Χριστοῦ δαπανᾶται ποίμνιον, μηδεὶνὸς μηδαμῆ μηδεμίαν κατα-  
 Εφυγῆν ἀσφαλῆ κεκτημένου, μηδ' ἐν ψυχῇ λαβεῖν ὀπποσῶν δυ-  
 V. 525 ναμένον τὸ εὐέλπι. καὶ γίνεται τὸ πρῶγμα πολλῶ βιαίότερον νῦν,  
 ἢ κατὰ τὸν Αἰσωπίειον μῦθον ἐκείνον, ᾧ ἐπὶ καιροῦ Βασίλειος ὁ 15  
 μέγας ἐχρήσατο παραδείγματι πρὸς παράστασιν τῆς Θηριωδίας  
 τῶν τότε διωκτῶν. (H.) Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς δι' ὀνείρων ἡραγκά-  
 σμεθῶ πως μαντικῆς ὑπ' αὐτῶν διὰ μνήμης ἔλθειν, δι' ὧν εἰς  
 F τὰ μάλιστα τῆς τοῦ βασιλέως γνώμης τὴν εὐκολίαν ἐξέπληξάν τε  
 ῥαδίως καὶ ὑπηγάγοντο, φέρε καὶ περὶ τούτων μέτρια λέξωμεν, 20  
 καὶ ὅσα παρὰ τοῦ προτεθέντος ἀρτίως ἡμῖν εἰς ἀρχέτυπον ὑφη-  
 γήσεως Βασιλείου τοῦ θείου ἐρανίσασθαι δυνηθείμεν ἄν. τοὺς  
 γὰρ ἄλλους διὰ συντομίαν παρήκαμεν, ὅσοι τε τὴν τῶν τότε δει-  
 νῶν τραγωδίαν καὶ ὅσοι τὰς ἄλλοτ' ἄλλως ἄλλας ἐξῆς ἀναφρεί-

eruditione iuxta ac dogmatum usu praestarent, patebant fugientibus magna locorum spatia, ut pulsati hac urbe in aliam fugerent, et inde in aliam, et rursus inde alioversum: adeoque, si pars una laboraret, aliae vero adhuc valerent ac resisterent, posset erigi id quod cecidisset. Hoc autem tempore, cum omnis fere principatus in solo Byzantio consistit, cum patriarchales ecclesiae, et episcopales paene dixerim universae, principibus barbaris subiciuntur; atque idcirco persecutores simul et ii qui persecutionem patiuntur, seu, quod idem est, lupi promiscue et agni in eodem ovili, Byzantio urbe, includuntur; hoc inquam tempore oves Christi magna cum licentia disperduntur, quia nulla tutum usquam perfugium habet, nec spem bonam concipere ullo modo potest. Ita fit, ut violentia multo nunc maior saeviat, quam ut narratur in illa Aesopi fabula, qua magnus Basilius in tempore usus est, ut immanem persecutorum saevitiam eo exemplo declararet. (VIII.) Quoniam vero eius ipsius quam habent per somnia divinandae facultatis mentionem facere coacti ab illis sumus, qua potissimum re credulam imperatoris mentem facile perculerunt, ac velut domitam subegerunt, age de his etiam pauca a nobis dicantur; ea scilicet, quae ex sancto Basilio, quem nobis in his rebus enarrandis imitandum modo proposuimus, corrogare licuerit. Nam caeteros, qui calamitates tragicas recenserunt, quae vel tum existere, vel aliis temporibus alias deinceps et

σας ἑμπαθέστερον διεξίσασι. φησὶ τοίνυν οὕτως ἰσως ἐκεῖνος· A. C. 1354  
 „ἐγὼ διὰ τὴν ἐκ παιδός μοι πρὸς τὸ χωρίον τουτὶ συνήθειαν, βρα- Imp. Io. Can-  
 χείας σχολῆς ἐκ τῶν κατεχουσῶν ἡμῶς ἀσχολιῶν ἐπιτυχῶν, ἀ- taccz. 5  
 σμενος ἦλθον ἐπὶ τὴν ἰσχατιῶν ταύτην. Τί οὖν χρῆ πρὸς ὄνειρους P. 651 .  
 5 καταφεύγειν, καὶ ὄνειροσκόπους μισθοῦσθαι, κἂν ταῖς πανδή-  
 μοῖς ἐστιάσειν ἡμῶς ποιῆσθαι παροῖνιον διήγημα; Τὸ γὰρ τοῦ  
 Σαβελλίου κακὸν, πάλαι μὲν κινήθην, κατασβεσθὲν δὲ παρὰ B  
 τῶν πατέρων, ἐπιχειροῦσι νῦν ἀνανεοῦσθαι οὗτοι, οἱ φόβῳ τῶν  
 ἐλέγχων τοὺς καθ' ἡμῶν ὄνειρους πλάττοντες. ἀλλ' ἡμεῖς τὰς  
 10 οἰνοβυρεῖς κεφαλὰς, ἃς ὁ ἐκ τῆς κραυπύλης ἀναφερόμενος ἀτμὸς  
 εἴτι ἐγκυμαίων καταφωτίζει, χαίρειν ἀφέντες παρὰ τῶν ἐρη-  
 γορότων ἡμῶν, καὶ διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον μὴ δυναμένων ἡσυ-  
 χάζειν, τὴν βλάβην ὑμῶν ἀκούσατε.” (Θ.) Ὁρῆς καὶ διὰ τῆς C  
 τῶν ὄνειρων πλάνης ἐντεῦθεν εἰς ἐκείνην σαφῆ γινομένην τὴν ἐξο-  
 15 μοίωσιν· ἕτε τὴν ἡγεμονίαν τοῦ τὰ τοιαῦτα διδάσκοντος ὄντος  
 ἐνδὸς ἀελ, τοῦ διαβόλου φημί. τρυφῶντες γὰρ καὶ οὗτοι, καὶ λαμ-  
 πρὸν ἀκρατοποσίας ἀγώνισμα τὸ τῆς ἀβρῶς τραπέζης ἕδαφος  
 ἔχοντες, παροῖνιον ἀφήγημα τὰς αὐτῶν ἀναπλάττουσι Θεοπτείας,  
 καὶ τὴν τῶν μελλόντων ἐξερεῦγονται πρόγνωσιν εὐπετῶς, καθά- D  
 20 περ ἐγγύστριον πνεῦμα, ὑπὸ τῆς περὶ τὸν ἐγκέφαλον συναγομέ-  
 νης οἰνηρῶς ἀναδόσεως ναυαγοῦσης τῆς γλώττης καὶ πλημμελού-  
 σης ἀναίδη. καὶ ἕμα Θεολογίας ἄρχονται, τὸ θαρρῆν ἔχοντες

8. ἀναπνοῆς edd. pro σχολῆς. 7. τῇ παραδόσει τοῦ μεγάλου Γρη-  
 γορίου add. edd. ante παρὰ. 11. καταφαντάζει edd. 12. ἡμῶν  
 om. edd.

variae subortae sunt, compendii causa omisimus. Hic autem sic ferme loquitur. „Ego propter huius loci consuetudinem, qua illi a puero assuevi, brevem aliquam a negotiis, quibus distinebamur, respirationem adeptus, cum gaudio ad solitudinem hanc accessi. Quid igitur opus est ad insaniam somnia confugere, et somniorum coniectores istos conducere, nosque publicis convitiis temulentorum inter pocula fabulam facere? Sabellii namque pestem, olim quidem motam, a Patribus autem consopitam, renovare conantur; qui, ne deprehendantur et convincantur, ista contra nos somnia confinxerunt. Vos itaque valedicto temulentis hinc capitibus, quibus suffumigatio illa crapulae sursum inaestuans phantasmata gignit, vestrum damnum a nobis discite, qui et vigilamus, et propter timorem Dei tacere nequimus.” (IX.) Vides, ut in eo etiam quem pariunt somnia errore, hoc illi manifeste simile sit exemplum? Nimirum quia unus semper his moderandis praecet, qui et haec docet, Diabolus. Quippe et hi quocumque genio indulgentes, et illustre bibendi certamen in plano mensae opiparae campo instituentes, oblatas sibi numinis species fingunt, convenientem hominibus ebriis narrationem. Idem rerum futurarum praesagium facile eructant, velut inclusum ventre spiritum; lingua scilicet, ob vaporem vini in cerebro collectum, tanquam naufragio aliquo elisa, et turpiter titubante. Tum si ipsi de rebus divinis disputare incipiunt, praesumpta iam audacia ex

A. M. 6859 ἤδη προειλημμένον ἐκ τῆς τῶν ἰδίων δνειρων μαντικῆς, καὶ ἀντι-  
 Ind. 4  
 A. C. 1351 θέσεις καὶ λύσεις ἐρωτημάτων ἐπάγουσιν, ὅποιας ἂν αὐτοῖς εἶη  
 Imp. Io. Can- βουλομένοις. „προβάλλουσι γὰρ (φησὶ) λόγους, οὐχ ἵνα τι χρεῖ-  
 tacuz. 5  
 Εἰσιμον λάβωσι παρ' αὐτῶν, ἀλλ' ὅπως, εἰ μὴ συμβαινούσας  
 τῇ αὐτῶν ἐπιθυμίᾳ τὰς ἀποκρίσεις εὔρωσι, ταύτην ἀφορμὴν δι-5  
 καίαν ἔχειν δόξωσι τοῦ πολέμου καὶ τῆς κατὰ τῶν εἰσεβούτων  
 διαβολῆς.” εἶεν.

suorum somniorum divinatione, et argumentis quibuslibet obiectis solutis-  
 que, subinde ad interrogata respondent. „Proponunt enim (inquit ille)  
 quaestiones, non ut fructum aliquem ex iis capiant, sed eo ut, si minus  
 cum eorum votis responsiones congruant, iustam hanc videantur occasio-  
 nem habere oppugnandi et calumniandi homines bene et pie sentientes.”  
 Sed de his satis.

---

# ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ.

## ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

### ΔΟΓΟΣ ΚΒ.

# NICEPHORI GREGORAE

## BYZANTINAE HISTORIAE

### LIBER VIGESIMUS SECUNDUS.

---

#### ARGUMENTUM.

*Internunciū, ab imperatore et patriarcha missū, ad Gregoram veniunt. Mandata exponunt. Nova decreta et Palamas libellum iubentur exhibere. Negant libellis opus esse: decreta allaturos se promittunt. Gregoras, ut utrumque exhibeatur, multis rationibus contendit. Internunciū, re infecta, discedunt (Cap. 1). Palamas negat se libellos daturum. Nova decreta omnibus ostenduntur, praeterquam Gregoras. Monachorum custodum saecivitia: Gregoras in eos merita. Davidis prophetae verba in similibus rerum angustiis. Experientias vis (2). Patriarcha ipse Gregoram inicit. Eum amicus alloquitur. Ut omne contentionis studium abiciat, stolidè admonet. Gregoras perstat in proposito. D. Basilii verba sibi accommodat. Tentatores, et in his discipulus, magistri proditor. Frustra isti quoque discedunt. Custodia ex eo durior. Alii rursus tentatores a patriarcha submissi (3). Cum Casavila et anonymo de Palamas erroribus disputatio (4).*

---

α'. *Τούτων δ' ὁμιως οὕτως ἐχόντων, καὶ οὕτως ἡμῶν ἐπὶ μα-* A. M. 6859  
Ind. 4  
A. C. 1351  
Imp. Io. Can-  
tacuz. 5.  
P. 652  
V. 526  
*κρὸν, ὡς εἶρηται, φρουρουμένων πάνυ τοι ἀσφαλῶς, πάταγος*  
*ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν μεταξὺ παρὰ τὰς ἡμετέρας ἤκούετο θύρας*  
*οὗ τὸ ἀπροσδόκητον ἐκπληξίν τινα καὶ θόρυβον ἐνέσταξε τῇ ψυ-*

1. Tamen cum haec ita se haberent, et nos, sicuti dictum est, summa cautione iamdiu custodiremur, interea pulsatis die quadam foribus nostris, strepitus auditur: quae res, quod improvisa esset, terroris aliquid et ter-

A. M. 6859 *χῆ*, τῆς συνεχείας ἐκείνης τῶν αἰεὶ προϊόντων παμπόλλων ἡμῖν

Ind. 4

B λήθης ἤδη πυθμῆσι κρυβείσης. διασαφησάντων δ' ὅμως ἐκείνων  
 οἵτινες εἰεν, αἷ τε θύραι πρὸς ἡμῶν ἀνεργῆναι ἀκαίριοι εἰσῆ-  
 σαν. ἀγγελιαφόροι δ' ἦσαν οὗτοι· πρὸς μὲν βασιλέως, ἄνδρες  
 τῆς συγκλήτου καὶ εὐγενῶν· πρὸς αὐ τοῦ πατριάρχου, ἐπίσκοποι 5  
 τε καὶ τῶν ἄλλως ἐλλογίμων ἔνιοι. προσειπόντες οὖν τὰ εἰω-  
 θότα καὶ καθιεσθέντες ἠγγελλον τὰ ἐπιταχθέντα, λέγοντες  
 ὡς „ἐκ μέσου γενομένων τῶν καινοτέρων ἐκείνων φωνῶν, δι' ἧς  
 C τὴν ἐκκλησίαν ταρᾶσαι συμπέπτωκε, τομογραφίαι καὶ νέα κα-  
 τέστη ψηφίσματα πρὸς ἀπάντων ἡμῶν, τῶν τε ἐπισκόπων δη- 10  
 λαδῆ καὶ συγκλητικῶν, ἅμα βασιλεῖ τε καὶ πατριάρχῃ, ἔχουσαι  
 πρὸς ἀκριβίαν ἕριστα ἡρροσμένως· ὡς εἶναι σοι τὸ κωλύον οὐ-  
 δὲν ἔτι, κοινωνοὺς ἔχειν ἡμᾶς τοῦ λοιποῦ καὶ ταῦτά σοι φρο-  
 D νοῦντας.” (B.) Πολλῶν οὖν μεταξὺ τῆνικαῦτα ῥαγέντων λόγων  
 καὶ ἀντιθέσεων, τέλος ἀπητήθησαν ἐμφανίζειν τὰ τε νέα ἐκεῖνα 15  
 ψηφίσματα καὶ ἅμα τὸν ὀφειλόμενον τούτοις τοῦ Παλαμῆ λί-  
 βελλον, κατὰ τὴν τῶν θείων κανόνων ἔκδοσιν καὶ νομοθεσίαν.  
 φησὶ γὰρ εὐθὺς ἢ πρὸς τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἔκτης συνόδου  
 προενεχθεῖσα ψῆφος πρὸς τοὺς ὁμοίως ἔχοντας τούτοις, ὡς  
 „οὐκ ἄλλοις ἡμᾶς πληροφορεῖτε ὑμεῖς, οἱ ἐπιστρέφειν πρὸς τὴν 20  
 ἀλήθειαν λέγοντες, εἰ μὴ ἐγγράφους λιβέλλους τῆς πίστεως ὑμῶν  
 P. 653 ἀγάγητε καθ' ἑτέραν σύνοδον, ἡμῶν ἔμπροσθεν ὀφειλοντες ἐπὶ  
 τῶν ἁγίων καὶ ἀγράντων τοῦ Θεοῦ λογίων τούτους ἐπιδοῦναι.” εἰ

20. ἄλλως conl. Boiv.

pidationis animo iniecit. Nam continuam illam et perpetuam hominum  
 quamplurimorum ad nos ventitantium affluentiam penitus iam oblitū era-  
 mus. Caeterum illi, ubi quinam essent indicarunt, foribus per nos rese-  
 ratis admissi ingrediuntur. Erant porro internuncii, ab imperatore qui-  
 dem missi, senatores et patricii; a patriarcha autem, episcopi et ho-  
 minum praeterea eruditorum nonnulli: qui de more alloquuti me conse-  
 derunt, ac mandata exponentes, „sublati de medio (inquietabant) iis vocibus,  
 per quas turbae in ecclesia excitatae fuerant, omnes quotquot sumus cum  
 imperatore et patriarcha episcopi ac viri senatorii, novos Tomos, nova  
 decreta composuimus, ad accuratam rationem perfectissime exacta; ut ni-  
 hil iam obstat, quominus nos in posterum communionem tecum iunctos et  
 idem sentientes admittas.” (II.) Multis tum dictis responsisque et in-  
 terpellationibus interiectis, demum nova illa decreta exhibere iussi sunt;  
 item Palamae libellum, cum his coniungendum, prout sacris canonibus  
 traditum et constitutum esset. Etenim decretum, per sanctam oecumeni-  
 cam Synodum sextam promulgatum, sic eos, quorum similis causa erat,  
 alloquitur: „Qui dicitis vos converti ad veritatem, non alias nobis satis-  
 facitis, nisi scriptos fidei vestrae libellos producatis apud aliam Synodum,  
 debentes coram nobis super sanctis et intemeratis Dei oraculis eos depo-



ὄν ἐπόμεινοι καὶ ὑμεῖς ἐκείνη τῇ θείᾳ καὶ οἰκουμένη τῶν πατέ- A. C. 1851  
ρων συνόδῳ τὰ ὁμοία κἀπὶ τῷ Παλαμᾷ πεπεράχατε, κἀπὶ τοῖς Imp. Io. Can-  
ὁμοίοις αὐτὸν ἐδέξασθε, ἔργοις ἡμῖν τὰ τῆς γνώμης ἐνδεδεξασθε, tacuz. 5  
παθήσῃα τὰ γράμματα φέροντες· καὶ ὁμοφρων ὑμῖν ἔσομαι. εἰ  
δὲ διασπομαὶ γερῶν καὶ βασιλικῆς τραπέζης τροφή καὶ χρημίδ-  
των ἄφθονος χορηγία συνεχέστερον ἀντιλουμένη τοῖς βασιλεῦσι B  
ἡμῶν καὶ τὸ χαῖρον τῆς ψυχῆς ἐντεῦθεν ἐφελκομένη, προσ- V. 527  
κίλισθαι δ' ἅμα καὶ τῶν προσηκόντων ἀπειρία μετὰ τῆς ἀμαθίας,  
ῥηθῆκος ἐξόμνησθαι τὰ πάτρια πέπεικε δόγματα καὶ τὴν τῶν  
10 καθεστῶτων νομίμων φανλλεῖν εὐγένειαν, εἰδέναι χρῆν, ὡς  
οὐδεὶς ἡμῖν οὐδαμῇ ποτε κοινωνίας ἐγγίνεται τρόπος. οὐχ ἦτιον  
γὰρ ἂν ἦ φῶτι πρὸς σκότος, καὶ γαλήνη πρὸς διαποντίους κλύ- C  
δωνας. (Γ.) Ἐκείνοι μὲν ὄν μὴ χρεῖαν εἶναι λιβέλλων ἔφασαν  
ἐνταυτοῖ, μηδὲ τοιοῦτων σφίσι ἀπαίτησιν νῦν. νόμον γὰρ εἶναι  
15 λιβέλλων ἀπάντων στερέωτερον τὸ σφίσι δεδεγμένον τε καὶ δε-  
δογημένον. περὶ δ' ὧν αὐτοῖς γέγραπται νέα ψηφίσματα, καὶ το-  
μογραφικῶν συνθημάτων, αὐτοὶ ἑαυτοῖς μὴ κεκομικῶσιν ἐμμέ-  
φοντό τε καὶ ἐς τὴν τῆς λήθης ἀτόνομον τυραννίδα τὴν τοῦ  
συμβάντος διαμαρτίαν ἀνέφερον· ὃ διορθοῦν τὴν ὑστεραίαν D  
20 σφόδρα ἐπηγγέλλοντο. (Δ.) Μηδὲ γὰρ εἶναι τῶν εἰκότων, πλην  
ἐκείνων, λόγους ὁμοῦ τῷ πληγέντι διαλυομένους ἀεὶ κομῆσειν,  
ἔφρασκον ἔγωγε. μᾶλλον γὰρ ἂν ἐκεῖνά γε χρῆναι ποιεῖν ἐμφανῆ,  
πρὶν ἢ ἐκείνους αὐτούς. ἐπεὶ καὶ τὰ θεία τοῖς ἀπιστοῖς εὐαγ-

## 16. νέων ψηφισμάτων conii. Boiv.

nere." Si igitur (aiebam) sacrosancto et generali Patrum Concilio ipsi quo-  
que obsequuti cum Palama sic egistis, eumque iisdem conditionibus recep-  
istis; iam vos, scripta illa palam proferentes, animum re declarate, et  
me vobis consentientem habetote. Quod si et praemia distributa, et men-  
sae imperatoriae luxus, et larga pecuniae copia in vestros sacculos iugiter  
defluens et animum, ea parte qua gaudium sentit, blande alliciens, et  
denique (ut et hoc addamus) officii ignorantio et inscitia vobis persuaserunt,  
facile ut Patrum dogmata eiuraretis et constitutarum legum nobilitatem  
parvi faceretis; hoc scitote, nullo pacto fieri posse, ut ulla unquam inter  
nos communio sit; non magis scilicet, quam aut luci cum tenebris, aut  
serenitati cum saevientis pelagi fluctibus. (III.) At illi nec libellis opus  
esse in praesenti, nec talia nunc exigenda ab se aiebant. Nam quod ipsis  
approbatum decretumque esset, id legem esse omnibus libellis firmiorem.  
Quod ad nova decreta, quas scripsissent, et ad synodici Tomi constitu-  
tiones attineret; ea quia non attulissent, se ipsos incusabant, et eius rei  
culpam conferebant in oblivionem, cuius potestas summa et tyrannica es-  
set; atque id peccatum postera die correcturos se affirmate promittebant.  
(IV.) Enimvero negabam ego rationi consentaneum esse, aut aliis con-  
venire praeterquam istis, eiusmodi verba asserre, quae aëre percusso sta-  
tim evanescerent; immo illa decreta, prius quam ipsi comparerent, oport-

- A. M. 6859 γέλια καὶ τῶν σοφῶν τῆς ἐκκλησίας μυσταγωγῶν αἱ διδασκα-  
 Ind. 4 λῖαι καὶ τὰ ἱερὰ δόγματα γέγραπται μὲν, οὐκ ἐκδίδεται δέ· οὐδ' ἐκδίδεται μὲν, σεσιώπηται δέ· ἀλλὰ καὶ διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης αἱ κηρύττεται, καὶ τῶν γεγραφότων θαυμάτων ἀθάνατα μένει τὰ γράμματα, στήλης ἀπάσης καὶ ἀνδριάντων ἀπάντων μακροῦ μονιμώτερα, μὴ μόνον ζῶσαν καὶ ἔμπρουν τινὰ τοῖς χρωμένοις παρεχόμενα τὴν ὠφελίαν, ἀλλὰ καὶ τῆν τῶν γεγραφότων F προαίρεσίν τε καὶ οἰκονομικὴν σύνεσιν διηνεκῶς εἰκονίζοντα, καὶ τὸ ἀθάνατον ἔμπρακτόν σφισι διδόντων. πέφυκε γὰρ αἱ χειροῦσθαι μετὰ ῥησιότητος τὰ αἰσθητὰ τὴν τῶν αἰσθητηρίων ἀντί-10 ληψιν, διὰ τὸ συγγενὲς καὶ οἰκίον, καὶ πᾶσαν ἅμα καὶ γνωστικὴν ἐμπειρίαν συνάγεσθαι τὸ καιρίον ἔχουσαν ἐκ τῆς ὁμίλλας ἀμφοῖν. νοῦς μὲν γὰρ δικαστὴς τῶν ἐν κόσμῳ πραγμάτων ὑπάρχων νῦν μὲν εἰς αἰθέρα νῦν δ' εἰς γῆν ἐνεργεῖ, καὶ διὰ τῶν P. 654 αἰσθητηρίων τὰς τῶν πραγμάτων ἀναγινώσκει ποιότητας· καὶ 15 νῦν μὲν διὰ τῆς ἀφῆς ἔρωτῶ καὶ μανθάνει σωμάτων τραχύτητας καὶ λειότητος, καὶ ὅσα τῷ τοιοῦτῳ πέφυκεν ὑποκεῖσθαι αἰσθητηρίῳ· καὶ αὖ διὰ τῆς ἀσφρήσεως ὅσα ἐώδη καὶ μῆ· καὶ νῦν μὲν διὰ τῆς ἀκοῆς τῶν ἑναρμονίων φωνῶν τὴν ἀντιληψιν ἴσχει· νῦν δὲ ταῖς διαφόροις διὰ τῶν ὄψεων βαφαῖς ὁμιλεῖ τῶν χρωμά-20 Bτων· καὶ πρὸς γε ἔτι νῦν μὲν διὰ γλώττης, νῦν δὲ διὰ γραμμάτων, ἐφάπτεται τῶν ἀνθρωπίνων ἡθῶν καὶ τὰς τούτων ἀναγινώσκει ποιότητος. τούτων τοίνυν δυοῖν ὄντων ἡγεμονικωτέρων,

2. οὐ γέγραπται coni. Boiv.

tulisse coram exhiberi. Quippe (aiebam) nec divina Evangelia ab Apostolis, nec sapientum ecclesiae antistitum praeceptiones, nec sacra dogmata sic scripta sunt, ut in lucem edita haud fuerint; nec sic quidem edita sunt, ut tacita latuerint; sed et toto orbe, quacunque habitabilis est, praedicantur sine fine, et, mortuis iis qui scripserunt, permanent scripta immortalia, quovis cippo, quibuslibet simulacris perenniora: eaque non solum iis, qui utuntur, vivum et veluti spirantem fructum afferunt; sed et illorum, a quibus scripta sunt, voluntatem officiosamque providentiam perpetuo repraesentant, et veram ipsis immortalitatem tribuunt. Nempe ea est natura rerum sensilium, ut quia sensibus cognatae et quasi familiares sunt, idcirco ad sui perceptionem facile eos semper quasi mancipatos adducant, atque adeo ex utrisque coniunctis usus et opportune agendi sagax experientia colligatur. Eorum enim, quae in mundo sunt, iudex constituta mens vim suam nunc in caelum nunc in terram exercet, et rerum qualitates ope sensuum cognoscit; ac modo per tactum asperitates laevitatesque corporum, et quaecunque ei sensui a natura subiiciuntur, explorat et intelligit; modo per odoratum, quae suaveolentia sint et contra; modo per auditum voces modulatas percipit; modo per oculos variis colorum facis interest; atque eadem praeterea hominum mores nunc linguae nunc scripturae ope assequitur, et quales ii sint discit. In iis sensibus duo prin-

ὅσα γε πρὸς τὸ διακονεῖσθαι τῷ τῆς ψυχῆς βελτίονι μέρει, νῦν A. C. 1351  
 μὲν πατέρω μᾶλλον ἐνόους τῶν πάλαι παρέχειν σοφῶν τὴν βελ- Imp. Io. Can-  
 τίονα μοῖραν ἀκούομεν, νῦν δ' ἐνόους πατέρω. ἣ μὲν γὰρ τῶν tactuz. 5  
 ἐνεστώτων ἀντιληπτικῆ καὶ παρόντων μόνον ἢ ὅπως ἐπάρχουσα C  
 ἄδρωστικωτέραν ὁμῶς ὡς τὰ πολλὰ τὴν τῶν ὑποκειμένων παρέ-  
 χεται γνώσιν· ἣ δ' ἀκοῇ ἀμβλυτέραν μὲν πῶς, πλατυτέραν δ'  
 ὁμῶς. τῆν τε γὰρ παρόντων εὐχερῶς ἀντιλαμβάνεται καὶ τῶν  
 ἀπόντων ὡς παρόντων αἰσθάνεται, δαιμονίως τὰς τοπικὰς  
 συνάπτουσα διαστάσεις. εἰ δέ τι μὴ φορτικὸς ὁ λόγος, αὕτη V. 528  
 10 καὶ τῶν μελλόντων ἐρμηνεύς ὁραῖται τοῖς νῦν, εἴ τις Μωσῆς καὶ  
 Δαβὶδ διὰ πνεύματος θείου τὴν τούτων ἀποθροῦσι προγγωσιν. D  
 εἰ οὖν ἐν τοῖς ἄλλωσι ἔχουσι πράγμασιν οὕτω ταῦτ' ἔχει, καὶ  
 χρημάτων καὶ χωρίων κρίσεις αἱ πλείους ἀντοπροσώπους ἐπιζη-  
 τοῦσιν ἐπιστάσις, καὶ χρόνου δέονται μακροτέρου πολλὰκις, καὶ  
 15 ὄψεως ἅμα καὶ ἀκοῆς ἐν ταῦτ' ἐκ κριτήρια διὰ τὴν ἀκρίβειαν  
 τῶσφραλοῦς ἀπαιτοῦσι, πῶς οὐκ ἂν τις ἐνταῦθα τὸ τοῦ ὑπερβάλ-  
 λοντος ὄφλημα τοῖς δόγμασιν ἐνεῖναι τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαις  
 σταθμῶτο μετὰ πολλοῦ τοῦ κρείττονος; δοτέον οὖν καὶ ἡμῖν, E  
 καὶ μετὰ πολλῆς καὶ σφόδρα κατεσπουδασμένης ζερένης ἐξετα-  
 20 στέον καὶ μακροῖς νυχθημέροις τὰ νέα ταυτὶ γράμματα. τοδὲ  
 γὰρ τῶν λόγων καινοδὲ καὶ κρίσεις καινὰς ἐπιφέρειν, φασὶν οἱ  
 σοφοί, ἣν μὴ θεοῦ μεστός τις ὁ καινοτομῶν ἦ, καὶ οἷος ὁ θεό-  
 πτης ἐκεῖνος ὑπῆρχε Μωσῆς, ὁ τὰ μυρία τῶν Ἑβραίων στρατό-

13. ἀντοπροσώπους em. Boiv. pro ἀντοπροσώπως.

20. ἐξετα-  
στέους legebatur, ἐξεταστέα conl. Boiv.

cipatum tenent, in quantum scilicet excellentiori animi parti inserviant. Ex  
 veteribus philosophis alii huic, alii illi primas tribuunt. Ac visus quidem, tam-  
 etsi ea tantum percipere potest, quae adsunt et praesentia obversantur, tamen  
 efficaciorum plerumque rerum obiectarum cognitionem parit: auditus vero  
 hebetiorum quodammodo, at latius diffusam; utpote qui et praesentia facili-  
 ter arripit, et locorum intervallis disiuncta sic coniungit mirabiliter, ut ab-  
 sentium tanquam praesentium sensu afficiatur: eundemque, si fas dicere,  
 etiam futurorum iis qui nunc vivunt interpretem existere videmus, si quis  
 vel Moses, vel David, divino spiritu afflatus, praecognita ea vaticinetur.  
 Si itaque in iis rebus, quarum diversa est ratio, ita haec se habent; si  
 pleraque de pecuniis et praediis indicia oculatam et attentam inspectionem  
 requirunt, ac longo saepe tempore egent, et, ut certiora sint, utrumque  
 simul, oculorum dico et aurium examen coniunctum exigunt; quidni hoc  
 loco, ubi de ecclesiae Dei dogmatis agitur, id cumulatius debere praestari  
 longe potiori iure quisque existimet? Et nobis igitur nova illa decreta dari  
 oportet, quae multo et diligentissimo examine longis diebus et noctibus  
 perpendamus. Quae enim nove dicta proferuntur, ea novis iudiciis sub-  
 eundis obnoxia esse sapientes pronunciant; nisi is, qui nova profert, nu-  
 mine sit plenus; qualis fuit ille Deum praesentem intuitus Moses; qui in-

- A. M. 6859 πεδα διὰ τῶν ὑγρῶν τῆς θαλάσσης ἀβέσπων ὡς δι' ἀνύδρων δια-  
 Ind. 4 βιβάσας, καὶ τὸνναντιὸν αὐτὸ διὰ τῆς ἀνύδρου πέτρας εἶν ὑδάτων  
 F θαλάσσας παρασκευάσας. Θεοῦ γὰρ κελεθοντός τε καὶ συναίρο-  
 μένου, καὶ νόμοι λύονται φύσεως. ἦν δέ τις τῶν ἀπὸ τροφῆς  
 καὶ τῆς ὑπὲρ κραιπύλης ἕωθεν ἀνατελλόντων ἤ, ἀνάγκη νοσήματα  
 φύεσθαι μοχθηρὰ καὶ παντοδαπὰ, καὶ διαφόρων εἰσαγωγὰς αἰ-  
 ρέσεων πρὸς τὴν καθιεστῶσαν ἐκ παλαιοῦ πολιτείαν, καὶ ἀναλύ-  
 σεις δογματικῆς ἁρμονίας, καὶ στάθμης ἀπάσης ἐθνομουμένης.  
 δίοπερ οὐκ ἀταλαίπωρόν τινα καὶ μάλιστα τοὶ εὐωνον ἡγεῖσθαι  
 P. 655 χρωτὸν τὴν τῆς ἀληθείας εὐρεῖσιν. οὐ γὰρ αὐτοσχέδια καὶ αὐτόμα-  
 10 τα φύεσθαι, καθάπερ τὰς ἐν τοῖς ἔλσεσι βάτους, ἴσμεν τὰ χρή-  
 σιμα· ἀλλὰ πόνοις παρέμιξε πλείστοις, καὶ κομιδῇ μακροῖς πε-  
 ριτελεῖσιν τοῖς ἰδρῶσιν, ὅτιπερ κεφάλαιον τῶν τῆς ψυχῆς ἀγα-  
 θῶν. τί δ' ἄλλο ψυχῇ τιμιώτερον ἀγαθόν, ἢ πίστεως ἀκριβῆς  
 ἀσφάλεια πρὸς Θεόν; σώματος μὲν γὰρ νοσήματα παιδᾶς λατρῶν 15  
 B εἰσκαλοῦσι Θεραπευτὰς· κἂν μὴ εἰστοχῆν τὸ σπούδασμα δόξη,  
 τὸ βλάβος οὐ πάνν τοι χαλεπὸν, οὐδὲ τοῦ παρόντος βίου μακρό-  
 20 τερον· τὰ δὲ τῶν θείων δογμάτων ἀβήρωσθήματα οὐχ αἱμάτων  
 ῥήγησιν ῥύακας, ἀλλ' αὐτῇ γε αὐτόχρομα τῇ πίστει παρῆκει τὴν  
 βλάβην, ἀναίμακτον μὲν, ἀλλὰ μάλα τοι σφόδρα καιρίαν καὶ  
 25 ψυχῆς αἰώνιον καὶ ἀθάνατον πράττονσαν θάνατον, ἧς κόσμος  
 ἅπας οὐκ ἔστιν ἀντάξιος. διὸ παρῆφισιαστὸν ἔστι τὰ τοιαῦτα,

14. πίστεως em. Boiv. pro πίστις.

numerabiles Hebraeorum exercitus per liquidos maris gurgites, velut per aridum solum, transmisit, et vicissim effecit, ut per aridam petram aquarum vis maxima flueret. Scilicet Deo iubente et adiuvante ipsae solvuntur leges naturae. At si is sit unus ex iis, qui ex luxu et nocturna crapula excitati mane expergiscuntur, profecto necesse est, perniciosos omnis generis morbos existere, et varias haereses in constitutam antiquitus disciplinam invehi, et harmoniam dogmaticam regulasque omnes legitimas aboleri atque dissolvi. Non debet itaque veritatis investigatio facili labore parabilis et minimo pretio venalis existimari. Nam quae utilia sunt, ea non videmus subito et sua sponte nasci, ut rubos in silvis. Quod autem summum est animi bonorum, id plurimos labores intermixtos habet, et maximis sudoribus obiectis praecluditur. Quid porro pretiosius animae est, quam religiosa et constans verae erga Deum Fidei observatio? Ad sanandos corporis morbos medici arcessuntur; qua quidem opera si minus successerit, damnum certe non adeo grave, neque hac mortali vita diuturnius futurum, accipitur. At ii morbi, qui ad dogmata theologica pertinent, quanquam sanguinis rivos ruptis venis non effundunt, Fidei ipsi plagam revera infligunt, incruentam quidem illam, sed maxime lethalem, sempiternum quippe et immortale exitium allaturam animae, cui nec totus mundus aequiparandus est. Quamobrem palam ieta proferri, atque in primis illos,

καὶ πρὸς γε τούτων τοὺς ἐκείνους λιβέλλους, τὰς τῶν ἐπταισμένων A. C. 1351  
 μετανοίας κομίζοντας, ἵνα μὴ χεῖρον τῇ ἐκκλησίᾳ τὸ σχίσμα γέ- Imp. Io. Can-  
 νηται. εἰ δὲ γε μὴ βοήλοισθε, τίς ἔτι χρεῖα μαρτύρων; αὐτοὶ C- tacuz. 5  
 γὰρ αὐτοὺς ἀντὶ μυρίων ἑαυτοῖς ἐπ' αὐτοφώρῳ κατηγορῶν ἐστῆ-  
 5 σαυτε, παθήσαν μισοῦντες καὶ φῶς ἀληθείας ἀποστρεφόμενοι.  
 „πῶς γὰρ ὁ τὰ φεῦλα πράσων μισεῖ τὸ φῶς καὶ οὐκ ἔρχεται,”  
 φησὶ, „πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ φανερωθῇ τὰ πονηρὰ ἔργα αὐτοῦ.”  
 (E.) Ἄλλ' ἔγωγ μὲν ταῦτ' εἶπον· οἱ δὲ τὰ μὲν νεογνὰ καὶ ἀρτι-D  
 10 γενῆ ψηφίσματα καὶ τὰς τομογραφίας ἐκείνας κομίζειν ὑπι-  
 πατέρων συνόδοις ἀπαιτούμενους λιβέλλους, καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς  
 ἐπταισμένοις μετάμειλον, τοῦτο δὲ καὶ μῦλα ἤκιστα ἤρσεκεν.  
 ἀλλ' ὅλαις ἀπηγόρευτο γνώμαις, μήτε γραφῇ τοιαῦθ' ὅλως πρὸς  
 τοῦ Παλαμῆ δοθῆναι, μήθ' ἡμῖν οὐδέλῃ μεταμελείας ἐφ' οἷς  
 15 ἡμαρτήκει τρόπους ἀγράφως γούν ἐπιδειξασθαι. καὶ πῶς γὰρ  
 ἀρέσκειν ἔμελλέ σφισιν, ἁμόφροσιν οὖσι καὶ ἅμα τὴν ὁμοίαν E  
 ὑφορωμένοις ἀπαύτησιν καὶ αὐτοῖς; ὅθεν ἐκείνοι μὲν ἀναστάντες V. 529  
 ἐπὶ τούτοις ἀπήσαν, τῷ τε βασιλεῖ καὶ πατριάρχῃ καὶ τοῖς λοι-  
 ποῖς ἐπισκόποις τὰ εἰρημένα ἀπαγγελοῦντες· ἡμεῖς δὲ τὴν χθδὲς  
 20 καὶ πρόωγ καταδικασθεῖσαν ἡμῖν ἐρημίαν ἄγειν οἴκοι λελείμεθα.

β. Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ἐκείνοις ἀκούσασιν ἤρσετέ τε καὶ P. 656  
 δέδοκται δοθῆναι τὰ γράμματα ἡμῖν ἐκεῖνα. Παλαμῆ δὲ φορ-  
 τικός τις καὶ παντὸς Ὀλύμπου βαρύτερος ὁ λόγος ἔδοξε καὶ μᾶ-

### 1. ἐκαίνου mavult Boiv.

qui poenitentiam erratorum praeferunt, libellos exhiberi oportet, ne peius schisma ecclesiae accidat. Quod si vos nolitis, quid iam opus est testibus? In manifesto scelere deprehensi, instar mille accusatorum ipsi contra vos statitis, quatenus scilicet ingenuam fiduciam odistis, et veritatis lucem aversamini. „Omnia enim qui male agit, odit lucem, et non venit (inquit Christus) ad lucem, ut non manifestentur mala opera eius.” (V.) Haec ego. Illi autem modo nata et recens in lucem edita decreta ac eum, qui scriptus erat, Tomum alliaturos se promittebant. Verum libellos dare, et erratorum poenitentiam fateri, ita ut sacrosancta et generalia Patrum Concilia iuberent, minime iis placebat. Immo uno consensu omnes negabant, Palamam talia litteris consignata daturum ullo modo, aut cuiquam omnium nostrum vel sine scripto ostensurum esse se poenitentem eorum, quae peccasset. Ecquomodo autem hoc iis placuisset, cum illo consentientibus, et a se ipsis quoque similia nos repetituros esse suspicantibus? Itaque his transactis surgunt abeuntque, imperatori et patriarchae caeterisque episcopis, quae dicta sint, renunciaturi. Nos vero in ea solitudine, quae nobis aliquanto ante indicta fuerat, domi remansimus.

2. Ac caeteri quidem illi, audito responso, assentiebantur, et ea ipsa scripta danda nobis esse iudicabant. Palamae autem, id quod proponebatur, iniquum et quovis Olympo onus gravius ac proposito suo alienum

- A. M. 6859 *λα ἀπάρδων τῆς γνώμης. δεῖ καὶ θυμοῦ τὸ ἦθος καὶ τὴν καρδίαν*  
 Ind. 4 *ὑποκλησθεῖς προσήμι τῷ βασιλεῖ, πάντα μᾶλλον ὑπισχνόμενος*  
*πάσχειν ἢ τουτοῦ συγχωρεῖν, καὶ τεθνᾶναι μᾶλλον αἰρεῖσθαι ἢ*  
 B *Γρηγορή διδόναι τὰ γράμματα· μηδὲ γὰρ ἀνέξισθαι (φησὶ) μὴ*  
*οὐδὲ τὴν ταχίστην εἰς ἐγγράφους τε καὶ ἀγράφους τῶν τοιούτων*  
*λέγει ἀνατροπᾶς· καὶ φροῦδα τὰ τῶν πόνων ἡμῶν ἔσται λοιπὸν·*  
*καὶ καπνὸν φεύγοντες εἰς πῦρ ἐμπεσοῦμεθα, τοῦτο δὲ τὸ τῆς*  
*παροικίας· καὶ βραχὺ τι δόξαντες ἀναπεπνευμένοι, τοῦτον ὁπίσω-*  
*ποτε ἀποσκευασάμενοι, μείζους κατ' ἐαυτῶν ἐκόντες αὐθις*  
*ἡμεῖς ἐγεροῦμεν θαλάσσης καὶ κλύδωνας ἑριδος. (B.) Ταῦτα* 10  
 C *δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα βοῶν καὶ ἀποδυσρόμενος ἐπειθεν ἅπαντας τὰ*  
*τε ἄλλα καὶ ἅμα τοῖς μὲν ἄλλοις σποράδην καὶ δι' ἀδήλων*  
*πόρων δῆλα ποιεῖσθαι τὰ νέα ταυτὶ θεσιπιάματά τε καὶ δόγματα,*  
*οἷοι τῶν ἐγγύς τε καὶ πόρρω που γῆς καὶ θαλάσσης οἰκούντων*  
*εἰσὶν· ὁποίους καὶ διὰ τὴν σύνοικον ἀλογίαν ἀλώσιμον ἐκ τοῦ* 15  
*ῥάστου θῆραμα ταῖς τῆς θρησκείας παγίσιν ἤλπισεν ἔσεσθαι·*  
 D *ἔμολι δ' ἀπηγόρευται μόνω παντάπασιν εἶναι μὴ ὅτι γε ἄψανστον*  
*ἔψωσι, ἀλλ' οὐδ' ἄχρι ψιλῆς ἐλθεῖν ἀκοῆς οὐδ' ὀπωσοῦν οὐδ'*  
*ἄχρος οὐδαμῆ ποτ' οὐδὲν τῶν ἀπάντων ἐκείθεν. (Γ.) Ὡν ἔνεκα*  
*καὶ τὰς ἐμὰς ἐς πλεον προσηπατάλευον ἔτι θύρας, μὴ λάθῃ τις* 20  
*αἴθρα δι' αἰθέρος τινὸς ἡμῶν εἰσκομίσασα φῆμην ἐκείθεν τινα·*  
*καὶ φύλακας ἔδρασαν ἔμπροσθέν τε καὶ ὀπισθεν, καὶ δεξιῶν καὶ*  
 E *εὐωνύμων, τοὺς ἐμονὸς ἅπαντας γείτονας· οἱ μοναδικὸν ἐπαγγε-*  
*λάμενοι βίον ἀσκεῖν, καὶ ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἕκαστος,*

prorsus esse visum est. Quapropter totus iracundiam et oris habitu et corde spirans ad imperatorem accedit; se, potiusquam id concedat, omnia perpressurum profitetur; et mori quidem malle affirmat, quam scripta illa dare Gregorae. „Nec enim (inquit) temperabit sibi ille, quominus statim ad ea refutationibus, tam scriptis quam non scriptis, evertenda aggrediatur. Tum vero labores nostri ad nihilum recasuri sunt, et (ut in proverbio est) fumum fugientes in ignem incurremus; ac paulisper visi, eo utcumque submoto, respirasse, maiores denuo contentionum fluctus, maiores procellas, ipsi in nos volentes excitabimus.” (II.) Haec et talia vociferando lamentandoque, cum aliis omnibus persuasit, tum ut nova haec edicta decretaque, sparsim et per occultas vias emissa, aliis nota facerent; iis nempe, qui ubicunque terrae et maris prope aut longe habitarent, et suoapte stupore ita stolidi essent, ut superstitionis laqueis facillime eos captum iri spes foret. Uni autem mihi prorsus non solum oculis usurpanda, sed et simplici aurium sensu attingenda unquam vel levisime, etiam minima eorum vestigia interdiciuntur. (III.) Eam ob causam fores meas pluribus quam antea paxillis muniunt; ne qua furtim aura, per aliquem aëris meatum illapsa, famam ullam ad nos intromittat. Custodes vero a fronte, a tergo, dextrorsum, sinistrorsum apponunt, vicinos meos omnes; qui vitae monasticae austeram disciplinam professi, et proximum dilecturos, sicut

καὶ τοὺς ἐν φυλακαῖς προσιέναι, καὶ ληπουμένους παραμυθεῖσθαι, A. C. 1851  
καὶ ψυχροῦ διψῶντι διδόναι ποτήριον (εἰ δ' ἅλλ' ὅσα καὶ βαρ- Imp. Io. Can-  
βάροις ἔθρυσιν εἰδίσται δρῶν συμπαθῆ κοινῇ πρὸς ἅπαντας ὁμο- tacuz. 5  
φύλους καὶ ξένους, φυσικῆς ἀγούσης ὀλκῆς ἐς τὸ καμπτόμενον P. 657  
5 τῆς ψυχῆς) οἱ δ' οὕτω μοι καὶ θηρίων ἑαυτοὺς κατέστησαν πι-  
κροτέρους καὶ τῶν ἐπιταττόντων μακροῦ σκληροτέρους, ὥστε  
μυριάκις ἂν εἰλόμην θηρίοις ἐν ὄρεσιν ἀγρίοις συνεῖναι, ἢ τοιού-  
τοις ἀνδράσιν. οὕτω μοι καὶ τῶν ἄλλοφύλων ὁμότεροι κατέστη-  
σαν οἱ πλησίον· οἵτινες καὶ ἐς τοσοῦτο θηριωδίας ἐξέκλιναν, ὡς  
10 καὶ συκοφανταίαις ἐνόους τῶν τῆν αὐλίον τῆς οἰκίας ἡμῶν πα- V. 530  
ρίοντων περιβαλεῖν, ἐκ μόνης ὑποψίας ἀτεχμάρτου, πλασάμε-  
νοι πρόσρρησιν δῆθεν ἐκείνων ἡμῖν ἕγγενέσθαι ποτὲ, τῆν μηδμητῆ B  
ποτε τολμηθεῖσαν. καὶ ταῦτα τίνες; οἱ φίλιας ἀπολειανκότες  
μακροῦ καὶ πδικιλῆς ἐξ ἡμῶν, ἐν διαφόροις καιρῶν περιστάσεσι,  
15 καὶ μηδὲν τῶν δεινῶν μηδεπώποτε πειραθέντες ὑφ' ἡμῶν· πλὴν  
τοῦ κάλυμμά σφισι πολλύκις καθέστασθαι τῆς τε καθ' ὅλων τῶν  
ιερώων πραγμάτων διαπάτης καὶ τῆς ἐκύστων αἰσχροκερδίας.  
(D.) Ἐκ γὰρ πάνυ τοι νέας καὶ παιδικῆς ἡλικίας, ἐμαυτὸν ἔγκα- C  
θιδρόσας τῆδε τῆ μονῆ, παρήμενα μέχρι καὶ ἐς τὴν τήμερον,  
20 ἔτος ἀμείβων ἤδη τῆς ἡλικίας ἐξηκοστόν. καὶ πολλῶν μὲν ἐν μέ-  
σω πρόξενος ἐγενόμην τῷ τόπῳ καλῶν, συναυρομένου θεοῦ·  
πολλοὺς δὲ καὶ τῷ τῆν μονῆν εὐθὺς ἀναδεξαμένῳ καὶ ἔγκαινίζοντι

20. ἑβδομον καὶ πενηκοστόν conii. Boiv. 22. κολλία conii. idem.

se ipsam quisque, et eum qui in custodiis foret visitaturos, et tristem con-  
solaturos, et sitiēti poculum frigidae porrecturos se promiserant: omittē  
caetera humanitatis officia, quae et barbarae nationes praestare omnibus  
solent, popularibus pariter et peregrinis, naturali quodam affectionis pon-  
dere animos scilicet curvante. Hi autem adeo feris bestiis crudeliores et  
iis ipsis qui iubeant longe duriores in me ultro fuerunt, ut ego cantius  
malim in montibus cum immanibus belluis, quam cum eiusmodi hominibus,  
versari. Adeo erga me alienigenis saeviores exstiterē ii, qui proximi erant.  
Enimvero ab humano ad ferinum morem sic deflexerunt, ut et quosdam,  
qui propter domus nostrae vestibulum transiissent, calumniis involverint,  
simplici nempe coniectura et temeraria suspitione fingendo, eos alloquitos  
esse me, qui minime certe ausi fuerant. Quinam vero haec? Illi ipsi, qui  
variis et iniquis temporibus magnum et multiplicem amoris nostri fructum  
perceperunt, nulla autem re graves nos unquam experti sunt; nisi quate-  
nus iis saepe obstitimus, ne totas res sacras impensis consumerent, et  
privatim quisque lucro turpi ditescerent. (IV.) Quippe ego a tenerrima  
et puerili aetate, cum in eo monasterio sedem mihi ipse fixissem, per-  
mansi ibidem usque ad hodiernum diem, quo iam sexagesimum aetatis an-  
num excedo. Per illud tempus effeci, Deo iuvante, multa ut huic loco orna-  
menta accederent; ac illam, qui huius monasterii curam iam tum susce-

- A. M. 6859 φιλοτίμῳ γνώμῃ καὶ χειρὶ σοφωτάτῳ ἐκείνῳ ἀνδρὶ συνηράμην,  
 Ind. 4 D ἔς ὅσα τε χρείας ἐκείνῳ καὶ ἡμῖν ἔδει καὶ ὅσα τὸ τοῦ φίλτρον  
 θυνάμενον ἡμῖν ὑπηγόρευε. δι' αὐτοῦ μοι καὶ τὴν ἐπιτροπὴν καὶ τὴν  
 τῶν τῆς μονῆς τιμιωτέρων καὶ ἀναγκαιοτέρων ἐπισκευῶν πραγμῶ-  
 των ἐπίστευσε, καὶ τρόπον τινὰ διαύδοχον ἑαυτοῦ κατέστησε τε-5  
 λευτῶν ἐκεῖνος ἐνταῦθα. καὶ νῦν οὓς μὲν εὗρον ἀσκομημένους ἐλ-  
 θῶν ἐξ ἀρχῆς ἔβρωγε ἐνταυθοῖ, πάντες ἐκ πολλοῦ τὸν βίον ἀπο-  
 λιπόντες εἰσὶν· οἱ δ' εἰσὶ νῦν, πάντες εἰσὶν ἐμοῦ βουλομένοι  
 E τὴν μονὴν ἄλλοτ' ἄλλως οἰκήσαντες τήνδε. (E.) Διὰ δὲ ταῦτα  
 κάκεῖνα φιλίας ἡμῖν οἱ σεμνοὶ πατέρες καὶ ἀδελφοὶ καὶ πνευ-10  
 ματικῆς ἀγάπης ὑφείλοντες ἐκτίνειν σημεῖα, οἱ δ' ὡς ταῦροι  
 περιέσχον με, καιρὸν εἰληφότες, ὅποιον ὡς ἔοικεν ἐπέζητουν· καὶ  
 ὡς ἐν ἀποκρύφοις οἰκοῦντες θῆρες ἔβρωξαν ἐπ' ἐμὲ τοὺς δδόντας  
 αὐτῶν, ἀντὶ ἀγαθῶν ἀνταποδόντες κακά. ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ  
 F στόμα αὐτῶν, ὡς λέων ὑρπάζων καὶ ὠρῶμενος. ἐκραταίωσαν 15  
 ἑαυτοῖς λόγον πονηρὸν. ἠκόνθησαν, ὡς ῥομφαίαν, τὰς γλώσσας  
 αὐτῶν. εἶπον, τίς ὑπεται; δεῦτε καὶ ἐξολοθρεύσωμεν αὐτόν,  
 καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ μνησθῆ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἔτι. νῦν γὰρ μοι κατὰ  
 καιρὸν καὶ τὰ τοῦ προφήτου λέγειν ἐπήει. τὸν γὰρ ὑπαντα βίον  
 αὐτὰ διῶντι μοι πρότερον οὐχ οὕτω μαθεῖν ἀκριβῶς συνηλέχθη 20  
 P. 658 ταυτὶ πρὸς ἀκριβείαν, ὡς ἀρτίως ἐκ πείρας αὐτῆς, ὁποίας ἐκεῖ-  
 νος καὶ ὅσας ἔβρωσκέ τε καὶ συνέθαιπε πικρῶς τὰς ἀθελήτους λυ-  
 πας ἐν ψυχῇ. μηδὲ γὰρ ἂν ἄλλως γινώσκειν δύνασθαι μηδένα

22. ἀθελήτους em. Boiv. pro ἀθελήτους.

pit et id ipsum magnifice et larga manu instauravit, illum inquam sapien-  
 tissimum virum adiuvī ad ea omnia, quae ambobus nobis usui futura essent,  
 et quae amoris vis efficax mihi dictasset: quo factum, ut procurationem  
 rerumque eiusce monasterii pretiosissimarum et maxime necessariarum in-  
 spectionem fidei meae commiserit, ac me heredem quodammodo suum his  
 moriens instituerit. Nunc quotquot huc primum adveniens religiosos re-  
 peri, ii omnes iam pridem e vita excesserunt: qui hodie sunt, ii me vo-  
 lente omnes hoc monasterium alias aliter ingressi habitaverunt. (V.) Ob  
 has simul et illas causas, cum deberent reverendi Patres et Fratres ami-  
 citiae et caritatis Christianae signa rependere, iidem contra, sicut tauri,  
 obederunt me, occasione nacti, qualem videlicet requirebant; et  
 sicut in absconditis habitantes ferae bestiae frenderunt super me deri-  
 tibus suis, pro bonis retribuentes mala. Aperuerunt super me os suum,  
 sicut leo rapiens et rugiens. Firmaverunt sibi sermonem malignum. Exa-  
 cuerunt sicut gladium linguas suas. Dixerunt, quis videbit? Venite et  
 disperdamus eum, et nemo meminerit nominis eius amplius. Nam mihi  
 nunc illa prophetae verba in tempore usurpanda occurrunt: quae cum ego  
 per totam vitam antehac recitaverim, nunquam ita penitus intellexi, ut  
 nunc usu ipso doctus intelligo, qualem ille et quantam in animo aheret fo-  
 veretque maeroris inconsolabilis acerbitatem. Neque enim videtur quis-



- τῶν ὄντων καὶ γνομένων τὰς φύσεις ἐς τὰκριβές, μὴ διὰ πάντων  
 ἐλθόντα πραγμάτων ὡς δεῖ, πείραν τὴν ἐκάστω προσήκουσαν  
 ἐαυτῷ πορίζομενον. ἐνευθεν γὰρ οἶμαι καὶ τὰς ἀρχὰς εἰληφότες  
 τῶν πάλαι, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον γίνεσθαι φάναι γνώριμον. εἰ B  
 8 μὴ γὰρ ἀπέβαλέ τις θανάτῳ γονέας, οὐκ ἂν ἀντιληφίς τις τοῦ  
 πάθους προσήκουσα γένοιτο τούτῳ, οὐδὲ γνώσις ἀκίβδηλος,  
 ὁρῶντι τὰ ὅμοια πεπανθότα τὸν γέγονα· ἀλλὰ μενεῖ πρὸς τὸ  
 πάθος παρὰ τοσοῦτον ἀνύλητος, παρόσον καὶ τοὺς ἐκ γενέ-  
 σεως ὁρῶμεν τυφλοὺς ἀναισθήτως διακειμένους, εἴ τις αὐτοὺς  
 10 ἐς χρωμάτων κρίσεις καλοίη. καὶ εἰ μὴ ἀληθόνως ὀδόντων ὑπέ-  
 μινέ τις, οὐκ ἂν ἄλλου πάσχοντος συναλγήσειε. καὶ εἰ μὴ ἐξήλι- C  
 γωσέ τις περιτυχὼν ἀμῆ χιμῶνος γυμνός, οὐκ ἂν ποτε ὀργούν-  
 των ἑτέρων αἰσθοίτο. χρῆναι γὰρ ἀνάμνησιν τινα γίνεσθαι καὶ  
 ἀναφορὰν ἀπ' ἐκάστων ὡς παρ' ἀρχέτυπον τὸ προπεπονηθός. εἰς V. 531  
 15 δὴ τοιαῦτα πραγμάτων ναύγια καὶ αὐτὸς ἐμπεσὼν τὰς ἐκείνου  
 φωνὰς ἀφῆμι, καιριωτέρας οὐκ ἔχων εὐρεῖν· καὶ ὁμοίως ἐπι-  
 βοῶμαι θεόν, ἐξελεσθαι με πονηρῶν καὶ γλώσσης δολίας καὶ D  
 συκοφαντίας ἀνθρώπων καὶ οὐ θηρίων. θηρία μὲν γὰρ αἷμα καὶ  
 σάρκα ἐσθίει, οὗτοι δὲ μυελοὺς δαπανῶσι ψυχῶν.
- 20 γ. Ἄλλὰ γὰρ τούτων οὕτως ἐχόντων, συχνὰ παρῆλθον B  
 ἐκεῖθεν ἡμέραι, καὶ ὁ πατριάρχης ἦκεν ἡμῖν· οὐκ οἶδ', εἴτ' οἶ-  
 κοθεν, εἴτε βασιλέως προστεταχτός· ἦκε δ' οὖν· γράμμα μὲν

## 4. τοὺς κάλας conl. Boiv.

quam earum rerum, quae sunt quaeve fiunt, naturam aliter posse explo-  
 rate cognoscere, nisi in omnibus quatenus par est versatus, convenientem  
 singulis notionem usu sibi comparaverit. Atque ex his (ut opinor) princi-  
 piis ducto argumento, dixere veteres, simile simili innotescere. Si quis  
 parentes morte sublato non amiserit, is vicinum eiusmodi casu afflictum  
 intuens, eum qui huic calamitati convenit sensum non habebit, nec veram  
 cognitionem assequetur; sed eo in luctu doloris expertus mansurus est; ut  
 eos qui coeci sunt a natura, si ad diiudicandos colores advocentur, nullo  
 eorum sensu affici videmus. Pari modo, nisi quis dentium dolores pertu-  
 lerit, altero dolente non indolebit: nisi acutissimo hiemis frigori nudus ex-  
 positus obriguerit, alienum frigus non sentiet. Oportet quippe singulos id  
 quod ante passi sunt reminisci, et animum eo referre, tanquam ad primum  
 aliquod exemplar. Itaque et ego, qui in similia rerum naufragia incidi,  
 quoniam nullas invenio voces huic tempori convenientiores, eas ipsas pro-  
 fero, quibus ille usus est; et Deum pariter inclamans rogo, ut eruat me a  
 malignis, et a lingua dolosa, et a calumniis hominum: hominum dico, non  
 ferarum. Ferae enim sanguine et carnibus vescuntur; hi vero ipsas me-  
 dallas animarum consumunt.

3. Haec cum ita se haberent, multis ex eo diebus elapsis, patriarcha  
 ad nos venit: utrum sua sponte, an imperatoris iussu, nescio: caeterum

- A. M. 6859 οὐδὲν κομίζων ἡμῖν, ὧν ἀπηγοῦμεν· προσηγή δέ τινα καὶ ἀστέια  
 Ind. 4 ἐπαγόμενος ἦθη, πειθοῦς ὡς ᾤετο δημιουργῶ, καὶ πλείστην ἔχον-  
 τα τὴν αἰδῶ πρὸς ἡμᾶς, παρὰ τὴν αὐτοῦ λίαν ὑπέφροντα φύ-  
 σιν. οἷς συνύφαινε πως καὶ προὑβάλλετο, διὰ τὸ ἀνυσιμώτερον  
 τῆς βουλήσεως, καὶ τὸ μακρὸν καὶ δυσχερὲς τῆς οἴκοθεν ὁδοῦ, 5  
 τὸ σῶμα καχεξίας τινὸς ἐνοχλοῦσης τηρικαῦτα. κἄπειτα πολλὰ  
 P. 659 μοι τὰγαθὰ ἐπηγγέλλετο, δέχεσθαι· θείλησαντι τὴν τοῦ Παλαμῶ  
 κοινωνίαν ἀντιλογίας ἀπάσης ἐκτός. „τὰς γὰρ τοιαύτας ἀντιλο-  
 γίας,” ἔλεγεν, „Ὀμήρου καὶ Πλάτωνος εἶναι ἀκούω, τῶν σῶν δι-  
 δασκάλων· οἱ σοφοὶ μὲν ἦσαν, ἀλλὰ μὴ δεξιμένοι τὸν Χριστὸν 10  
 ἀπεκηρύχθησαν ὡς αἰρετικοί. ὥσπερ οὖν ὑστερον ἐλθοῦσαι αἱ  
 σύνοδοι τῶν ἁγίων πατέρων καὶ ἀποστόλων καὶ προφητῶν κατέ-  
 βλυσαν ἐκείνους, ἀγράμματοι ὄντες, οὕτω δὴ καὶ γὰρ ἀγράμματος  
 ὦν τὴν σὴν καταλύσω σοφίαν· καὶ πληροῦται τὸ ῥῆθ' ἐν αὐτῷ  
 προφήτῳ· ποῦ σοφός, ποῦ γραμματεὺς;” (B.) Λόγων δὲ κἂν- 15  
 ταῦθα τοῖς ἄλλοις ὁμοίων δαπανηθέντων, διελύθημεν ἐν κεινοῖς,  
 μηδεὶν ὧν ἐκεῖνος ἐβούλετο γενομένου, καὶ ὧν ἕνεκα κεκοπίαιεν.  
 οὐδὲ γὰρ πολλῶν ἡμῖν ἐδέξασε λόγων πρὸς ἄνδρα βαναυσώδη καὶ  
 C ζῆλοτον, καὶ τοῦ λέγειν ἁπλῶς προχειρότερον τὸ πλήττειν ἔχον-  
 τος καὶ γλώττη καὶ χεῖρ. διὸ τὰ τοῦ θείου πατρὸς Βασιλείου 20  
 δανεισόμενος προὔτεινα καὶ αὐτὸς ἐν βραχεῖ, ὡς „ἐν γε τοῦτο  
 τολμῶ καυχᾶσθαι ἐν κυρίῳ, ὅτι οὐδέποτε πεπλανημένης ἔσχον  
 τὰς περὶ Θεοῦ ὑπολήψεις· ἀλλ' ἦν ἐκ παιδὸς ἔλαβον ἔνοιαν περὶ  
 venit; scriptum quidem, cuiusmodi petieramus, nullum exhibiturus; blan-  
 dos autem et urbanos mores afferens, ad persuadendum (ut putabat) ac-  
 commodatus, et cum reverentia erga nos maxima coniunctos, atque adeo  
 ab ipsius ingenio longe abeuntes. His ille, ut voluntas esset efficacior,  
 alia attexebat, et laborem viae a domo sua usque longae ac difficilis obie-  
 ctabat; eo scilicet tempore superatum, cum aliquo valetudinis vitio corpus  
 laboraret. Deinde si vellem, posita omni verborum contentione, Palamae  
 communionem admittere, multa mihi bona pollicebatur. „Etenim (inqui-  
 bat) istas contentiones Homeri et Platonis esse audio, tuorum magistro-  
 rum: qui sapientes quidem erant; at quia Christum non receperunt, id-  
 circo ut haeretici proscripti sunt. Quemadmodum igitur subsequuta san-  
 ctorum Patrum et Apostolorum Prophetarumque concilia, qui homines erant  
 illitterati, eos profligarunt; ita et ego, qui illitteratus sum, tuam sapien-  
 tiam hodie profligabo: et adimpletur illud, quod dictum est per prophe-  
 tam: ubi sapiens? ubi scriba?” (II.) Post sermones, prioribus haud  
 dissimiles, illic quoque consumptos, frustra tandem discessum est; nec  
 quae is fieri voluerat, et de quibus laboraverat, eorum quicquam est per-  
 fectum. Neque enim multa nobis oratione opus fuit apud hominem illibe-  
 ralis ingenii, eundemque iracundum, linguaque et manu promptiorem ad  
 foriandum quam ad dicendum. Quamobrem illa a sancto Patre Basilio ver-  
 ba mutatas, breviter ipse quoque reposui: unum hoc saltem posse me in  
 domino gloriari, opiniones de Deo falsas nunquam habuisse me; sed quam

Θεοῦ παρὰ τῶν μακάρων γονέων μου καὶ τῶν θρηναμένων ἐμέ, A. C. 1851  
 ταύτην ἀβξηθεῖσαν ἔσχον ἐν ἐμαυτῷ· πίστιν δὲ οὔτε παρ' ἄλλων <sup>Imp. Io. Can-</sup>  
 γραφομένην νεωτέρων παραδεχόμεθα, οὔτ' αὐτοὶ τὰ τῆς ἡμετέ- <sup>tacuz. 5</sup>  
 ρας διανοίας γεννήματα παραδίδόναι τολμᾶμεν, ἵνα μὴ ἀνθρώ-  
 5 πινα ποιήσωμεν τὰ τῆς εὐσεβείας ῥήματα· ἀλλ' ἂ παρὰ τῶν  
 ἁγίων πατέρων δεδιδάγμεθα, ταῦτα τοῖς ἑρωτῶσι διαγγέλλομεν."   
 καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον. (Γ.) Ἐς δὲ τὴν ἐπιου-   
 10 σσαν παρῆσαν αὐθις ἐκείθεν ἀπεσταλμένοι συχνοὶ τῶν τῆς ἐκκλη- V. 532  
 σίας ἀρχόντων, καὶ μετ' αὐτῶν εἰς τις τῶν ἐμῶν μαθητῶν, ἕν- E  
 10 τιχρὸς ἄλλος τοῦδε· ὃς ἀφ' οὗ τὸ μοναδικὸν ἐνδεδύται σχῆμα,  
 ταῦτὸν ἐπεπόνθει καὶ οὗτος, ὅπερ ἐκείνος χερσὶν εἰληφῶς ἐκ τοῦ  
 δαίμωνος τὸν σωτήριον ἄρτον. ὡς γὰρ εἰς ἐκείνον εὐθὺς τὸν διά-  
 βολον εἰσελθεῖν ἐγεγόνει, παραπλησίως δὴ καὶ τάνδρῳ τουτωῖ  
 σαφῶς ὁ αὐτὸς ἐπεπήδησε διάβολος, εὐθὺς ἀμείψαντι τὸ σχῆμα.  
 15 εἰς γὰρ κακότεχρον ψυχὴν χώραν οὐκ ἔχειν φασὶ καὶ χάριν Θεοῦ.  
 τοσοῦτον γὰρ ταῖς ἄλλαις καθ' ἡμῶν ἐπιβουλαῖς καθάπαξ οὗτος F  
 ἐκείνον ὑπερβαλέσθαι περιφλοῦνται, ὡς μηδ' ἐνταῦθα γενόμε-  
 νον μόνον εἶσαι τὴν πρόδοσιν Ἰούδαν ἐκείνον ἐγκαλεῖσθαι. ἀλλὰ  
 γὰρ πλείστους καὶ οὗτοι κενώσαντες λόγους, τὸν ὅμοιον τρόπον  
 20 τοῖς ἄλλοις, καὶ πλείστας τοῖς λεχθεῖσι τὰς ἀπειλὰς ἐπικροδομη-  
 κότες ἀπήεσαν ἄπρακτοι καὶ αὐτοί. (Δ.) Καὶ ἅμα συνῆεσαν  
 αὐθις συχνότεραι τῶν προτέρων παραγγεῖλαι παμπληθῆς, παρι-  
 οῦσαι τὰς πρὶν, ἐς τοὺς ἡλίονας φύλακας ἡμῶν· οὗς ἐπόπτας P. 660  
 ἡμῖν πικροτάτους ἐπέστησαν, πανόπτας δ' εἰπεῖν οἰκειότερον,

## 6. λογίζονται edd.

olim puer a beatis parentibus et ab educatoribus notionem Dei accepissem,  
 eam apud me auctam retinuisse: Fidem autem neque ab aliis recentioribus  
 descriptam admittere, nec quae mens nostra parturiret, ea tradere aliis  
 audere, ne humana per nos fierent verae religionis verba: sed quae a san-  
 ctis Patribus didicissemus, ea nos interroganti cuique annunciare. Et haec  
 quidem ita se habuerunt. (III.) Postridie eius diei affuerunt ruraus inde  
 huc missi plurimi ecclesiae praesules: item cum iis discipulorum meorum  
 unus, alius plane a discipulo. Scilicet huic, ex quo monasticum habitum  
 induerat, idem contigerat atque illi, qui de Coena salutarem panem mani-  
 bus apprehendit. Quippe ut Diabolus in illum statim introiit; ita et in  
 hunc, post mutatam vestem, idem profecto Diabolus confestim insiluit.  
 Nimirum in anima, artibus malis instructa, gratiam Dei negant locum ha-  
 bere. Adeo autem hic illum, aliis praeterea in nos structis insidiis, omni-  
 no superare certavit, ut nec in hac parte Iudam proditoris reum argui  
 unum voluerit. Enimvero cum et hi multa, itidem ut caeteri, verba effu-  
 dissent, et adiunctas dictis minas quamplurimas exaggerassent, ipsi quo-  
 que re infecta discesserunt. (IV.) Tum vero crebriora quam antehac et  
 prioribus impensiora, velut facto agmine, mandata ad illos vicinos custo-  
 des nostros venerunt; ad illos dico appositos nobis acerbissimos explorato-  
 Nisephorus Gregor. Vol. II.

A. M. 6859 κατά τὸν ἀττικίζοντα μῦθον κεῖνον· εἰ μὴ καὶ πολλῶ δεινοτέ-  
 Ind 4. ρους τούτους εἶπη τις ἄν· ὅτι ἐκεῖ μὲν ἐνὶ τινι ὄντι πολλοὺς πα-  
 ρέχουσι δφθαλμούς· ἐνταῦθα δὲ πολλοὶ τινες ὄντες, καὶ διαφθ-  
 ρους καὶ πολυμόρφους τρέφοντες γνώμας, ἕμιλλαν ἔχουσι ἐς  
 B τὸ πλείους ἄλλος ἄλλου φανῆναι τὰς ἐποπτικὰς κεκτημένους δυ-  
 νάμεις. (E.) Μετὰ πολλὰς δ' αὖθις ἡμέρας κατὰ δὴ τινα  
 χρεῖαν ἐδέησε πατριάρχης ἵνα ἐς τὴν καθ' ἡμᾶς αὖθις ἱερὰν  
 μάνδραν· καὶ αὐτοπροσώπως μὲν τέως ἡμῖν αὐτὸς οὐχ ὠμίλησε,  
 δι' ἀποστόλων δ', ὅσα καὶ πρότερον εἶχε πεφροντισμένους, μηδὲ  
 νῦν τὰ ζητούμενα γράμματά μοι κεκομικῶς. καὶ πάλιν ἤμεν ἐν 10  
 C τοῖς αὐτοῖς. κάκεινος ἀπῆι λοιπὸν, τὰς τοιαύτας ἐλπίδας εἶναι  
 γρηγορούντων μανθάνων ἐνύπνια.

P. 861 δ'. Ἐκεῖθεν αὖθις ἡμέραι παρήπτενον πέντε καὶ δέκα, καὶ  
 V. 533 ὁ τῶν φίλων ἡμῖν βέλτιστος ἐκεῖνος ἦκε Καβασιλας, λαθραίων  
 καὶ ποικίλων βουλευμάτων πατριαρχικῶν ὁμοῦ καὶ βασιλικῶν 15  
 ἐπαγόμενος φόρτον, καὶ μηχαναῖς οἰονεῖ τισιν ἐλεπόλεσι πεφρα-  
 γμένος ἐκεῖθεν παντοδαπαῖς, αἵτε συνετός καὶ πολυπράγμων ἀνήρ  
 B καὶ ποικίλων ἴδρις πραγμάτων καὶ λόγων πολιτικῶν· οὗν δ' αὐ-  
 τῷ καὶ τῶν πατριαρχικῶν ἀρχόντων εἰς, τοῖς πανόπταις ἐκείνοις  
 καὶ δεινοῖς ἡμῶν φύλαξιν ἀκώλυτον ἐπιτάττων τουτωῖ τὴν εἴσο- 20  
 δον παρασχεῖν. καὶ μοι κατὰ τὸ εἰωθὸς προσειπὼν, εἶτα ἐκάθισε  
 κύψας τὸ πρόσωπον εἰς γῆν. ἐμοὶ μὲν οὖν ἐμπαθέστερον ἔδοξε

7. ἡμᾶς em. Boiv. pro ἡμᾶν. 9. πεφροντισμένους idem pro πε-  
 φροντισμένους.

res, vel (ut congruentius loquar) omnia videntes speculatores, quales fabula  
 Atica memorat: nisi qui istos multo terribiliores idcirco dicat, quia uni ho-  
 mini multos oculos fabulae tribuebant, hic vero homines multi, iique diver-  
 so et multiplici ingenio praediti, inter se certant, quis quemque facultate  
 videndi et plurimum quasi oculorum perspicacia superaturus sit. (V.) Rur-  
 sum multis post diebus patriarcha ad sacrum hoc nostrum hospitium se  
 contulit, quo eum aliud quiddam negotii vocabat. Ac tum quidem haud  
 per se ipse nobiscum coram colloquutus est; sed per internuncios ea signi-  
 ficavit, quorum et prius iam sategerat. Scripta autem, qualia petieram,  
 nec tum quoque ulla attulit. Nostrae itaque res eodem rursus statu fue-  
 runt. Et ille, cum eiusmodi spes suas mera vigilantium somnia esse intel-  
 ligeret, hinc denique abiit.

4. Elapsis exinde quindecim rursus diebus, nostrorum amicorum opti-  
 mus ille Cabasilas venit, occultis et variis tum patriarchae, tum impera-  
 toris onustus consiliis, atque inde omnigenis machinis, velut muralibus  
 quibusdam tormentis, instructus; quippe qui vir esset intelligens, avidus  
 multa agendi, variarum rerum peritus, nec in civilibus negotiis rudis ora-  
 tor. Ipsum comitabatur unus e patriarchalium ecclesiarum praefectis, qui  
 nostris custodibus (isti porro erant oculi toti atque adeo terribiles) praec-  
 cepit, ut huic Cabasilae liberum ingressum praeberent. Hic autem, ubi  
 me pro more suo salutavit, postea demisso in terram vultu consedit: et

τοῦτον διατεθῆναι, τὴν τῆς ἐμῆς οἰκίας εὐθὺς θεασάμενον συμ- A. C. 1351  
 φορὰν καὶ τὴν καινὴν τραγωδίαν, καὶ διὰ τοῦτο καθ' ἑαυτὸν Imp. Io. Can-  
 γενόμενον ἐπὶ τούτου καθίσαι τοῦ σχήματος, ἡσυχῇ πάθος (ἐν- tacuz. 5  
 τὸς τὰς αἰσθήσεις εἰς τὰ τῆς ψυχῆς ἀπόρρητα στρέψαντα) καὶ  
 βτὰς τῆς τύχης ἐν νῶ συνορῶντα μεταβολάς· πῶς ὁ τὰ πλείστα  
 φθρεγόμενος οἶκος ἄφθογγος ἑξαίφνης κατέστη; καὶ πῶς αἱ  
 τῶν αἰε προσιόντων ἄλλοι' ἄλλων σοφῶν συναυλαὶ καὶ λογι-  
 καὶ πανηγύρεις καὶ τὰ σεμνὰ τῶν ἀγῶνων ἐκείνων παλαίσματα  
 φροῦδα γέγονεν ἐν βραχεῖ; καὶ πῶς οἱ τῶν μαθηματικῶν πηγῶν D  
 10 ἀταμίενοι ῥύακες νῦν ἀταμίενα σιγῶσαν τὴν ἐρημίαν ἠλλάξαντο;  
 καὶ πῶς οἱ τῶν πολλαχθὲν ἀποριῶν καὶ λύσεων τῆς ἀστροθεά-  
 μονος σοφίας διαυλοὶ νῦν ἐν τοῖς τῆς λήθης ἐκρύβησαν τάφοις;  
 ἐμοὶ μὲν οὖν τοιαῦτ' ἐδίδου τὸ σχῆμα τοῦ φιλου λογιζεσθαι,  
 καὶ ὅσα πλείω τούτοις ἔπεται. (B.) Διὸ καὶ λέγειν ἀρξάμενος  
 15 ἔγωγε περὶ μὲν τῶν ἡμετέρων ἡκιστὰ σε, φίλων ἄριστε, χαλε-  
 παίνειν ἔφρασκον εἶναι χρεῶν, ἐπεὶ μηδὲν τῶν ἐν βίῳ χρηστῶν ἄμι- E  
 γές οὐδ' ἄκρατον ἔχει τὸ χαιρον· ἀλλὰ μέμικται πάντα πρὸς τοῦ  
 Θεοῦ, καθάπερ χαλινῶ τιμὴ τὴν διαμονὴν τοῦ φρονεῖν ἐν μέτροις  
 κατέχοντος· εἶναι γὰρ παγχάλεπον, εὐροοῦντα ταῖς ἀμωσγέπως  
 20 μακαρίζομέναις τύχαις τοῦ βλου μένειν ἐν τῷ καθεστῶτι τοῦ  
 ἤθους. περὶ δὲ σοῦ μοι θαυμάζειν ἔπεισι, πῶς τοσοῦτου χεიმῶ-  
 νος τὰ τῆς ἐκκλησίας ταράξαντος δόγματα, ἡκιστα γινώσκεις P. 662  
 τοῖς φίλοις ἡμῖν, οἷς τὰ μάλιστα θαρρῆϊν ἐδόκει, οὐπω δέλω-

quia domus meae calamitatem novamque tragoediam conspiceret, visus est  
 mihi plus solito commoveri, atque ideo ad se reversus hocce corpora ha-  
 bitu sedisse, sensus externos ad animi secreta convertisse, et cum nostros  
 casus ac fortunae vicissitudines tranquilla mente considerasset, in haec fe-  
 re verba erupisse: Quomodo quae tot vocibus personuit domus, repente  
 obmutuit? quomodo coetus illi, ad quos alii alias semper accedebant œ-  
 pientes, quomodo rationales illi conventus et veneranda illa certamina  
 subito evanuerunt? quomodo disciplinarum fontes, qui tot scientiarum ri-  
 vulos omnibus fundebant, nunc in profundam et tacitam solitudinem com-  
 mutati sunt? quomodo denique illae subinde recurrentes quaestionum ac  
 solutionum astronomicarum exercitationes iam oblivione deletae sunt? haec,  
 et alia plura his consimilia, mihi cogitanda obiciebat amici nostri habitus.  
 (II.) Itaque loqui exorsus, „calamitates (inquam) nostras aegre ferre non  
 debes, amicorum optime, quandoquidem nullum est hac in vita commo-  
 dum, quod puram et plane sinceram laetitiam afferat: quinimo Deus  
 omnia commiscuit, atque ita nos fraeno quodam coërcet; ne quid nimis,  
 sed ad mediocritatem semper sapiamus. Si quis enim utcunque prosperis  
 fortunae flatibus utatur, is animi morumque constantiam difficillime con-  
 servat. Illud autem mihi permirum accidit, quod cum tanta tempestas ec-  
 clesiae dogmata perturbavit, nos amicos tuos, quibus confidere maxime

- A. M. 6859 κας ἡμῖν οὐδὲν ἀκριβές· ἀλλ' ἀφῆκας παντοδαπαῖς πλανᾶσθαι  
 Ind. 4 φήμαις, καὶ ἀμφισβητεῖν, πότερον τοῖς ἕροισ ἐκείνοισ ἐμμένεις  
 καὶ σὺ, καθάπερ ἡμεῖς· ἢ καθάπερ θυέλλης τῆς τοῖς δόγμασιν  
 ἐνοσηφύσεως νῦν καταγιδος, καὶ ἄλλων ἄλλοθι φερομένων, κα-  
 θάπερ τῶν πλοίων τὰ ἀκυβέρνητα, φέρων καὶ σὺ σαυτὸν τοῖς 5  
 Βλῆναντίοις ἐπέφριψας, καὶ γλώττης ἀφειδῶς καθ' ἡμῶν ὁμοίως  
 ἔχεις ἐκείνοισ. καίτοι γ' ἀνάγκη ἦκιστ' ἴσμεν οὐδεμίαν βία πε-  
 ριοῦσαν, πελθεῖν τῇ θρησκείᾳ καὶ τὴν φίλιαν ὁμοῦ συνεξίστα-  
 V. 534 σθαι· ἐπεὶ καὶ Λιβάνιον, Ἑλληνα τὴν θρησκείαν ὄντα, Βασι-  
 λείῳ φίλον εἶναι ἐνῆν τῷ μεγάλῳ· καὶ τοιοῦτων ὁ βίος γέμει 10  
 παραβολῶν. Ἐπειτ', οὐδὲ θέλων, τῷ Παλαμῷ προστίθεσθαι  
 Cδυνηθεῖς ἄν. οἶσθα γὰρ ὡς Ἰωάννη τῷ πατριάρχη ζῶντι συ-  
 χνὰ καὶ μετὰ γε πολλῆς τῆς αἰδοῦς προσιῶν, αὐτὸν μὲν τοῖς  
 ἁγίοις συνέταττες ὄλαις προθέσει τῆς ψυχῆς· Παλαμῶν δ' ὁμοῦ  
 βασιλεῖ Καντακουζηνῷ πύσαις ἐπλυνες ὑβρεσι νύκτωρ καὶ μεθ' 15  
 ἡμέραν, καὶ ἀσεβῶν ἀσεβεστέρους ἀπάντων ἐκάλει· καὶ σφισι  
 ταχὺν τὸν ἀφανισμόν ἔσεσθαι προὔλεγε· ὡς ἦκιστα μάλα σοι  
 περιόστασθαι νῦν, τὴν πρὸς τάναντία μεταβολὴν ὑρόττουσαν  
 D εἶναι, συνέσεως οὕτω καὶ γήρωσ ἔχοντι, καὶ συνορῶν δυναμένη  
 τῆς ἀσχύνης τὸ μέγεθος. ποῖον γὰρ ἔτι χρόνον τῶν καθηκόντων 20  
 ἀναμενεῖ τις σύμβουλον, ἐν τοιαύτῃ γεγρονῶς ἡλικίᾳ; καὶ πάσαις  
 μὲν γὰρ ἡλικίαις καὶ τύχαις ἀνάγκη φόβον εἶναι θανάτου, ἀγνω-  
 σία μυστικῇ τοὺς κανόνας ἡμῖν τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ συγκαλύπτον-  
 2. ἐμμένεις corr. Capp. pro ἐμμένεις.

videbaris, necdum feceris certiores, sed variis huc illuc abduci rumoribus et dubitare permiseris, utrum, quemadmodum nos, tu quoque in illis definitionibus permanes; an vero, cum veluti procella quaedam vehemens ecclesiae dogmatibus incubuerit, et alii alio ferantur de more navigatorum, quae gubernaculo carent, in adversariorum partes te ipsum coniecero, nec parce linguam adversus nos acuas, sicut illi hactenus acuerunt. Atqui tamen nullam novimus esse necessitatem, quae adigat ut simul cum religione amicitia ipsa deponatur; quandoquidem Libanio, ethnicae religionis cultori, amicitia cum magno Basilio esse potuit: et humana vita huiusmodi exemplis referta est. Adde quod Palamae, nec si velis quidem, assentiri queas. Nam, ut nosti, ad Ioannem patriarcham multa cum reverentia saepe accessisti, eumque tota intentione animi Sanctis annumerabas; in Palamam autem et imperatorem Cantacuzenum omnia maledicta diu noctuque conferebas. Vocabantur isti a te omnium impiorum maxime impii: quos etiam de medio festinum sublatum iri praedicebas: ita ut non amplius iam te deceat in alteram partem converti, cum tantam prudentiam et senectutem adeptus fueris, et facile perspicere valeas, quantum in re dedecus exinde sit redundaturum. Qui enim eo aetatis proventus est, quale tempus expectabit, quod eum sui officii admoneat? Nam cum omnis aetatis et fortunae hominibus timenda sit mors, eo quod vitae nostrae metas mystica quadam ignorantia Deus obvelarit, tum maxime iis timenda est, qui

τος, μάλιστα δὲ τοῖς τὸν ἕσχατον οὕτως ἔρον τῆς ἡλικίας σκηνο- A. C. 1351  
 βατοῦσιν· ὅτε μάλιστα καὶ τῆς ἀκμῆς ἐκείνης ἢ πανήγυρις ἤδη Imp. Io. Can-  
 σβέννυται; καὶ τὸ τῶν μακρῶν ἐλπίδων ὡς τὰ πολλὰ παρατρέ- E  
 χει θέατρον. ὃ δὲ καὶ νῦν αἰεὶ μοι στρέφονται τῶν ἀνδριαντο-  
 5 ποιῶν τε καὶ τῶν ζωγράφων ἐκείνους ἐπῆμι θανατῶσαι, ὅσοι τῆς  
 χρονικῆς περιόδου τὸ τάχος μιμῆσθαι διὰ τῆς τέχνης ἐθέλοντες  
 ἀνδρα ποιῶσιν ὀπισθοφάλακρον μὲν ὡς ἐπίπαν, οὐ δ' ἀναφα-  
 λατρίαν· ἀλλὰ μέτωπον προῖσχύμενον λάσιον, καὶ κόμην ἐκείθεν  
 μακρὰν καθειμένον. τᾶλλα γὰρ ὄντες σοφοὶ μόνης λείπονται F  
 10 φωνῆς ἐνταυτοῖ, καὶ ταύτην ἤμιστα βαφαῖς ταῖς ἐκ χρωμάτων  
 δύνανται μιμῆσθαι. ὅθεν σιγῶσαν οὕτως πῶς ἰσθῶσι νομοθε-  
 σίας εἰκόνα, καὶ ἀνεκλάλητον κήρυκα πᾶσιν αἰεὶ διανεμούσῃ, οἷς  
 ἐβραδθυμημένον τὸν βίον ἀνύειν οὐκ ἔστιν αἰδῶς, μονοουχί  
 βοῶντες, ὡς κατόπιν ἰούσι τριχῶν οὐ παρέξει λαβὴν ὁ Καιρὸς,  
 15 ἀλλ' ὄλισθον καὶ ἀποτυχίαν τοῦ ποθομένου μακρὰν, τῆς ἐμ- P. 663  
 προσθίας ἤδη τοῦ χρόνου λαβῆς παρεβρύχησας, καὶ ὅλως ἀπη-  
 γορευσικίας ἄπαν τὸ ἀμιλλώμενον. (Γ.) Ἐγὼ μὲν δὲ ταῦτ' εἰ-  
 πὼν ἐπεπαύμην. τῷ δ' εὐθὺς ἀρχομένῳ λέγειν, ὣν ἡμῖν εἰκάζειν  
 ἐκείνου ἐπῆμι διὰ φιλλίαν ἀρχαίαν, γνώρισμα τῶν ὑπάντων τοῖς  
 20 λεγόμενοις ὑπῆρχεν οὐδὲν, ὅτι μὴ πᾶν τοῦναντίον. καὶ γὰρ τὰ  
 λεγόμενα πικρίαν ὑπέφαινεν οἰκουροῦσαν ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ μάλισ-  
 ται σφόδρα βαθεῖαν· οὐχ οἷαν ἐπισπείρουσι βίων τινῶν περι-

14. Verba ἰούσι — τὸ ἀμιλλώμενον Capp. supplevit ex libri XIII. c. 1.  
 19. ἐκείνων legebatur, quod Capp. post ἀπάντων poni vult.

terminum vitae et ultimum actum sic velut in scena produunt: quando praesertim festivus ille vigor aetatis exstinguitur, et quae nos diu spes praeclearae luserant, earum fere theatrum praeterlabitur. Quod animo dum semper mecum voluto, statuarios illos et pictores admirari subit, qui velocem convertentis sese temporis cursum exprimere arte sua cum volunt, hominem effingunt, occipiti quidem omni ex parte glabro, nec plane tamen calvo capite, sed fronte hirsuta, e qua promissiores comae pendent. Nam licet alibi quoque magnum peritiae suae specimen exhibeant, hic ipsam duntaxat vocem non assequuntur; quam quia colorum pigmentis exprimere nequeunt, ideo tacitam legis imaginem sic fere proponunt, et mutum praeconem perpetuo praebent omnibus iis, quos desidiosam vitam vivere non pudet: quibus etiam tantum non clamant, Occasionem post terga euntibus praebituram non esse capillos arripiendos, sed lubricum, et longam a voto aberrationem, ubi anterior temporis ansa iam fuerit elapsa, et id omne, de quo certabatur, penitus interdixerit? (III.) His dictis, ego quidem loquendi finem feci, cum vero loqui Cabasilas inciperet, coniciebam ab eo illa dictum iri, quae vetus amicitia nostra postulabat: sed horum nullum vestigium in eius verbis apparuit; imo prorsus contraria protulit. Nam quaecumque dixit, profundissime desidentem in eius anima subindica-  
 bant acerbitatem; non qualem adspargunt seu rerum humanarum vices quae-

- A. M. 6859 *στάσεις, ἔξωθεν ἐπισηφένουσαι, καὶ πόλεων πραγματικὰ συμφο-*  
 Ind. 4 *ραὶ, τὸ πεδίον νεμόμεναι τῆς ψυχῆς· ἀλλ' ὅταν ἄδοξοῦντες βλα-*  
*στάνουσι λογισμοὶ, τὰ πρεσβύτερά τε καὶ πολυχρονιώτερα τῶν*  
*νοσημάτων ἐμφωλεύοντα πάλαι προκατέχοντες, ὧν πατὴρ καὶ*  
*δημιουργὸς τὸ τῆς φιλοτιμίας ἀστάθμητον. εἶναι γὰρ τὴν φιλο-5*  
 C *τιμίαν μέγα τι ψυχῆς ἐμπύρευμα πρὸς τὰ καλὰ μὲν, ὅταν ἀκα-*  
*πήλευτον κομιδῇ τῆς κρίσεως ἐξάγῃ τὸν τόκον· ὅταν δὲ κενοδο-*  
*ξίαν κατασπῶσιν ἐφεδρεύουσαι κῆρες, ψυχῆς λεληθότα νοσή-*  
*ματα, τότε δὴ μακρὸς τις γίνεται τοῦ παρόντος λόγου λόγος, εἴ*  
*τις ἔξωθεν ἀπαθῶς συνορώῃ· καὶ ὁ πρὶν θαναταζόμενος ἐπὶ τῷ 10*  
 D *μὴ θανατῶσιν πλοῦτον καὶ τρυφήν καὶ τύχης εὐγένειαν φαυλί-*  
*ζεται μᾶλλον ἐπὶ τῷ μὴ φαυλίζειν κενοδοξίαν, μηδὲ τὸ κακὸν*  
*ἠγούμενος ἄδοξον, ἀλλὰ τὸ ἄδοξον κακὸν, κατὰ τὰ ἀντίστροφά τε*  
 V. 535 *καὶ τὴν θείαν ἐκ διαμέτρου λαχόντα. ἔλαθε γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν*  
*οἰκείῳ καὶ ἔγκαρδίῳ πυρὶ καταστρατηγούμενος, καθεύδοντι μὲν 15*  
*ἐπὶ μακρὸν ἐνίοτε χρόνον δι' ἔνδειαν ὑπεκκαύματος, ἀναλάμ-*  
 E *ποντι δ' ὄψε, καιροῦ καὶ τύχης οὐρίου τινὸς δραξαμένου πνεύ-*  
*ματος. ἐπεὶ καὶ εἶωθεν ὡς τὰ πολλὰ πολλάκις ἢ τῶν ἐπαίνων*  
*ἔκπτωσις πρὸς μανιώδες ἦθος ἐρεθίζειν τὸν ἐραστὴν καὶ ζηλό-*  
*τυπὸν, καὶ διὰ τῶν χρονικῶν ἐλέγχων ἐναργέστερον παριστάῃ, 20*  
*εἰδῶλον ἀρετῆς καὶ οὐδαμῶς ἀρετὴν εἶναι τὸ μέχρι νῦν αὐτῷ δια-*  
*κόμενον, καθάπερ τὰ μυθεύμενα πάλαι περὶ νεφέλης ὁμοῦ καὶ*  
*Ἰξίονος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν σιγῆς ἐρῶρίφθω βυθοῖς. ἐπανιτέον δ'*

9. μικρὸς coni. Capp. 17. δραξαμένῳ coni. Capp.

dam extrinsecus ingruentes; seu civilium negotiorum exitus tristes, unde dolor per totam animam serpit: sed qualem producant animae degeneres, quae antiquos et diuturniores morbos iam pridem apud se delitescentes retinent: quorum pater atque opifex est levis et inconsideratus gloriae amor. Illa enim gloriae cupiditate, quasi quodam ignis sopiti suscitabulo, ad res honestas anima vehementer accenditur, quando purum ac valde sincerum iudicii fructum profert: sed cum vanam gloriam eliciunt exitiales morbi, qui in anima latenter insident, tunc alia plane res est, si quis foris, velut spectator, absque ulla perturbatione animi consideret: se qui prius magnam sui admirationem concitabat, eo quod divitias, delicias, et fortunae nobilitatem non miraretur, is contemnitur magis, eo quod vanam gloriam non contemnat, neque vitium in ignominiae loco ponat, sed contra potius ignominiam vitii loco habeat: neque vero animadvertit, et domesticum et intestino igne opprimi; qui nonnunquam fomitis et suscitabuli defectu diutius sopitur, sed ubi sero tandem casus tulit et sese dedit occasio, secundum quempiam ventum nactus, reluctet. Nam laudum iactura saepe solet ad furiosam indolem suscitare gloriae amatorem et aemulatorem; qui sic progressu temporis manifestius convincitur, non ipsam virtutem, sed eius inane simulacrum, hactenus fuisse persequutus: qualia fere sunt quae de nube et Ixione veteres fabulantur. Sed haec quidem silentio obruantur;



ἐκείσε. (Δ.) Πρὸς γὰρ λόγων κατάστασιν ὁ φίλος ἐντείνας, A. C. 1351  
καὶ τὰ πρὶν ἐπικαλύμματα παρωσάμενος ἀπαντα, πῶς τῶν ἔγκω- Imp. Io. Can-  
μίων ἐγένετο καὶ θειασμῶν τῶν τοῦ Παλαμᾶ καὶ ὅσα ἐγγέγραπται F tacuz. 5  
οἱ ταῖς βίβλοις. „πάντα γὰρ αὐτῷ μοι,” φησί, „τεθιάται πρὸς  
5 ἀκρίβειαν, καὶ ἐξήτασται τελεώτατα· καὶ ὅλως οὐδὲν οὐδαμῆ  
συννενόηται, οὗ καθάπτεσθαι ἔξει τις τῶν ἀπάντων ὁπῶσποτε  
καὶ ὁπωσοῦν, κἄν· πάντα λίθον θέλη κινεῖν.” καὶ ἅμα ταῖς τοι-  
αύταις ἤρχετο συναποθνήσκειν ὁμολογίαις, καὶ ὑπὲρ τούτων P. 664  
ἔτομος εἶναι μυρίας κακώσεις ὑφίστασθαι. (Ε.) Ἐγὼ δ' ὑπο-  
10 λαβὼν „ἤξιον ἔνια πρὸς τὸ σαφέστερον ἀναπτύσσειν, μηκύνοντά  
πως τὴν ἔνδειξιν, ἵνα καὶ αὐτὸς τελεώτερον ἔχω γινώσκειν, εἰ  
ἀληθῶς ἀνέγνως ἐκείνου τὰς βίβλους, καὶ εἰ ἔγνως ἀναγνοῦς, καὶ  
ὁποῖόν τί σοι τὸ τῶν ἐπαινουμένων κεφάλαιον πέφυκε. καὶ στρα-  
τιώτης γὰρ οὐχ ἵππον ὅτι ἐξ ἵππου ζητεῖ, ἀλλ' εἰ τῶν ἐπαινου-  
15 μένων τις εἶη, καὶ ἅμα πρὸς τὴν χρεῖαν ἔργοις ἀρμόττων αὐτοῖς.” B  
ἅμα δ' αὐτῷ παρεσήγον καὶ τινὰς ῥήσεις τῶν ἐκείνου βλασφημῶν  
βιβλίων ἐγώ. „Ἰκανὰ μὲν οὖν,” φησί, „καὶ ταῦτα πείσαι, μήτε  
κτιστὴν ὑπάρχειν τὴν διδομένην καὶ λαμβανομένην τοῖς κεχαρι-  
τωμένοις τοῦ πνεύματος χάριν τε καὶ ἐνέργειαν (αὕτη γὰρ ἐστὶ  
20 τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον) μήτε τὴν οὐσίαν εἶναι τοῦ πνεύματος.” καὶ  
μετ' ἄλλων· „αὕτη γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἢ θεία μετεχομένη τε καὶ C  
λαμβανομένη φύσις ἢ φυρμὸν πείσεται, ἢ τὴν παθητὴν ἔξανα-  
λώσει φύσιν, πρὶν ἂν ληφθῆ.” ὁρᾷς πῶς τὴν ἔνσαρκον οἰκονο-

14. εἰ conl. Capp. pro δει.

iam vero redeamus ad illud unde divertimus. (IV.) Cum enim sermonem instituire contendisset Cabasilas, sublatiis quibus antea sese occultabat involucris omnibus, totus fuit in laudando Palama, totus in celebrandis libris, quoscunque Palamas composuisset. „Hos enim omnes,” inquit, „diligentissime perpendi, neque usquam in eis deprehendi quidquam, quod ex omnibus hominibus possit quis quomodocunque carpere, licet omnem movere lapidem voluerit.” Hac etiam in confessione immori optabat, pro qua infinitas perpeti calamitates paratum se iactitabat. (V.) Cui ego respondi: „Vellem sane, ut ad maiorem horum demonstrationem quaedam clarius explicares; ut et ego plenius cognoscere valeam, an re ipsa Palamae libros legeris, an lectos intellexeris, et quanam sit eorum summa, quae in iis laudat. Nam nec miles quaerit, an suus equus ex equo natus sit, sed an generosus et laudabilis, an utilis et aptus ad opera necessaria.” Tum illi simul adduxi quaedam loca e blasphemis Palamae libris deprompta, quae sic habent. „Haec,” inquit, „sufficiunt ut persugdeatur, neque creatam esse Spiritus sancti gratiam et operationem, quae accipitur et datur illa, quos ea donare Deus voluerit (haec enim est Spiritus sanctus) neque etiam esse Spiritus sancti substantiam.” Et paulo post: „si ipsa per se ipsam divina natura participetur et recipiatur, aut mixtionem patietur, aut patibilem naturam absument, antequam recepta fuerit.” Vides quomodo incar-

- A. M. 6859 *μίαν σαφῶς ἀναιρεῖ, καθὰ καὶ ἀνωτέρω πού δεδύχαμεν; καὶ*  
 Ind. 4 *πάλιν· „τί ἔτι σύνθεσιν δέδοικας ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἐνεργειῶν ἀκτίστων οὐσῶν τε καὶ λεγομένων; πολλῷ μᾶλλον δέδιθι, μὴ κτίσμα ποιήσης τὸν Θεόν, τὰς αὐτοῦ φυσικὰς ἐνεργείας ἡγούμενος κτιστὰς, ὡς διαφόρους τῆς οὐσίας.“ καὶ πάλιν· „ἡμῖν δ’ 5*  
*Δοῦδεμία ποτ’ ἔσται λέξις ἀποχρῶσα πείθειν, τὰς ἐνεργείας τοῦ*  
*Θείου πνεύματος, ὡς ὁ Προφήτης κεφαλαιωδῶς ἐπὶ προσέειπε, μετὰ τῶν κτισμάτων τάττειν. τῶν δὲ Θεῶν καὶ φυσικῶν τοῦ Θεοῦ ἐνεργειῶν μία καὶ ἡ κρίσις. ἄρ’ οὖν καὶ αὕτη τῶν κτισμάτων ἓν, καθὰ Ἀβραὰμ ἔφη· ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν οὐ ποιή- 10*  
*σεις κρίσιν;” καὶ πάλιν· „πῶς οὐκ ἄκτιστος ἡ χάρις, δι’ ἣν καὶ οἱ μετεσχηκότες αὐτῆς ἄναρχοι καὶ ἄκτιστοι καὶ ἀτελεῦτοι καὶ*  
*Ε αἰδιοί;” (ζ.) Ἐμοῦ δὲ καὶ πλείους πολλῶν τῶν τοιοῦτων ἐκείνου βλασφημιῶν παρενέριεν ἐθέλοντος, ἀνέκοψε τὸν λόγον ὁ γί- 15*  
 V. 636 *τον μὲν κάκεινος ἀκτίστων ἐνεργειῶν εἶναι πλῆθος σαφῶς ὡμολόγει τε καὶ ἐπήρει, τῆς οὐσίας πάντη διωρισμένης. δεῦτερον δ’,*  
 F *ὅτι πνεῦμα ἅγιόν τε καὶ ἄκτιστον οὐχ ἓν ἔλεγεν εἶναι, οὐδ’ ἐπὶ μόνον (ὅποια καὶ τῷ Χριστῷ προείρηκεν Ἡσαΐας ἐπαναπαύσεσθαι) ἀλλ’ ἐβδομηκοντάκις ἐπὶ, καὶ ὅσα πρὸς τούτοις δύναιτο 20*  
*ἂν τις τῇ διανοίᾳ περιλαμβάνειν, καὶ ἀπειράκις ἄπειρα· μεθ’ ὧν καὶ τὰς ἐπὶ τῶν ἀποστόλων πυρίνας φανείσας δώδεκα γλώσ-*

## 13. πολλῷ coni. Capp.

nationis mysterium evidenter evertat, ut supra quoque ostendimus? Et iterum: „quid adhuc times ne compositio in Deo admittatur, si divinae operationes increatae sint et dicantur? Multo magis time, ne Deum in creaturarum numero reponas, dum naturales eius operationes tanquam a substantia distinctas, creatas esse arbitraris.” Et iterum: „nulla unquam nobis persuadebit oratio, ut divini Spiritus operationes, quas Propheta septem summam appellavit, inter creatas res colloceamus: sed divinarum et naturalium Dei operationum una est ipsum iudicium. Num igitur Dei iudicium est e numero rerum creatarum, quemadmodum dixit Abraham: Qui iudicas omnem terram, non facies iudicium?” Et iterum: „quomodo increata non esset illa gratia, per quam qui eius participes facti sunt, expertes principii, increati, immortales et aeterni evadunt?” (VI.) Cum autem plures adhuc e multis illius blasphemis interserere vellem, dicentem me interpellavit amicus Cabasilas, qui magnas Palamae laudes recensuit. Deinde, primum quidem increatarum multitudinem operationum aperte confessus est, et eas a substantia omnino distinctas esse assentiebatur: secundo asserebat, sanctum et increatum Spiritum non esse unum, neque septem esse duntaxat huiusmodi Spiritus (quales super Christum requieturos esse praedixit Esaias) sed septuagies septem, et quotquot praeter hos possit quis mente comprehendere, et infinitis infinitis: quibus et annumerandas esse dicebat igneus duodecim linguas, quae super Apostolos apparuerunt, itaque

σας τακτίον ἔλεγεν εἶναι καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ βαπτίζομενον A. C. 1351  
Imp. Io. Can-  
tacuz. 5.  
P. 665  
φανείσαν περιστεράν. ταῦτα γὰρ ποτὲ μὲν πνεύματα καλεῖν οἶδεν  
ἢ γραφῇ, ποτὲ δ' ἐνεργείας ἀκτίστους καὶ χάριτας καὶ δυνά-  
μεις. καὶ ταύτας μὲν εἶναι τὰς τοῖς κτίσμασι μεθεκτάς, καὶ  
5 πρὸς τούτοις ἀκτίστους γίνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἀγιάζε-  
σθαι τὰ ἁγιαζόμενα πάντα, τὰ τε ἄλλα καὶ τὸ θεῖον ἡμῶν βά-  
πτισμα, καὶ πρὸς γε ὁ θυόμενος καὶ μεταλαμβανόμενος ἡμῖν ἄρ-  
τος ἐν ταῖς θείαις μυσταγωγίαις· τὴν δὲ θείαν οὐσίαν παντάπα-  
10 σιν εἶναι ἀμέθεκτον ἅπασιν. (Ζ.) Καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ συμμαχικὸς  
εἰσῆγετο πόλεμος μετὰ τῶν ὑποδειγμάτων· λέγω δὴ τὸν σὺν γε  
αὐτῷ πρὸς τῆς πατριαρχικῆς γερουσίας ἐηλυθότα ἡμῖν, τῶν  
ἐλλογίμων εἶναι λεγόμενον καὶ αὐτόν. ὃς δὴ καὶ λέγειν παρεσκευα-  
κὼς ἑαυτὸν τὰ ἐνδύοντα δριμύτερον ἡμῖν ἀντίστησε καὶ ἦθος  
καὶ ὀφθαλμόν. πᾶσι γὰρ ἐξῆν ἤδη τὰς ἐμὰς πατεῖν καὶ περιπρο-  
15 νεῖν τόχας, μεμονωμένου τε ἕμα καὶ παντοδαποῖς πανταχόθεν  
περιελημμένου τοῖς δεσμοφύλαξι· καθάπερ καὶ δρυὸς πεσοῦσης  
πᾶσιν ἐξείη, ὡς φασιν, ἀνδράσι ξυλεύεσθαι· αἰδῶς δὲ πᾶσα  
καθ' ὑγρῶν (ὡς ξοικεῖν) ἐβρόνῃ, καὶ ἄμπωτις ἀφελομένη κατε-  
βάπτισε. δριμύτερον οὖν ἐκείνῳ τὴν τοιαύτην διαδεξαμένην πά-  
20 λην τὸν περὶ ἀμεθέκτου καὶ μεθεκτοῦ δι' ὑποδείγματος ἐπήει  
λόγον. „Καὶ δὴ καὶ καθάπερ,” φησὶν, „ἐπὶ τοῦ ἡλίου, τῆς μὲν  
οὐσίας, ἀκινήτου μενούσης ἐν οὐρανῷ, μετέχειν οὐκ ἔχομεν·  
τῆς δὲ φωτιστικῆς ἐνεργείας αὐτοῦ, πρὸς ἡμᾶς κατιούσης, μετέ-

## 7. τὸν θυόμενος conl. Capp.

columbam illam, quae super Christam, dum hic baptizaretur, conspecta est. Nam haec omnia modo spiritus vocare solet sacra Scriptura, modo increatas operationes, et gratias, et virtutes. Addidit Cabasilas; harum quidem participes fieri posse creaturas, et iisdem insuper increatos homines evadere, sanctificari omnia quae sanctificantur, et praeter caetera panem illum, qui in divinorum mysteriorum celebratione sacrificatur et a nobis participatur: verum divinam substantiam nullatenus posse participari. (VII.) Sub haec sociale bellum nobis inferebatur a Cabasilae adiutore, qui exemplis in nos pugnabat; illum intelligo, qui a patriarchico senatu missus ad nos venerat, et e litteratorum numero esse dicebatur. Hic cum ad dicenda quae deerant sese accinxisset, tum animo tum oculis truculentior mihi obstitit. Iam enim fortunas meas conculcare et despiceret omnibus licebat, tum quia solitarius degebam, tum quia omnigeni me custodes undequaque circumcludebant: et hoc est quod trito fertur adagio: cum lapsa est quercus, ligna quivis colligit: omnis vero pudor, ut videtur, in mare praecipitatus erat, cumque maritimus aestus sublatus demerserat. Itaque cum hoc certamen Cabasilae adiutor truculentius suscepisset, de participabili et imparticipabili disserere allatis exemplis conatus est. „Et certe,” inquit, „sicut de sole indicare solemus; cuius substantiam, in caelo manentem immotam, participare non possumus, sed eius illuminativae virtutis,

- A. M. 6859 *χομεν· οὕτω κἀπὶ Θεοῦ χρη̄ νοεῖν. τῆς γὰρ οὐσίας αὐτοῦ καθη-*  
 Ind. 4 *Ε̄* *μῆνης ἐν οὐρανῶ (ὄν θρόνον εἶρηκεν ἢ γραφῇ Θεοῦ) μετέχουν*  
*οὐκ ἐφικνούμεθα· μετέχομεν δ' ὅν τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ καὶ*  
*τῆς βουλῆσεως καὶ ζωῆς καὶ δυνάμειος καὶ ἰσχύος, ἄνευ οὐσίας*  
*πρὸς ἡμᾶς κατιούσης ἐκάστης καὶ ποιούσης ἀκτίστους· ἄλλης*  
*μὲν οὐσης, καὶ μακρὸν τὸ διάφορον ἐκ τῆς οὐσίας ἐχούσης· Θεό-*  
*τητος δ' οὐσης καὶ αὐτῆς, ἀκτίστου μὲν, ὑφειμένης δ' οὖν."*  
*ταῦτα δ' αὐτοῦ διεξιόντος, κῆμα καὶ σάλον εἶχε τὸ ἦθος αὐτοῦ·*  
*καὶ ἐνέκειτο μάλα σφοδρῶς, ἐκ τοῦ μέλλονος ἀπαιτῶν, ὁπότερον*  
 F *ἂν ἐλοιμην αὐτὸς θνοῖν ὄντοιν πραγμάτοιν, ἀντιθέσειος καὶ συγ-*  
*καταθέσειος. (H.) Ὑπολαβῶν γοῦν ἐγὼ πρὸς δύο τὴν παροι-*  
*μίαν μῆδὲ τὸν Ἡρακλεῦ διδοῦσαν ἀκούω τὸ δύνασθαι πρὸς ἀν-*  
*τίπαλον ἔφασκον μάχην. „ἐγὼ δὲ καὶ μόνος ὢν ἐνταυθοῖ, καὶ*  
*δέσμιος, καὶ μῆδὲ βραχὺ τὸ θαρσύνειν ἔχων ἐκ τοῦ καιροῦ, πρὸς*  
*δύο τὸν ἀγῶνα ποιεῖσθαι ἀνγκαζόμενος, τεθαρσῆγκίας ὀπίσταν-*  
 15 *τας ἐν ταῦτῳ καὶ γλώττας καὶ γνώμας, ἐν ἀμαρτῶρῳ σταδίῳ τὰ*  
 P. 666 *κατὰ βούλησιν ἅπαντα λέγειν ἀφόβως ἐχούσας καὶ ἀποφαλεσθαι,*  
*καὶ διαβάλλειν πρὸς ἀπόντας ἀπίοντας, μῆτ' ἐμοῦ παρόντος,*  
 V. 537 *μῆτ' οὐδενὸς ἐτέρου τοῦ τὴν ἀλήθειαν ἀντ' ἐμοῦ μαρτυρήσον-*  
*τος, ἐν στενῶ κομιδῇ τὴν τῆς ἀμηχανίας ὀρώ μοι περίστασιν*  
 20 *ἔστηκυϊάν. ὄντος γὰρ ἐκατέρου κομιδῇ φορτικῶ, τοῦ τε σιγῇ*  
*τὰς τῆς νῦν ἀκοῆς ἐνεργεῖν τρικυμίας καὶ τοῦ παραχρηῖμα τὸς*  
 B *τῆς ἀτοπίας ἐλέγχους κομῆειν ὕμιν, οὕς τὰμὰ διαβάλλειν οὐδὲν*

quae ad nos descendit, sumus participes, ita et de Deo nobis cogitandum est. Nam eius substantiam residentem in caelo (quem Dei thronum sacra Scriptura vocavit) participare non valemus, sed eius operationem, voluntatem, vitam, potentiam et virtutem participamus, quarum unaquaeque absque substantia descendit ad nos, quos et increatos efficit. Et quidem illarum quaelibet alia est a divina substantia, a qua longe distat; attamen ipsa quoque Deitas est increata, quamvis inferior." Cum ista dicende percurreret, maris adinstar aestuabat et commovebatur eius animus: tum multo magis instabat, a me quaerens, utram e duobus eligerem; num scilicet contradicerem, an vero assentirem. (VIII.) Ego itaque hunc in modum respondi. „Ne Hercules quidem adversus duos aequis viribus pugnare posset, ut ex veteri proverbio didici. Porro sum hic solus, et victus, cui ne tantillum quidem audere per hoc tempus licet. Cogor tamen certare adversus duos, qui audaces linguas et mentes pariter armarunt, et in stadio hoc testibus vacuo quaecunque voluerint loqui et pronunciare possunt: ubi autem recesserint, ipsis facile erit apud absentes calumniari, dum nec ego adero, nec alius, qui mea vice veritati testimonium perhibeat: unde in magnas rerum angustias et difficultates redactum me video. Nam cum utrumque valde molestum ac grave sit, seu verborum, quae audivimus, quasi decumanos fluctus cum silentio tolerare, seu extemporalem ha-

τῶν ὑπάντων ἐπὶ τῆς ζήτησεως ταύτης κωλύσει, δύσεργός μοι καὶ A. C. 1351  
 μάλα δυσέμβολος ἢ ἐπιχειρήσεις πρὸς ἑκάτερον ἀναφαίνεται. ἀνα- Imp. Io. Can-  
 μάκτου γὰρ οὐσης τῆς μάχης, καὶ τῶν λογικῶν ξιφῶν καὶ τρα- tacz. 5  
 μάτων τὰς ἀντερείσεις τῆς ἀσωμάτου ψυχῆς δεχομένης, εὐδιά-  
 5 βολα μὲν διὰ τὸ ἀφανὲς φανεῖται τὰ τροπαῖα, ἀγχίστροφος δ'  
 ἢ τῆς γλώττης διάθεσις, πρὸς τὴν τῆς γνώμης αἴρεσιν καπηλεύ-  
 οῦσα τὴν γνώμην τῆς κρίσεως. ἔπειτα οὐδ' ἔχω πῶς ὀνομάσω  
 τὴν παράταξιν ἐγὼ τοῦ τοιοῦτου πολέμου. οὔτε γὰρ μονομαχία  
 τίς ἐστι, δύο καθ' ἑνὸς ὀπλιζομένων γλωσσῶν· οὔτε μὴν στρα-  
 10 τευομένων καὶ βλεπόντων ἔξωθεν ἔστηκε πλήθος, ἢ ἐμφανὲς ἢ  
 τῶν ἀγωνιζομένων τὸ στάδιον, ὡς περ ὁλον πολεμικαὶ περιτρέ-  
 χουσι καὶ περιηχοῦσι σάλπιγγες, τὰ παρακλητικὰ συγκροτοῦσαι  
 τῶν ἐν ὑπάθεροις πολέμων· ὡς ἀναγκάζεσθαι με λοιπὸν ἀμφὶ-  
 15 στομον τὸ τῆς ἡμετέρας τιθέναι φάλαγγος πρόσωπον τῆμερον·  
 15 ἢ οὕτως πρὸς ἑκατέρας τὰς γλώττας ἐφικνῆται πως καὶ τὰ  
 ἡμέτερα, νῦν μὲν ἀθλοθέτην καὶ δικαστὴν ἀδέκαστον ἔχοντα τὸν  
 ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν τοῦ θεοῦ, ὑπὲρ οὗ τοὺς ἄθλους ἀνύω τού-  
 τος· ὕστερον δέ, καὶ τῶν ὄσοι μὴ πάρεσι νῦν οὐκ ὀλίγους·  
 παραπομποῖς χρησάμενον τοῖς ἡμετέροις γράμμασιν, εἰ χρόνον  
 20 ἡμῖν παρούχοι θεὸς βραχείας μὲν τινος ζωῆς, ἐλευθέρας δ' οὖν." E  
 (Θ.) „Τὸ μὲν οὖν τὰ ζητούμενα ὡς ὁμολογούμενα τίθεσθαι, πολ-  
 λὴν," ἔφη, „ἀμαθίαν τοῦ δρῶντος κατηγορεῖ, καὶ ἕμα πολὺν τε

## 19. χρησαμένους con. Capp.

rum ineptiarum refutationem vobis afferre, quos nihil quidquam in hac so-  
 litudine prohibere poterit, quominus meas res obtrectetis; hinc difficile  
 mihi videtur ac valde arduum, utrumlibet horum aggredi. Quia enim in-  
 cruenta est haec pugna, et adversos dialecticorum gladiatorum ictus ac vul-  
 nera animus incorporeus accipit, tropaea propter suam obscuritatem ca-  
 lumniis facile obnoxia esse videbuntur. Aliunde vero linguae dispositio ad  
 mentis arbitrium versatilis est, et iudicis sententiam corrumpit. Deinde  
 nescio quo demum nomine appellem belli aciem hoc modo instructam. Ne-  
 que enim est singulare certamen, quandoquidem duas contra unum linguae  
 armantur; neque militantium et spectantium ingens extra consistit multi-  
 tudo, ut palam fiat certantium stadium; quale est illud, quod circumcur-  
 runt et circumsonant bellicae tubae, dum classicum canunt et ad aperta  
 bella incitant. Caeterum hodie acies nostra necessario mihi anceps et bi-  
 frons quasi instruenda est; ut sic utriusque adversarii sermonem aggre-  
 di quomodocumque possim. Et nunc quidem habeo certaminis huius nostri  
 moderatorem et incorruptum iudicem, Dei, propter quem hac in pugna  
 tantum laboris consumo, pervigilem oculum: sed in posterum non pauci  
 ex iis, qui nunc adsunt, eiusdem controversiae iudices erunt, ad quorum  
 me tribunal deducunt libri; quos, si mihi brevis quidem at liberae tempus  
 vitae Deus praeberit, conscribam." (IV.) Haec praefatus, responsionem  
 meam his verbis instituit. „Quicumque controversam rem tanquam conces-

- A. M. 6859 ὀφλισκαίνει τὸν τῆς αἰσχρόνης ἔλεγχον καὶ μεσημβρινῆς ἀκτῖνος  
 Ind. 4 περιφανέστερον. ἡλίου γὰρ τὴν μὲν οὐσίαν αὐτῷ οὐρανίῳ ἐγκα-  
 θιδρύων ἐδάφει τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ κατιέναι συγχωρεῖς πρὸς  
 F ἡμᾶς, ἀνούσιον καδ' εαυτὴν, οὐσίαν μὲν τὸν ἡλίον δίσκον ἀπο-  
 φαινόμενος· ἐνέργειαν δὲ ἀνούσιον, κείνου τὸ φῶς. ἐχρῆν οὖν 5  
 σοι δεικνύνειν πρότερον μὲν, εἰ καὶ τοῖς σοφοῖς διδασκάλοις τῆς  
 ἐκκλησίας, οἳ οὖν ἐπιστήμῃ λέγουσιν ἃ λέγουσι, νομίζεται τε  
 καὶ συνοδοκεῖ τὰ τοιαῦτα· εἶναι δηλαδὴ τὸν μὲν δίσκον οὐσίαν  
 P. 667 ἡλίου· τὸ δὲ φῶς, ἀνούσιον ἐνέργειαν καὶ δύναμιν καὶ συμ-  
 βεβηκὸς εἰς ἡμᾶς ἐνεργοῦν ἴδια, καὶ χωρὶς ὑποκειμένης οὐσίας 10  
 συγκατιούσης ἄχρις ἡμῶν· ἔπειτα δεικνύνει καὶ εἰ δυνατὸν, ἐκ  
 τῶν αἰσθητῶν καὶ ὕλικῶν οὐσιῶν ἀκριβεῶς καταλήψεις δύνασθαι  
 γίνεσθαι τῶν ἀσωμάτων καὶ νοητῶν, καὶ ἅμα τῆς τούτων ἀπάν-  
 των ἐπέκεινα θείας οὐσίας, ἣν ὑπὲρ πᾶν ὄνομά τε καὶ νόημα  
 τῶν ἁγίων ἀκούομεν εἶναι· τὰ δ' ἐν τῷ παντὶ θεωρούμενα θαύ- 15  
 Βματα τῶν θεολογικῶν ὀνομάτων τὴν ὕλην δίδόναι, δι' ὧν σο-  
 φὸν, δυνατὸν, ἀγαθόν, ἅγιον, μακρόριόν τε καὶ ἄδιον, κριτὴν  
 καὶ σωτῆρα, καὶ τὰ τοιαῦτα, κατονομάζομεν· ἕπερ πάντα, ποιῶ-  
 τητά τινα βραχεῖαν τοῦ θείου μύρου ἐνδεικνύντα, ἣ πᾶσα κτίσις,  
 διὰ τῶν ἐνθεωρουμένων θαυμάτων, σκεύους τινὸς μωρεψικοῦ 20  
 δίκην, ἐν εαυτῇ ἀπεμάξατο. καὶ ὁ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα ὧν ἡμῖν  
 V. 538 πολυώνυμος γίνεται, κατὰ τὰς τῶν ἐνεργειῶν ποικιλίας ὀνομα-

sam ponit, is magnum imperitiae suae argumentum praebet: et multo dedecore dignus est ignominiaque turpissima, quae meridiana lucis radio clarius pateat. Iam vero tu, cum substantiam solis in caelesti solo colloces, eius virtutem seu operationem, quae per se minime subsistat, ad nos usque descendere concedis. Solarem nempe orbem substantiam esse pronuncias; eius autem lumen, virtutem seu operationem esse minime per se subsistentem definis. Declarare itaque primo debebas, num sapientes ecclesiae doctores, qui nihil dicunt, quod non sit cum scientia coniunctum, ita quoque sentiant; videlicet substantiam solis esse ipsius orbem; lumen autem solare esse operationem minime per se subsistentem, potentiam, et accidens quod suam in nos vim seorsum exserit, ita ut subiecta substantia cum eo ad nos usque non descendat. Secundo declarandum tibi incumbabat, num ex materialibus et sensibilibus substantiis accuratam haurire possumus incorporearum et insensibilium substantiarum cognitionem, et simul divinae illius substantiae, quae omnes illas superat, quamque super omne nomen et omnem intellectum esse audivimus: ita ut quaecunque in hac rerum universitate conspiciuntur miracula, theologorum materiam suppeditent nominum, a quibus sapientem, potentem, bonum, sanctum, beatum, aeternum, iudicem, servatorem, etc. Deum denominamus. Et quidem haec omnia (quibus exigua divini unguenti qualitas demonstratur) creatura quaelibet per adspectabilia mundi miracula, unguentarii vasis adinstar, in se ipsa expressit. Et ei, qui super omne nomen est, multa pro beneficiorum eius varietate indimus nomina. Cum ignorantiae nostrae te-

ζόμενος· φῶς μὲν, ὅταν ἐξαφανίῃ τῆς ἀγνοίας τὸν ζόφον· ζωὴ A. C. 1351  
 δ', ὅταν ἀθανασίαν χαρῆται. σὺ δ' οὐθ' ἦν παράγεις ἡμῖν ἐκ Imp. Io. Cantacuz. 5  
 τῶν φαινομένων ἀπόδειξιν συνορᾶν ἔχεις, οὐθ' ἂ βούλει γνωρί- C  
 ζειν ἡμῖν ὑπὲρ αἰσθησιν οἰδας. ἀλλὰ καὶ ταῦτα βλέπων ἀγνοεῖς·  
 5 κακῆϊνα, μὴ βλέπων, οὐκ ἄν ποτε γνοῖης· πῶς γὰρ, δι' ἀγνοίας  
 ἄγνοιαν καὶ δι' ἀπάτης ἀπάτην κατασκευάζειν πειρώμενος; ἡδέως  
 δ' ἄν σε ἐροίμην, πῶς τῶν ἡγίων διαζήθην ταῦτα λεγόντων καὶ  
 διδασκόντων διὰ παντὸς οὐ συνήκας αὐτοῖς; δυοῖν γὰρ ἔποιε' ἄν D  
 θάτερον· ἢ γὰρ οὐκ ἀναγνοῦς ὅλως ἀπὸ κοιλίας φωνεῖς τήμερον,  
 10 καὶ ὡς παλόντος σοῦ καταφρονοῦμεν· ἢ λοιπὸν ἀναγνόντι σοι  
 δυοῖν αὐθις ἔπειτα θάτερον· ἢ γὰρ οὐκ ἔγνως, ὅ τῶν ἀσυνέτων  
 ἐστὶ τεκμήριον· ἢ γνοῦς ἐκὼν βλασφημεῖς, τῷ σῷ διδυσκάλῳ  
 πειθόμενος ἀπραγμόνως, ὡς ἔοικε, Παλαμᾶ. διδὸν καὶ πῦσαν αὐ-  
 τῷ βλασφημίας ἔννοιαν ἐπιζήριπτον τὸν Ἐνδυμίλωνος ὑπνον κα-  
 15 θεύδεις αὐτοῖς, κουφοτέρην σοι διὰ τοῦτο τὴν δίκην, ἐνταῦθα E  
 μὲν τῆς τῶν ἀνθρώπων αἰσχύνῃς ποιῆσθαι νομίζων, ἐς δὲ τὸ  
 μέλλον τῆς ἀθανάτου κολάσεως· ὥσπερ ἄν εἰ τῆς ἐκείνου θε-  
 λήσεως ἐξηρηθῆσθαι τὰ πράγματα πέρωται, καὶ τὸ μένειν ἀθά-  
 20 νατον δύνασθαι δορᾶν τὸ κακόν· μὴ συνιείς, ὡς ῥῆον ἀναλα-  
 ἡδίκησε. σὺ μὲν οὖν οὐκ οἶδ' ὅ κρίνεις βέλτιον σαυτῷ καὶ κου-  
 φότερον εἰς κακίαν, εἴτε τὴν ἀκούσιον ἄγνοιαν τῶν κακῶν, εἴτε F

5. ἀγνοίας add. Capp.

magno Gregorio effectus divini spiritus appellentur (horum enim omnium, inquit, causa efficiens est sanctus Spiritus) eae ipsae proprietates, quas Palamas deitates increatas vocat, et propterea ipsum, ut diximus Gregorium manifeste ac nominatim calumniatur; tum quod inter haec multa, quae divino Spiritui nomina indidit, ipsum etiam Dei digitum nominari divinus ille vir asseruerit. Licet autem supra dictis immorari amplius vellem, haec tamen, quam sancto Gregorio Palamas impegit, calumnia vi quadam ad se me rapit et manifeste attrahit. Necessae est igitur, ut illa ipsa Palamae blasphema verba in medium rursus adducam, ne illorum nos memoria fugiat. Parum enim abfuit quin me effugerent, dum Palamae oblitus ad alia, quae me distinebant, avocarer. Sic porro habet. „Unam e sancti Spiritus operationibus, in Evangelio quidem secundum Lucam, Dei digitum vocat Dominus; in Evangelio autem secundum Matthaeum Dei spiritum appellat. Atqui quo in spiritu Dominus a se daemonia eiici dixit, nisi in sancto spiritu? Ergo e gratis gratuitis, quas Deus diversimode distribuit, una est Spiritus sanctus. Quod si de una dicitur, de caeteris quoque dici poterit.” Videtis iam, quid sentiat impius ille ac fuce similibus Palamas, qualem divinis verbis interpretationem subiungat, et quomodo iste imperitus, dum syllogismos conficere conatur, ex falsis atque impiis propositionibus praemissis falsam et impiam deducat conclusionem. Nam omnium Sanctorum, quas nunc audistis, interpretationes nihili faciens ipse digitum Dei statuit unam esse ex multis illis operationibus divinis, quas idem increatas esse hodie confinxit; ubi sanctos Chri-

τῆμερον, διαβάλλον ὁμοῦ Λουκῶν καὶ Ματθαῖον τοὺς τοῦ Χρι- A. C. 1851  
 στοῦ μαθητῆς, καὶ ἅμα αὐτὸν τὸν Χριστόν. αὐτοῦ γὰρ ἔστιν ἡ Imp. Io. Cas-  
 τοιαυτῆ φωνή. ἔπειτα συμπεραίνει τὴν ἀκόλουθον ὁ μάταιος ἀτο- tacuz. 5  
 F πλαν, „τὸ ἐν ἄρα (λέγειν) τῶν κατὰ διαίρεσιν χωρισμάτων πνεῦμα  
 Δυῖόν ἐστι. εἰ δὲ τὸ ἐν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα πνεύματά εἰσιν ἅγια.”  
 καὶ μὴν εἶπερ ἐχρῆν κατὰ τέχνην συλλογίζεσθαι τὰ ὑπὲρ τὴν τέ-  
 χνην, οὕτω πάντως λέγειν ἐχρῆν· ἐπεὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δά-  
 κτυλος ὠνομάσθη Θεοῦ μεταφορικῶς, ὁ δὲ δάκτυλος τῷ λοιπῷ P. 707  
 καὶ ὅλω σώματι πέφυκεν ὁμοῦσιος, ἔξ ἀνάγκης ὁμοῦσιον ἄρα  
 10 καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὗ δάκτυλος εἴρηται, δηλαδὴ τῷ Θεῷ.  
 ἀλλ’ ἁμαθῆς ὑπάρχων ἐκεῖνος, καὶ συλλογίζεσθαι οὐκ εἰδώς,  
 ἔδοξεν, ἐν οὐκ εἰδόσι τοιαῦτα βλασφημιῶν καὶ συλλογιζόμενος,  
 τῶν εἰδόντων πολλῶ γε δήπου πιθανώτερος εἶναι, μήτ’ αὐτὸς, ὡς  
 ἔοικε, μήθ’ οἱ ἐπόμενοι μήπω καὶ τῆμερον ἀντήκοοι τοῦ εὐαγ- B  
 15 γαλίου γενόμενοι, λέγοντος· ὡς ὁ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον  
 βλασφημιῶν ἀσυγχώρητόν τε καὶ ἄφυκτον ἔξει τὴν κόλασιν. ἄρ’  
 οὐκ οὐ τοῦ ἐναντίου πνεύματος σαφῶς ἡ ἐνέργεια, ἣν ὁ ἀσεβῆς  
 ἐνεργεῖται; ἄρ’ οὐκ καὶ Ἰουδαίων ἔστιν ἀσεβέστερος; ὁ γὰρ ὡς  
 ἔβρων ἐσχάτην προῦφερον τέως ἐκείνοι Χριστοῦ, ἐν Βεελζεβούλ  
 20 ἐκβάλλειν λέγοντες αὐτὸν τὰ δαιμόνια, καὶ οὐκ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ, C  
 εἶτουν ἐν πνεύματι Θεοῦ, τοῦθ’ οὗτος ὑμῶν τῇ ἐκκλησίᾳ χαρίζεται  
 τῆμερον, ὡς ἡδιστον ἀνάθημα· φεῦ τῆς τῶν ἐπομένων V. 570  
 εὐθελείας· μᾶλλον δέ, βαβαί τῆς ἀνοχῆς σοῦ, Χριστέ! (Z.) „Al-

si discipulos Lucam et Matthaeum, imo ipsum simul Christum, cuius est  
 vox illa: digitus Dei, calumniatur. Deinde absurdam pariter conclusio-  
 nem futilis iste Palamas his verbis colligit. „Ergo,” inquit, „e donis  
 gratuitis, quae Deus diversimode distribuit, unum est sanctus ipse Spi-  
 ritus. Quod si de uno vere dicitur, alia quoque Dei dona totidem erunt  
 sancti Spiritus.” Attamen si artificialibus uti liceat syllogismis in iis rebus,  
 quae omnem artem superant, argumentari sic oportebat: quoniam Spiritus  
 sanctus Dei digitus per metaphoram appellatus est, et aliunde reliquo  
 totique corpori consubstantialis est ex natura sua digitus, necessario itaque  
 Spiritus sanctus ei, cuius digitus dicitur, Deo videlicet, est consubstantia-  
 lis. Verum licet imperitus sit Palamas, neque conficiendorum artem syl-  
 logiarum calleat, tamen apud imperitos blasphemias hasce conclusiones  
 deducens dignus visus est, qui longe maiorem doctis et eruditis fidem ob-  
 tineret. Hucusque, ut apparet, necdum ipse, neque sectatores eius, il-  
 lud quod in Evangelio dictum est, audierunt: Qui sanctum in Spiritum  
 blasphemat, is inevitabili nullaque venia digno supplicio subiacet. Non-  
 ne igitur adversarii et diabolici spiritus operatio ea est, qua impius iste  
 possidetur et vexatur? Nonne Iudaeos ipsos impietate superat? Quod enim  
 illi antea velut summam in Christum contumeliam proferebant, dum in  
 Beelzebub, non vero in Dei digito seu in Dei spiritu, dicebant ab ipso  
 daemonia eicci, hoc Palamas ecclesiae vestrae quasi gratissimum donarium  
 largitur. O sectatorum eius stoliditatem! potius dicam, o quanta est tua,

A. M. 6859 λὰ τὸ ποιεῖν," φησί, „καὶ ἐνεργεῖν τῶν πολλαχῶς λεγομένων  
 Ind. 4 ἐστίν. οὐ γὰρ τὸ κτίζειν σημαίνει μόνον, ἀλλὰ πρὸς πολλοῖς ἐτέ-  
 ροις καὶ τὸ φυσικῶς ἐνεργεῖν· ὡς καὶ τὸν ἡλιὸν φαμεν ποιητικὸν  
 D τῆς ἡμέρας, ἅτε φυσικῶς αὐτὴν ἐκτελοῦντα, οὕτω καὶ τὸ πνεῦ-  
 μα τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ τούτῳ συναπηροδμημένα, διατελοῦ-5  
 σιν ἄκτιστα, ἐπεὶ ποιεῖ καὶ ἐνεργεῖ ταῦτα τὸ πνεῦμα τὸ ὕγιον,  
 ὡς ἐμφάντους ἐνεργείας." ἀκούετε γραϊδίων φληνάφων, αὐτόχρημα  
 φάναι, ληρήματα. Πνευματομάχος γὰρ ὑπάρχων σαφῆς, ἔπειτα  
 E φερίγειν πειρώμενος τοῦνομα, γίνεται χειρῶν ἔτι μᾶλλον ἐκείνων  
 μακροῖς τισι μέτροις· καὶ κακὸν ποιῶν ἑαυτὸν ἄλλοπρόσαλλον, 10  
 ἵνα δῆθεν λανθάνῃ διαδιδράσκων τοὺς τῆς κακίας ἐλέγχους, ὃ  
 δὲ λέληθε μᾶλλον αὐτὸς ἑαυτὸν ἄλισκόμενος πανταχόθεν. οἱ γὰρ  
 τῆς αὐτοῦ κακίας πατέρες Πνευματομάχοι, πόλημα λέγοντες εἶναι  
 τὸ πνεῦμα, καθάπερ Ἄρειος τὸν υἱὸν, ἀκολούθως καὶ κτίσμα  
 F τοῦτ' ἐξ ἀνάγκης ἔφασκον· ἅτε μὴ δυναμένης μήτε τῆς τεχνι-15  
 κῆς μεθόδου, μήτε φυσικῆς τῶν ἀνθρώπων γνώσεως, ἄκτιστον  
 πόλημα λέγειν ποτέ. ὃ δὲ μηδὲν αἰσχυρόμενος ἄκτιστον πόλημα  
 τετόλμηκεν ἤδη νομοθετεῖν ἐν ταῖς ἐσχάταις ταύταις ἡμέραις.  
 ἐχορῆν οὖν καὶ ἡμᾶς ἐνταυθοῖ σιωπῇ τὰ τοιαῦτα μισήσαντάς τε  
 καὶ τὰ ὄντα βύσαντας φυγεῖν ἀπὸ ἀνοῆς ποτηρᾶς. ἀλλ' ἐπεὶ, 20  
 P. 708 διὰ τοῦ ἀνέλεγκτα ψεύδεσθαι τοῦτον ἀνόσιόν τε καὶ αὐτοχειροτό-

8. γὰρ conl. Capp. pro poster. καί.

Christe, patientia! (VII.) „Verum," inquit, „verba haec ποιεῖν et ἐνεργεῖν, id est facere et operari, sunt de illorum numero, quae plures habent significatus. Nec enim creare solummodo significant, sed praeter alia multa significant etiam naturaliter operari. Nam quemadmodum a nobis dicitur sol diem facere, utpote quam naturaliter perficit; ita tum spiritus veritatis, tum alii, quos eidem annumeravimus, increati permanent; quoniam eos ipse Spiritus sanctus, ut innatas et insitas operationes, facit atque operatur." Auditis, ut dicam plane quod res est, nugaciter anicularum deliramenta. Cum enim ipsum esse Pneumatomachum liquido constet, ac deinde istam appellationem effugere conetur, Pneumatomachorum improbitatem longo superat intervallo, et mutabile malum se facit, ut nempe clam nobis effugiat, nec eius improbitas arguatur. Verum undequaque, quod non animadvertit, hac potissimum ratione certe captus est. Nam Palamiticae improbitatis patres Pneumatomachi, cum sanctum Spiritum esse factum dicerent (sicut Filium divinum Arius factum esse dixerat), necessaria quadam consecutione creatum esse ipsum asserebant; quandoquidem sive arte comparatas, sive a natura insitas hominum cognitiones consulamus, id quod factum est, increatum dici nunquam poterit. Sed Palamas, quem nullius rei pudet, novissimis hieco diebus, id quod factum esset, increatum statuere non dubitavit. Oporteret itaque ut haec omnia summo prosequuti odio sileremus, et obstructis auribus ab audicione mala declinarem. Verum quoniam (ex eo quod impune mentiatum nefarius ille et suo-

νητον δίκαιον, αἱ τε ἀρχαὶ καὶ ἔξουσίαι καὶ οἱ τοῦ αἰῶνος του- A. C. 1851  
 τουτ' κοσμοκράτορες χορηγοῦσιν αὐτῷ δι' ἁμαθίαν τρόπαιον του- Imp. Io. Can-  
 το κατὰ τῆς ἀληθείας ἐγείρειν εἰς πλάνην τῶν ἀπλουστέρων· taouz. 5  
 ἀνάγκη καὶ ἡμῶς ἐνταυθοῖ γηγορεῖν τε ἅμα καὶ τὸ τῆς ἀλη-  
 5 θείας ἀναλαμβάνοντες ἕξιφος παρῶσι κατὰ τοῦ ψεύδους βλαύ-  
 νειν, τό γε ἡμῖν ἐφικτὸν, ὅπλα καὶ τείχος ἀκροπόλεως ἰσχυρὸν  
 τὰς ἡμετέρας τοῖς ὀρθοδόξοις γραφὰς παρεχόμενοι, ἢ μᾶλλον B  
 τὰς τῶν θείων γραφῶν μαρτυρίας, ἵνα μὴ ἀκοῇ σκοτεινῇ τε καὶ  
 ἀλαμπεῖ κατακολουθήσαντες εἰς βάραθρον ἑαυτοὺς συνωθήσω-  
 10 σιν ἀπωλείας. ἐπεὶ γὰρ τοσαύτας αὐτῷ καὶ τοιαύτας ἐγὼ συμφο-  
 ρήσας πρότερον μὲν διὰ τε τῶν στηλιτευτικῶν ἐκείνων καὶ ἀν-  
 τιῤῥητικῶν, καὶ αὖ δι' ὧν ἠκηκότε νῦν, οὐκ ἐμπέληκα, οὐδέ  
 γε συνιέναι πέπεκα, ἄκτιστον ἤκιστα πάντων εἶναι ποίημα· φέρε C  
 λοιπὸν σαφεστέρων τινῶν, καὶ αὐτοῖς γνωρίμων εἰπεῖν σκαπα-  
 15 νεῦσιν, ἀψώμεθα λόγων. Ἐνδηλον γὰρ δήπου τοῖς ὄλοις, ὡς τὸ  
 τῆς πίστεως ἡμῶν ἱερὸν σύμβολον, ἐν ἡμέραις πάσαις καὶ νυξίν,  
 ὁμολογία πᾶσιν ὀρθοδόξοις κοινῇ περιέμεται πάντη διηγεκῆς, ἐν  
 κώμαις ἅμα καὶ πόλεσι καὶ σπηλαίοις καὶ ὄρεσι καὶ, συλλήβδην  
 εἰπεῖν, ἐν πάσῃ γε τῇ γῆ καὶ ὅπῃ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας διήκει τὸ  
 20 ῥᾶδιον. ἔχει δὲ οὕτως· „πιστώομεν εἰς ἓνα θεὸν πατέρα παντο- D  
 κράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀο-  
 ράτων, καὶ εἰς ἓνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ

5. ἀναλαμβάνοντας et deinde παρεχομένους conl. Capp.

met suffragio iustus Palamas) principes, potestates, quique saecularem hunc in mundum habent imperium, ipsi ob imperitiam suppeditant, unde ad simpliciores decipiendos hoc adversus veritatem tropaeum erigat et statuat, necesse est ut hic etiam vigilemus, et assumptum veritatis ense libere in mendacium exseramus et, quantum in nobis erit, adigamus: arma pariter et athenaeum arcis murum orthodoxis praebeamus, nostra videlicet conscripta opera, seu potius sacrarum Scripturarum testimonia; ne illi tenebrosam et caliginosam auditionem sequantur, sicque se ipsos in perditionis gurgitem conciant. Cum enim tot, tanta et talia, prius quidem in nostris invectivis et Antirrheticis, nunc autem in ea, quam audistis, disputatione testimonia ipsi Palamae protulerim, nec tamen plene huic persuaserim, ut id, quod factum est, minime omnium incretam esse posse intelligeret: agedum de caetero clariora et ipsis fossoribus, ut ita dicam, nota verba usurpemus. Omnibus quippe notum est, sacrum fidei nostrae Symbolum, diebus cunctis et noctibus, communi omnium orthodoxorum confessione ubique iugiter, in pagis, urbibus, montibus et speluncis, atque, ut uno verbo complectar omnia, in universa terra, et quacunque aquarum natura facile pervadit, decantari. Porro sic habet istud Symbolum: „Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium; et in unum Dominum Iesum Chri-

- A. M. 6859 τὸν μονογενῆ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ,  
 Ind. 4 δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο." ὁρᾶτε πῶς ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς τοῖς  
 V. 571 θεοῖς ἀναιρεῖται πατράσι διαβροχῆσθαι τὸ, ποιήματα εἶναι τὸν δι'  
 Θεοῦ τὰ πάντα πεποιοῦνται. γεννηθέντα γὰρ φησιν, οὐ ποιηθέντα.  
 (H.) Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Σεραπίωνα πρώτῃ 5  
 τὰδε διέξεισιν ἐπιστολῇ· „ἐν τούτῳ," φάσκων, (τῷ πνεύματι δη-  
 λαδῆ) „τὴν κτίσιν ὁ λόγος δοξάζει θεοποιῶν, καὶ υἰοποιῶν δὲ  
 προσάγει τῷ πατρὶ· τὸ δὲ συνδοξάζον τῷ λόγῳ τὴν κτίσιν οὐκ  
 ἂν εἴη αὐτὸ τῶν κτισμάτων." καὶ μετ' ὀλίγα· „ὁ γὰρ πατὴρ διὰ  
 τοῦ λόγου ἐν πνεύματι ἁγίῳ τὰ πάντα ποιεῖ, καὶ οὕτως ἡ ἐνότης 10  
 τῆς ἁγίας τριάδος σώζεται." καὶ πάλιν· „εἰ τὰ ποιήματα βουλήσει  
 καὶ εὐδοκία ὑπέστη καὶ ἡ κτίσις πᾶσα θελήματι γέγονεν, ἐκτός  
 ἐστιν οὗτος τῶν βουλήσει γεγονότων, καὶ μᾶλλον οὗτός ἐστιν ἡ  
 ζῶσα βουλή τοῦ πατρὸς, ἐν ἧ τὰ πάντα γέγονε." καὶ πάλιν· „εἰ  
 ἐν χειρὶ Θεοῦ τὰ ποιήματα ἐργάσθη (γέγραπται γὰρ ὅτι διὰ τοῦ 15  
 P. 709 λόγου πάντα γέγονε, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν), εὐδελον  
 ὡς οὐκ ἂν εἴη ὁ υἱὸς ἔργον· ἀλλ' αὐτός ἐστιν ἡ χεὶρ τοῦ Θεοῦ  
 καὶ σοφία." καὶ τί δεῖ περὶ τὰ αὐτὰ διηγουμένους τὰς  
 ἡμῶν ἀκοὰς ἀποκναίειν; παριστῆν ἱκανῶς τῶν λεχθέντων ἐχόν-  
 των, ὡς διήρηται τε πανταχοῦ τῆς γραφῆς τὰ ποιήματα τῆς 20  
 ποιούσης οὐσίας· καὶ ὡς κτίσματα εἴη ποιήματα πάντως· καὶ  
 ὡς τοὺς θεοὺς διαβάλλει πατέρας, δεῖ μὲν τῶν οικειῶν ἐλέγ-

7. θεοποιῶν δὲ καὶ ed. 8. συνάπτον ed. 13. αὐτός ed. pro poster. οὗ-  
 τος. 14. ταῦτα ed. 15. τοῦ Θεοῦ ed. δὲ ed. 18. ἡ σοφία ed.

stum, filium Dei unigenitum, genitum, non factum, Patri consubstantialem; per quem omnia facta sunt." Videtis ut iam inde ab initio divini Patres Nicaeni illum, per quem omnia fuerunt facta, factum esse discrete negarint. Genitum enim inquirunt, non factum. (VIII.) Sed et magnus Athanasius in prima, quam ad Serapionem conscripsit, epistola haec edisserit. „In hoc," inquit, (Spiritu videlicet) „Verbum res creatas glorifico deificans, et in filios adoptans Patri adducit. Porro qui simul cum Verbo creatas res glorificat, ipse neutiquam creata res esse potest." Et paulo post: „Nam Pater per Verbum in sancto Spiritu omnia facit, eoque modo sanctae Trinitatis unitas servatur." Et iterum: „Si creatae res voluntate ac mero Dei beneplacito subsistunt, et omnis creatura voluntate Dei facta est, haud dubie istud Verbum extra eorum numerum est, quae libera Dei voluntate facta sunt, vel potius vivens est Patris voluntas et consilium, in quo facta sunt omnia." Et rursus: „si per Dei manum facta sunt ipsius opera, scriptum autem est, omnia per Verbum esse facta, et sine ipso factum esse nihil, clarum est utique filium non esse opus, sed Dei manum et sapientiam." Et sane quid necesse est ut, in iisdem perpetuo versati, vestras aures obtundamus, cum ex supra dictis abunde probetur, ubique sacris in Scripturis factas res a causa sua efficiente distingui, neque creatas res inter et factas quidquam esse discriminis? Satis etiam demonstratum est, quomodo sanctos Patres calumniatur Palamas, eorum verba, ne ipse

χων τὰ ἐκείνοις λεχθέντα σιγή παριών, σκιωδῶς δ' ἐνίαν ἐνιαχοῦ A. C. 1351  
 προσημβάλλον γυμνά πως ὀνόματα, ἵνα δι' αὐτῶν συναρπάξῃ Imp. Io. Can-  
 δῆθεν τῶν ἀπλουστέρων τὰς ἀκοάς. δῆλον δ' ἔσται μᾶλλον ἐξ B  
 ὧν ὀνομασί τε ἐμνήσθη καὶ ὧν τὰς ῥήσεις ἐκτέθειται, παρα-  
 5 οσησῶν τὴν αὐτῶν ὀλοκληρίαν, καὶ ἄλλα ἄλλως ἄλλοσε δεικνὺς καὶ  
 διασπειρῶν τεμάχια, καὶ ἀνελευθέρῳ πανταχοῦ χρώμενος ἀναι- C  
 δεία, ὅπη ἂν καὶ ἔθεν οἴηται τὸ βουλομένην εὐχερέστερον ἀνό-  
 σειν τῆς γνώμης, ὡς ἐκείνους τε προφανῶς διαβάλλοι καὶ ὡς  
 οὐκ οἶδ' ὀπότερον, εἴτ' ἐξ ἀμαθίας μᾶλλον ἢ κακοηθείας δέδρακέ  
 10 τε καὶ ὁρᾷ τουτοῦ, εἴτε τουτο μὲν οὐχί, διὰ δὲ κακοῦθειας καὶ  
 μάλα μόνην μάλιστα ψυχῆς· εἰ δὲ καὶ ἐξ ἀμφοῖν, ὡς ἡ τῶν  
 πολλῶν μακρὰ κεκράτηκε φήμη, ἥμιστ' ἔγωγε διοίσομαι. πολλα-  
 χοῦ γὰρ (ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἰπεῖν) ἠλώκει τε καὶ ἀλισκόμενος D  
 ὁρᾷται μάλα περιπετῆς καθιστάμενος ἐκατέρω, ὥστε ὀπότερον  
 15 ἂν τις βούλοιο προφέρειν κατ' αὐτοῦ, δεξιὸν ὑποκείμενον, οἴ-  
 μαι, εὐρήσει τὸν ἄνθρωπον καὶ μάλα γέ τοι δεκτικόν. καὶ εἰ-  
 κότερον τουτί. ὅς γὰρ ἂν οἴσσεως ἀωρίᾳ τὴν ἡγεμονίαν τῆς γνώ-  
 μης πιστεύσας ἐπὶ τὰς τῶν θεῶν δογματῶν θύρας ἄνευ ἐπι-  
 στήμης, ὡς δέδεικται, λεξικῆς ἀφίκεται, αὐτὸς ἑαυτὸν πεπεικῶς E  
 20 ὡς γνώη καλῶς, ἑαυτὸν τε ἔσφηλε τὰ μάλιστα καὶ σὺν γε αὐτῷ  
 πολλοῖς πολλῶν κακῶν ἐτέροις γίνεται τὰ ἐς ψυχὴν αἰτιώτατος.

8. ὡς οὐκ] Capp. hic nonnihil deesse videtur.

redarguatur, silentio praetermittens; alicubi tamen mera et nuda quorum-  
 dam nomina obscure interserens, ut iis ad se simpliciorum aures rapiat.  
 Hoc autem magis patebit ex illis SS. Patribus, quos nominatim citavit, et  
 quorum verba ita in medium adduxit, ut eorum sinceritatem atque integri-  
 tatem detruncaret, aliter aliis in locis alia fragmenta exhibens et dissemi-  
 nans. Hinc illiberali ubique impudentia utitur, dummodo animi sui propo-  
 situm adimpleat, undecunque et quomodocunque facilius sese illud adim-  
 pleturum esse opinatur. Hinc etiam sanctos illos Patres manifeste calu-  
 mniatur: atque haud scio an ex ignorantia potius quam ex improbitate hoc  
 fecerit et faciat: in vero non ita quidem se res habeat, sed sola praeser-  
 tim animi malignitate id perpetrarit. Quod si, ut multus vulgi rumor ob-  
 tinuit, per ignorantiam simul et improbitatem ita se gesserit, ego minime  
 repugnabo. Nam ut plurimum multis in locis deprehensus est, et etiam-  
 num deprehenditur in utrumque vitium impigisse; adeo ut utrumlibet ad-  
 versus ipsum proferre quispiam voluerit, idoneum, opinor, subiectum et  
 hominem ad utrumque maxime habilem sit reperturus. Et hoc profecto  
 longe probabilius est. Qui enim importunae, quam de se imbibit semel,  
 opinionum principalem animae partem concredidit, ac deinde ad aperendas  
 quasi divinatorum dogmatum fores accedit, ea, quas vocabulorum rationem  
 ut ostendimus expendit, scientia destitutus, et tamen sibi se illam pul-  
 chre callere persuasit; is maximos primum se in errores inducit, et tum in  
 se tum in alios multos multa mala confert, unde ipsorum animae non leve

- A. M. 6859 (Θ.) Τούτων οὕτως ἐχόντων, ὑπόλοιπόν ἐστι διδάξαι τὸν ἄνδρα  
 Ind. 4 καὶ τῆς τοῦ ἔτοιμάζειν τε καὶ κρίνειν λέξεως τὸ σημαίνόμενον. ὁ  
 μὲν γὰρ, ὡσπερ τὸ ποιούμενον καὶ τὸ κτιζόμενον ἀπολήτόν τε καὶ  
 Ἐἄκτιστον ἡγήται, οὕτω καὶ τὸ ἔτοιμαζόμενον καὶ τὴν κρίσιν  
 V. 572 ἄκτιστα εἶναι σημαίνειν ἡγείται, ἅττα ποτ' ἂν εἴη τὰ ἔτοιμαζό-5  
 μενα καὶ κρινόμενα. ὁ μέγας τοίνυν φησὶν εὐθὺς Ἀθανάσιος· ὡς  
 „οἱ ἄσεβεῖς οὐ θέλουσι λόγον μὲν καὶ βουλήν ζῶσαν εἶναι τὸν υἱὸν,  
 περὶ δὲ τὸν θεὸν βούλησιν καὶ φρόνησιν καὶ σοφίαν, ὡς ἔξιν συμ-  
 P. 710 βαίνουσαν· πειθέσθωσαν οὖν Σολομώντι λέγοντι· ὁ θεὸς τῆ σοφίᾳ  
 ἐθμελιώσε τὴν γῆν, ἠτοίμασε δὲ οὐρανὸς ἐν φρονήσει. οὕτως 10  
 ἐν ψαλμοῖς· πάνθ' ὅσα ἠθέλησεν, ἐποίησεν. εἰ δὲ βούλησις τοῦ  
 θεοῦ ἢ σοφία ἐστὶ καὶ ἡ φρόνησις, ὁ δὲ υἱὸς ἐστὶν ἡ σοφία, ὅρα  
 μὴ ὁ λέγων βουλήσει τὸν υἱὸν, ἴσον λέγῃ τὴν σοφίαν ἐν σοφίᾳ  
 γεγενῆσθαι, καὶ τὸν υἱὸν ἐν υἱῷ πεποιῆσθαι, καὶ διὰ τοῦ λόγου  
 Βτὸν λόγον ἐκτίσθαι.” ὁρᾷτε πῶς εἰς ταῦτόν συνάγει τὴν σημασίαν 15  
 τοῦ θεμελιῶν καὶ ποιεῖν καὶ κτιζειν τῆ σημασίᾳ τοῦ ἔτοιμά-  
 ζειν. ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ, ἡ τοῦ θεοῦ πνεύματος ἔμπυχος κιθάρα καὶ  
 μουσα ἀρμονικῆ, „ἔτοιμάζων ὄρη,” φησὶν, „ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ.”  
 καὶ πάλιν· „σὺ ἠτοίμασας εὐθύτητας· κρίσιν καὶ δικαιοσύνην ἐν  
 Ἰακώβ σὺ ἐποίησας.” Ἰσοὺ καὶ οὗτος ταῦτοσήμαντον ἐδειξεν εἶναι 20  
 Cτὴν πόλιν τῆ ἔτοιμασίᾳ. οὔτε γὰρ οὐρανὸς ἀκτίστους, οὔτ'

7. καὶ σοφίαν al. 8. καὶ ἀποσυμβαίνουσαν al. 9. Σολομώντι ed.  
 11. ἡ βούλησις ed. 12. ὁ ἄρα λέγων ed. 13. λέγει ed. pro λέγῃ.

detrimentum accipiant. (IX.) Quae cum ita sint, restat ut horum verbo-  
 rum (parare et iudicare) significationem Palamam doceamus. Hic enim,  
 sicut non factum et increatum existimavit esse illud, quod revera factum  
 creatumque fuit, ita vocibus his (praeparatione et iudicio) res increatas  
 designari putat, quaecumque tandem praeparantur et iudicentur. Statim  
 itaque magnus Athanasius ita loquitur: „Nolunt impii filium esse Verbum  
 et vivens consilium; sed contendunt ipsum esse apud Deum voluntatem,  
 prudentiam, et sapientiam, quae velut habitus quidam Deo adveniant.  
 Salomoni potius fidem adhibeant dicenti: Deus terram sapientia fundavit,  
 et caelos in prudentia paravit. Sic in Psalmis dicitur: omnia quaecun-  
 que voluit, fecit. Quodsi voluntas Dei sit sapientia et prudentia, et  
 aliunde Filius ipsa sit sapientia, cavendum est, ne qui Filium voluntate  
 factum esse asserit, idem omnino dicat, ac si sapientiam in sapientia fac-  
 tum esse, Filium in Filio esse factum, et Verbum per Verbum creatum  
 fuisse, affirmaret.” Videtis ut verborum fundare, facere, et creare signi-  
 ficationem eandem esse, quae verbi parare propria est, censeat sanctus  
 Athanasius. Sed et David, animata illa spiritus divini cithara et harmo-  
 nica musa, „praeparans,” inquit, „in fortitudine sua montes.” Et ite-  
 rum: „Tu parasti directiones; iudicium et iustitiam in Iacob tu fecisti.”  
 Ecce hic etiam Prophetam verborum facere et parare unam eandemque esse  
 significationem ostendit. Nec enim caelos increatos, nec increatos terrae



ὄρη γῆς ἄκτιστα κύριος ἔκτισε. ναὶ μὴν οὐδ' ἐδούτης, οὐδὲ A. C. 1851  
 κρίσις, οὐδέ τι τῶν πάντων, ὅσα τε πεποίηκε καὶ ἃ ἠτοίμασεν, Imp. Io. Can-  
 ἄκτιστον οὐδὲν οὐτ' ἔφησέ τις, οὔτε φήσιμ' ποτε, πλὴν εἰ μὴ tacuz. 5  
 μαίνοιτό τις. ἀκούομεν δὲ καὶ τοῖς εὐαγγελίοις, πῦρ ἠτοίμασμέ-  
 10 νον εἶναι τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. εἰ οὖν ἄκτιστον  
 κάκεινο κατὰ τὸν Παλαμᾶν, καὶ θεὸς ἄκτιστός τε καὶ ἀναρχος D  
 εἶη ἂν αὐτὸ, καὶ ἔσται διὰ ταῦτα θεὸς καὶ ὁ διάβολος ἄκτιστός  
 τε καὶ ἀναρχος, θεοφθίς τῷ ἀκτίστῳ κλήρῳ αὐτοῦ τῷ πυρὶ· καὶ  
 γενήσεται τὰ τῆς ὑφειλομένης αὐτῷ κολάσεως, ὣν κατὰ τῆς ἀν-  
 15 θρωπίνης ἀπίσης ἔδρασε φύσεως ἐξ αἰῶνος, ἔπαθλον τοῦτο. καὶ  
 γὰρ τὸ κράτιστον καὶ τοῦθ', ὡς ἔοικεν, ἔστιν ὁ παρὰ πάντα  
 μοχθεῖ τὸν χρόνον ὁ Παλαμᾶς, ἵνα θεὸν τὸν διάβολον καταστη-  
 σάμενος ἕμα αὐτῷ καὶ τοῦ πυρὸς κληροῦχος ἐκείνου γένοιτο τοῦ E  
 ἀκτίστου, καὶ οὐκ ἔτι φοβοῖτο τὴν κρίσιν τοῦ πάντων δημιουρ-  
 20 γοῦ καὶ θεοῦ, πρόξενον οὖσαν τοσοῦτον καλοῦ κατ' αὐτόν, ἀλλὰ  
 γὰρ ἐλάθομεν δρώντες ἐν πίστῳ τὴν κεραμείαν, ἕτερον τρόπον  
 οὕτω γηρῶντα παιδεύοντές τε καὶ ἀσκούντες ἄνθρωπον τὴν τῶν  
 λέξεων σημασίαν καὶ τέχνην, ἃ πεντεκαίδεκέτην μανθάνειν ἐχρήσ-  
 καὶ δέος, μὴ οἱ φιλοσκόμμοι αἰσθῶνται τε ἡμᾶς περὶ τὰ τοι-  
 20 αῦτα ἀσχολουμένους καὶ οὐ ῥᾶστα καταγελαῖν ἡμῶς γε ἀπόσχων- F  
 ται. διὸ δὴ τῶν τοιούτων ἀπαλλάττεσθαι τάχιον χρῆ, μὴ ἀσθε-  
 νέστερα γένηται πως εἰς τοῦμπροσθεν τὰ τῆς σπονδαιοτέρας ἡμῶν  
 ἀσχολίας, ἀνακεραυνώμενα πολλαῖς τε καὶ πολλάκις ταῖς ἐκείνου

montes dominus creavit. Est certe neque directionem, neque iudicium, ne-  
 que quidpiam eorum omnium, quae fecit et praeeparavit Deus, increatum  
 dixerit quis, neque dicet unquam, nisi desipiat. In divinis etiam Evan-  
 geliiis Diabolo et eius angelis paratum esse ignem audimus. Igitur si se-  
 cundum Palamam increatus ignis ille sit, idem quoque increatus Deus et  
 principii expertus erit; ac proinde Diabolus erit increatus et principii ex-  
 pertus Deus, increato igne illo, quae ipsius haereditas est, deficiat; et  
 poena ipsi debita, ob mala quae a saeculo in universum genus humanum  
 contulit, in huiusmodi praemium convertetur. Ktenim istud ipsum praeci-  
 pue videtur esse, quod semper tanto molitur opere Palamas, ut, cum ad  
 Dei conditionem Diabolum evexerit, simul cum eo ignis illius increati hae-  
 res efficiatur; neque amplius omnium opificis et Dei iudicium pertimescat,  
 utpote quod iuxta ipsius opinionem tantum bonum conciliet. At enim non  
 advertimus nos in dolo figlinam exercere, dum iam senem hominem dedo-  
 centes, verborum significationem docemus, et ea institimus arte, quam  
 decimo quinto aetatis anno discere debuerat; et locus timendi est, ne qui  
 mordacibus diceriis et scommatis gaudent, nos huiusmodi rebus occupari  
 animadvertant, et a deridendis nobis aegre abtineant. Unde his defungi  
 citius nos oportet, ne deinceps in graviore momenti negotiis defetiscamus,  
 neve multis et juvenilibus Palamae disciplinis nostrum studium commiscen-

- A. M. 6859 τὰνδρὸς μερακιᾶδεσι παιδείαις, καὶ τοσοῦτον οἶκον ζημιού-  
 Ind. 4 μενα, ὅσον τῆς ἐκείθεν μεταλαμβάνει φανλότητος. (I.) Καὶ  
 μὲν δὴ λοιπὸν ἔστιν ἡμᾶς ἀναδραμόντας ἐκέισε δεικνύειν περὶ τε  
 P. 711 τῆς θείας μεταλήψεως καὶ ἡμα τοῦ θείου βαπτίσματος. „μέμνη-  
 σθε γὰρ (σφίσις ἔφη) εἰπόντες, ὅσα καὶ περὶ τουτωνὶ τῷ ὑμῶν<sup>5</sup>  
 ἑταίρω νενομοθέτηται Παλαμᾶ καὶ πρὸς γε Ἡρακλείας τῷ τοῦ-  
 του θερμῷ Διασώτῃ· ὡς δαιμόνων εἴη σκοτεινῶν εὐρημα, μὴ  
 τὴν διάφορον τῆς οὐσίας ἐλέργειαν, ἀλλὰ τὴν θείαν εἶναι νομ-  
 V. 573 ζειν οὐσίαν αὐτὴν τὴν ἀγιάζουσαν ταῦτα. μήτε γὰρ τὴν θείαν  
 Βπεφυκέναι βαδίζειν οὐσίαν ἐς ὅσα ὑφ' ἥλιον, μήθ' ὅσιον αἰθῆρις 10  
 εἶναι πιστεύειν, αἶμα καὶ σῶμα τὸν τ' οἶνον γίνεσθαι καὶ τὸν  
 ἄρτον ποτὲ τοῦ Χριστοῦ· τύπον γὰρ ταῦτ' εἶναι ἐκείνου, καὶ  
 οὐκ ἐκείνου αὐτόχημα.” μακρὸς δ' ἂν εἴη χρόνος μὴκύνειν, ἃ  
 περὶ τῶν τοιούτων αὐτοὶ τε ἔφασαν καὶ τοῖς γε σφετέροις συνέθε-  
 σαν γράμμασι· καὶ ἡμα οὐχ ὅσιον ὁσίων ἀνδρῶν ἀποδοῦς ἐμπιπλῆν 15  
 ἀσεβείας τοσαύτης· ἔξδν ἐνὶ γε τῷ τρόπῳ ταυτὶ προεμένους ἐκέ-  
 Cνα διεξιέναι, ἃ ἂν λέγων οἶομαι τοῖς τὰ ὅσια βουλομένοις λαμ-  
 πρῶς χαριεῖσθαι. (I.A.) Ὁ τοίνυν ἐκ Δαμασκοῦ φησιν εὐθῆς  
 Ἰωάννης, ὅτι „καθάπερ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, ἐπειδὴ ἔθος τοῖς  
 ἀνθρώποις ὕδατι λούεσθαι καὶ ἑλαίῳ χρίεσθαι, συνέλεξε τῷ 20  
 ἑλαίῳ καὶ ὕδατι τὴν χάριν τοῦ πνεύματος [ὁ Θεός], καὶ ἐποίησεν  
 αὐτὰ λουτρὸν ἀναγεννήσεως, οὕτως ἐπεὶ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις

6. τῷ add. Capp. ante Ἡρακλ. 19. ὡσπερ ed. 22. ἀντῷ ed.

tes tantum in nobis ipsis detrimenti patiamur, quantum inde vitii parti-  
 cipando contraxerimus. (X.) Et sane superest, ut ad propositum reverti,  
 quae divinam Eucharistiae participationem ac divinum simul Baptisma spe-  
 ctant, declaremus. „Nam (illis aiebam) meministis vos dixisse, quaecunque  
 de his amicis vester Palamas, et insuper Heracleensis episcopus, arden-  
 tissimus ipsius assecla, statuerunt; a tenebrionibus videlicet daemonibus  
 adinventam esse opinionem, qua quis a divina substantia operationem non  
 distingui, sed ab ipsa divina substantia isthaec, Eucharistiam et Baptis-  
 mum, sanctificari existimet. Nec enim, inquit, divina substantia eius-  
 modi naturae est, ut ad ea quaecunque sub sole sunt descendat: neque  
 rursum fas est credere, vinum et panem Christi sanguinem et corpus un-  
 quam fieri. Illa quippe Christi figuram, non autem re ipsa Christum esse  
 dicunt.” Porro multum temporis insumerem, si fusius vellem recensere,  
 quae de istis dixerunt ipsi, suisque scriptis consignarunt: aliunde vero ne-  
 fas est aures piorum impietate tanta implere, cum his omissis una et ea-  
 dem ratione liceat ea dicendo percurrere, quae ubi protulero in medium,  
 iis qui sancta piaque desiderant rem, ut opinor, gratissimam fecero.  
 (XI.) Statim itaque sanctus Ioannes Damascenus ita loquitur. „Quemad-  
 modum in Baptismate, quia hoc est in more positum apud homines, ut  
 aqua laventur et oleo ungantur, sancti Spiritus gratiam oleo et aquae con-  
 iunxit Deus, et fecit ut ea regenerationis lavacrum essent; ita quoniam

ἄρθρον, ὕδωρ τε καὶ οἶνον πίνειν, συνέλεξεν αὐτοῖς τὴν A. C. 1851  
 αὐτοῦ Θεότητα, καὶ πεποιήκεν αὐτὰ σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ, ἵνα Imp. Io. Can-  
 διὰ τῶν συνήθων καὶ κατὰ φύσιν ἐν τοῖς ὑπὲρ φύσιν γενώμεθα. tacz. 5  
 D σῶμά ἐστιν ἀληθῶς ἠνωμένον Θεότητι τὸ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου  
 5 σῶμα· οὐχ ὅτι αὐτὸ τὸ ἀναληφθὲν σῶμα ἐξ οὐρανοῦ κατέρχεται,  
 ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ὁ ἄρθρος καὶ ὁ οἶνος μεταποιεῖται εἰς σῶμα καὶ  
 αἷμα Χριστοῦ. εἰ δὲ τὸν τρόπον ἐπιζητεῖς πῶς γίνεται, ἀρκαί  
 σοι ἀκοῦσαι ὅτι διὰ πνεύματος ἁγίου." (IB.) Ἀκούετε, πῶς οὐκ E  
 ἐνέργειαν ἀνούσιόν τε καὶ διάφορόν φησι τῆς Θείας οὐσίας ὁ μὲ-  
 10 γας τῆς ἐκκλησίας φωστήρ, ἀλλ' αὐτὴν γε τὴν Θεῖαν οὐσίαν τοῦ  
 πνεύματος· οὐδὲ τύπον γινόμενον σώματος ἐκείνου τοῦ σωτηρίου  
 τὸν ἄρθρον, ἀλλ' αὐτὸ γε ἐκεῖνο, καὶ οὐκ ἄλλο ἐκείνου. καὶ τό γε  
 μείζον, ὡς οὐχ ἀπλῶς οὕτωςι παρῆλθεν εἰπὼν ἐν βραχεῖ, ἀλλ' F  
 ὅλον ποιεῖται λόγον, καὶ λίαν πεφροντισμένον, καὶ σὺν γε μακραῖς  
 15 ἐπιμικρῶς ἀποδείξεισι φυσικαῖς τε καὶ γραφικαῖς. πολλὴ γάρ τις  
 τότ' ἦν ἡ θάλασσα τῶν τῆς ἐκκλησίας πολέμων, καὶ ὁ τῶν κυ-  
 μμάτων ἐκείνων ὄγκος σφόδρα γε ᾧδει πρὸς τῶν Εἰκονομάχων  
 πᾶνυ σφοδρῶς ἀναρῶντιζόμενος, περὶ γε δὴ τῶν εἰρημένων, καὶ  
 πρὸς γε τοῦ ἐν Θαβωρίῳ φωτός· ἐξ ὧν ἀφορμὰς οὐχ ὄσας ἀνα- P. 712  
 20 πλάττοντες τὸν τε τῆς εἰκονομαχίας ἡρέθιζον θόρυβον καὶ τὴν  
 ἔνσαρκον τοῦ κυρίου διέβαλλον παρουσίαν· ὡς ἀνωτέρω που διε-  
 λάβομεν καὶ ἡμεῖς, οὐκ ἐβῆραθυμημένον τινὰ μηκύναντες λόγον·

3. γινώμεθα al.

4. ἠνωμένων ed.

6. μεταποιεῖται ed.

7. Θεοῦ ed.

moris est hominum, panem manducare, et aquam ac vinum bibere, suam  
 iis divinitatem coniunxit, et eadem corpus et sanguinem suum effecit, ut  
 per consueta et naturalia ad supernaturalia perveniamus. Vere corpus est  
 divinitati unitum, quod ex sancta Virgine sumptum est corpus; non quod  
 assumptum in caelos corpus inde descendat: sed quia ipse panis et vinum  
 in corpus et sanguinem Christi convertuntur. Si autem quaeras, quomodo  
 haec fiant, satis tibi sit audire, per sanctum Spiritum haec fieri." (XII.) Au-  
 ditis, quomodo magnum ecclesiae luminare non operationem substantia  
 vacuum et a divina substantia distinctam, sed ipsam divinam sancti Spi-  
 ritus substantiam, neque salutaris illius corporis figuram, sed ipsum illud  
 corpus nec ab illo aliud esse, panem eucharisticum asserat. Porro, quod  
 maius est, non simpliciter neque in transcuru paucis haec verbis protulit:  
 sed solidum atque integrum libri quarti caput magno studio hanc in rem  
 elaboravit, et valde prolixas demonstrationes, tum ex naturalium rerum  
 penu, tum sacris e Scripturis deprompsit. Tunc enim ecclesia gravi bello  
 velut marina tempestate iactabatur, et valde intumescebat illorum moles  
 fluctuum, quos vehementissime concitabant Iconomachi, tum de praedictis,  
 tum de Thaborico lumine, disceptantes. Hinc erroris occasionibus, quas  
 impie confinxerant, captatis, haereseos iconomachicae tumultum excitabant,  
 et domini Iesu incarnationem calumniabantur, ut supra exposuimus, ubi  
 nec nos piguit prolixiorē hac de re sermonem instituire. Tunc certe ma-

- A. M. 6859 ὅτε δὴ καὶ πάσας μὲν ἀρχὰς, πάσας δ' ἐξουσίας, οἱ τῆς νόσου  
 Ind. 4 ταύτης ὑπηρεταί διενενέμηστο, καὶ πᾶσα πάντων ἄμιλλα πρὸς  
 B τὸν ὁμοίον τῆς κακίας ταύτης ἐτέτακτο δρόμον, καὶ σχεδὸν ὁ  
 τῶν τηρικαῦτα βλος ἀνθρώπων, διὰ τροφῆν καὶ βλακείαν, εἰς  
 τὴν τῶν βασιλικῶν θεοπισμῶν ἐκλίνε κολακείαν, καὶ πάνυ βρα- 5  
 χεῖς τινες ἦσαν, ὧν ἐλεύθερον τῆς ψυχῆς ὑπῆρχε τὸ φρόνημα,  
 καὶ ἔξει τὸ τῆς καρδίας πῦρ, μεθ' οὗ καὶ πρὸς τὸ πολέμιον ἐκείνο  
 γενναίως ἀντεστρατεύοντο πῦρ, καὶ τοῖς λόγοις τοῦ σοφοῦ τοῦδ'  
 ἀνδρὸς συνεμάχον ἐκ τῶν ἐνότων, οἱ μὲν λόγοις, οἱ δ' ἔργοις,  
 C οἱ δὲ δι' ἐκατέρων. ὧν εἷς καὶ Θεόδωρος ἦν, ὁ πολλὴν μὲν τὴν 10  
 ἐκ λόγων σοφίαν, πολλὴν δὲ τὴν τοῦ σώματος καρτερίαν πρὸς  
 τὰς τῶν πολεμίων ἐκείνων πληγὰς ἐνδειξάμενος, καὶ δι' αὐτῶν  
 τοῖς πατέροις τὸ βέβαιον καὶ ἀσύλευτον χαρισάμενος δόγμασι τὸ  
 V. 574 νεμόμενον ἔπαυσε τῆς κακίας ἐκείνης. καὶ μὲν δὴ πολλῶν ὄντων,  
 ἃ τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ καταλελοίπει συγγράμματα, πλήρη σο- 15  
 D φίας ἐπιστημονικῆς καὶ ἅμα δ' εὐσεβείας σεμνῶς πανηγυρίζου-  
 σης, ὁ μέγας οὗτος διδάσκαλος, ἔνια μὲν καὶ ἡμῖν εἰς τὴν ἀνω-  
 τέρω που χρεῖαν μεγίστην παρέσχετο συμμαχίαν· καὶ νῦν δ' αἰ-  
 θις κατὰ γνώμην ἂν εἴη καὶ οὐ μᾶλα γέ τοι ἀηδὲς ἐμοί, τῶν  
 ἐκείνου βιβλίων, ὡς ἔξ ἱερῶς τινος ὀπλοθήκης, τὸ καλύτερον καὶ 20  
 τῇ παρουσίᾳ χρεῖα πάλιν ἀνειληφέναι ἕξιφος. προτίθησι γὰρ ἐκεῖ  
 E τὰ τῶν προέδρων τῆς εἰκονομαχίας ἐναγώνια ῥήματα πρότερον,  
 ἔχοντα οὕτως. (II.) „Προγόνος,” φησὶν, „ὁ Χριστὸς τὸν θάνα-

gistratus omnes, et caeteras imperii dignitates, huius, quae velut morbus cunctos infecerat, haereseos ministri distribuebant, et certatim omnes maxima contentione ad similem currebant improbitatem; quin et illius aetatis homines, ob vitae delicias et luxum, eo fere inclinabant animum, ut sanctionibus imperatoris adularentur. Supererant paucissimi, quorum generosus ac liberior animus, itemque ardentissimus in corde ignis, contra inimicum illum ignem fortiter decertabant; et hoc in bello sapientiae huiusce viri S. Ioannis Damasceni sermonibus pro sua quique facultate, alii verbo, alii opere, utroque alii, opitulabantur. Horum unus fuit Theodorus Graptus, qui multam tum scriptis in sermonibus sapientiam, tum ad perferendas hostium illorum plagas corporis patientiam demonstravit. Unde firma et inconcussa, quae a maioribus accepimus, dogmata servavit, et grassantem ubique malitiam compescuit. Porro magnus hic doctor scripsit plures et Dei ecclesiae reliquit libros, qui uberam sapientiam cum scientia coniunctam et pietatem Augusto splendore festam continent; ex quibus nonnulli quidem maximum et necessarium ad superiorem controversiam adiumentum nobis attulerunt: attamen perlubenti animo, nec sine quadam voluptate, rursus ex ipsius libris, ceu sacro ex armamentario, nunc opportunam ad praesentis disputationis necessitatem gladium educam. Ibi quippe statim proponit verba, quae velut classicum canentia proferebant Iconomachorum haereseos antistites. Sunt autem huiusmodi. (XIII.) „Christus,”

τον αὐτοῦ ἤθελσε τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις A. C. 1851  
 παραδοῦναι, δι' οὗ ἠρώσθη πράγματος, τύπον εἰς σῶμα αὐτοῦ. Imp. Io. Can-  
 ἵνα διὰ τῆς ἱερατικῆς ἀναγωγῆς λάβωμεν ὡς κυρίως καὶ ἀληθῶς  
 σῶμα αὐτοῦ." εἶτα ἐπιφέρει τὴν ἐκείνην οὕτως καθαιρεῖσιν οὕτως. F  
 5 „ἡμεῖς δέ," φησιν, „οὔτε εἰκόνα οὔτε τύπον τοῦ σώματος ἐκεί-  
 νου ταῦτα λέγομεν, εἰ καὶ συμβολικῶς ἐπιτελεῖται, ἀλλ' αὐτὸ  
 τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τὸ τεθειωμένον. τοῦτο καὶ τοῖς μαθη-  
 ταῖς αὐτοῦ παρείδου, λάβετε, φάγετε τὸ σῶμά μου, λέγων,  
 οὐχὶ τὴν εἰκόνα τοῦ σώματός μου. ὡς γὰρ ἐκ τῆς παρθένου τὴν  
 10 σάρκα διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐαντῶ ὑπεστήσατο· εἰ χρή  
 δὲ καὶ τῶν κατ' ἡμᾶς τοῦτο δηλῶσαι, ὡς ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶ- P. 718  
 νος καὶ τὸ ὕδωρ φυσικῶς εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἑσθίουτος καὶ  
 πίνοντος μεταβάλλεται, καὶ οὐκ ἂν εἴπομεν ἕτερον σῶμα γίνε-  
 σθαι παρὰ τὸ πρότερον, οὕτω δὴ καὶ ταῦτα ὑπερφυσῶς ἐπικλή-  
 15 σει τοῦ ἱερατεύοντος, ἐπιφοιτήσει τε τοῦ ἁγίου πνεύματος,  
 εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ μεταβάλλεται." ἰδοὺ καὶ ὁ μέγας  
 οὗτος διδύσκαλος ταῦτα τῷ ἁγίῳ ἐκείνῳ φθέγγεται πατρὶ, καὶ B  
 πολλῶ πλεον, ἢ Παλαμᾶς τοῖς ἀτοπωτάτοις ἐκείνοις Εἰκονομά-  
 χοις. ἀλλίσκεται γὰρ κἀνταῦθα καὶ τούτους ἐς τὴν ὁμοίαν κα-  
 20 κίαν ὑπερβαλόμενος, εἴ τις τὰ ἀμφοῖν παρόλληλα θέμενος συν-  
 ορώη ἐγκλήματα· μᾶλα εἰκότως. τὰ γὰρ θεῖα δόγματα, κανόναι  
 κατέρων ὁρθῶς ῥυθμιζόμενα, παραλείβει οὐκ οἶδεν οὐδ' ἦν

#### 4. ἐκείνων conl. Capp.

inquiunt, „cum suam praenovisset mortem, sanctis discipulis et Apostolis suis, per id quod valde concupivit, figuram sui corporis tradere voluit, ut, accedente mystica sacerdotis benedictione, velut proprie ac vere corpus ipsius accipiamus." Deinde illorum verborum refutationem ita subiungit hic doctor. „Nos autem," inquit, „neque imaginem neque figuram illius corporis haec sacra Eucharistiae mysteria esse dicimus, quanquam symbolice conficiantur; sed ipsum Christi corpus deificatum. Hoc et suis discipulis tradebat: accipite, manducate corpus meum, dicens, non mei corporis imaginem. Ut enim ipse sibi per Spiritum sanctum carnem ex Virgine produxit; aut, si exemplo a nobis petito istud explicari oporteat, sicut panis et vinum et aqua naturaliter in corpus et sanguinem comedentis et bibentis transmutantur, nec dicemus unquam aliud a priori diversum corpus fieri; ita haec etiam Eucharistiae symbola, sacerdotis invocatione et sancti Spiritus adventu, in corpus et sanguinem Christi supernaturaliter transmutantur." Ecce hic quoque magnus doctor eadem profert, quae protulit olim sanctus ille Pater Ioannes Damascenus, et quidem multo magis quam Palamas eadem cum ineptissimis illis Iconomachis proferat. Hos enim hic etiam in similibus malitiae collatione superat, si quis ea secum invicem collata conspiciat, quae possent ambobus exprobari. Nec sane immerito. Nam divina catholicae fidei dogmata, cum sanctorum Patrum regulis ap-

- A. M. 6859 ἀπαξ ἤρμονται συμφωνίαν πρὸς ἑαυτὰ, οὐθ' ἦν ἂν πρὸς τὰ ὁμό-  
 Ind. 4 C στιχα. τὸ δὲ κακὸν, οὐδέσι κανόνισιν ἐπόμενον, συμφωνεῖν οὐκ  
 οἶδεν οὐδέσιν· ἀλλὰ μάχεται μὲν τῷ φύσει καλῷ, μάχεται δ'  
 οἷς ἐναγχος γέγηθε συμφωνῶν, μάχεται δ' ἐπίσης καὶ ἑαυτῷ. οὐ-  
 τως ἐμμανῆ τε καὶ ἄτοπον ἔσχετην ἕξιν αἰεὶ τὰ κακά. (IΔ.) Πρὸς-5  
 οιστέον δ' ἡμῖν καὶ ἡ Γρηγορίῳ τῷ Νυσσαίων εἰρηται πρότερον,  
 Δίνα γνῶτε τὴν τοῦ καλοῦ συμφωνίαν ἐκασταχόθεν καὶ πολλα-  
 χόθεν ὁμοίως ἔχουσαν. „ὁ ἄρτος,” φησὶν, „ἄρτος ἐστὶ τέως κοι-  
 νόσ· ἀλλ' ὅταν αὐτὸν τὸ μυστήριον ἱερουργήσῃ, σῶμα Χριστοῦ  
 λέγεται τε καὶ γίνεται.” ἢ που μακρὰ τις ἂν εἴη σχολῆς ἁωρία, 10  
 μὴ τοῖς οὕτω λεχθεῖσιν ἀρκουμένους πλείω ζητεῖν εἰς ἐκλογὴν  
 τοῦ καλοῦ τε καὶ χείρονος ἔτι. ὁρᾶτε γὰρ ἡμεῖς, ὅπως ἀμογητὶ,  
 E καὶ κατὰ τὸ αὐτόματον εἰπεῖν, ἀναρῶρήννται πανταχόθεν τὰ τῆς  
 πονήρῳς τοῦ ἀνδρὸς ἑορτῆς ἀνακαλυπτῆρια, καὶ δέδεικται σα-  
 φῶς πάσαις μὲν αἰρέσεσιν ἐνοχος ὢν, πάσας δ' ὑπερβάλλων ἐκα- 15  
 V. 575 σταχοῦ, πάσας δ' εἰς ἀναίρεσιν τῆς ἐνσάρκου θείας συνάπτων  
 οἰκονομίας· ὡς ἀνωτέρω τε πολλὰκις ἡμῖν δέδεικται καὶ πολλῷ  
 πρότερον ἐν τοῖς ἡμῶν Ἀντιδόητικοῖς. πηγὴ δ' ὑπάντων κακῶν  
 F τούτων καὶ θεμελίος ἀμαθία καὶ οἷσις, οἷς φάρμακον οὐκ  
 ἔστιν εὐρεῖν τῶν ὑπάντων οὐδὲν οὐδαμῆ· οὐδ' ἀλώσιμα ταῦτα 20  
 τέχνη γένοιτ' ἂν οὐδενὶ γε τῷ τρόπῳ τῶν πάντων τινί. ἢ γὰρ ἂν  
 ᾗδει καὶ αὐτὸς, ἀκούων τῶν ἱερῶν καὶ σοφῶν διδασκάλων τῆς

4. συμφωνοῦν coni. Capp. 6. τῷ em. Capp., τῶν apogr.

prime congruant, quem inter se semel effecerunt aut cum similibus aliis  
 servant concentum, hunc dissolvere nequaquam possunt: malum autem,  
 cum nullis regulis accommodatum sit, nullis consonat; sed ei, quod ex na-  
 tura sua bonum est repugnat, ut et iis, quorum concentu paulo ante gau-  
 debat, imo secum etiam peraeque pugnat. Adeo insane semper et absur-  
 de mala sese habuerunt. (XIV.) Verum operae pretium est ut ea vobis  
 afferam, quae sanctus Gregorius, Nyssenorum episcopus, olim protulit, ut  
 multis e locis et undecunque bonum sui semper esse simile, cognoscatis.  
 „Panis,” inquit, „hucusque communis est panis: cum autem eucharistico  
 mysterio fuerit consecratus, Christi corpus dicitur et efficitur.” Certe  
 multo intemptivoque otio abundarent, qui supra dictis minime contenti  
 adhuc plura quaererent, ut boni ac peioris delectus haberetur. Ipsi enim  
 videtis, ut nullo negotio atque, ut ita loquar, sponte ac ultro erumpant un-  
 dequaque nefanda hominis istius festa, et impia mysteria retegantur.  
 Omnium haereson Palamam reum evidenter peragemus; demonstravimus  
 omnes haereticos ab ipso ubique superari; cunctas ab eodem connecti simul  
 haereses, ut divinae incarnationis mysterium evertat, quemadmodum saepe  
 supra et nostris in Antirrheticis multo antea ostendimus. Horum autem  
 omnium fons atque causa malorum est ignorantia et arrogans de se con-  
 cepta opinio, quibus nullum omnino inveniri potest remedium; neque ars  
 ulla est, quae qualibet ratione possit haec sanare. Alioqui artem huiusmodi  
 nosset ipse Palamas, qui a sacris et sapientibus ecclesiae doctoribus audiit,

ἐκκλησίας, μὴ εἶναι διαφορὰν οὐσίας καὶ ἐνεργείας ἐφ' ἑπλήης A. C. 1851  
καὶ ἁσωμίτου φύσεως, καὶ μάλιστα πάντων τῆς θείας ἐκείνης Imp. Io. Can-  
καὶ ὑπὲρ νοῦν, μὴδ' ἐς τοσαύτην ἦκειν διαίρεσιν, ὡς τὴν μὲν tacz. 5  
ἀμέθεκτον εἶναι παντάπασιν κτισμασιν ἅπασιν καὶ ἄνω που περιγε-  
5 γραμμένην, τὴν δ' ἐνεργεῖαν ἐς τὰ περιγεια κατιοῦσαν ἀνούσιον P. 714  
σάρκα τε δύνασθαι φορέσαι μεθ' ἰλαρότητος καὶ αὐτὴν τε μέ-  
νουςαν ἄκτιστον ἄφλεκτόν τε διατηρεῖν τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ  
πρὸς γε μεταδιδόναι καὶ τῆς οὐκείας ἀκτιστότητος αὐτῆ· ὃ τῆ  
θεία οὐσία ἐνεῖναι οὐδ' συγκεχώρηται οἱ. φθειρεσθαι γάρ φησι τὴν  
10 σάρκα, πρὶν αὐτῆς μετασεῖν. τῆς γοῦν ἁγίας παρθένου μηδα-  
μῆ φλεχθείσης μὴδ' ἀναλωθείσης τῷ πυρὶ τῆς θείας οὐσίας, B  
συνάγεται κατ' αὐτὸν, μὴ τὴν θείαν οὐσίαν ἐξ αὐτῆς σεσαρκῶ-  
σθαι τοῦ λόγου, ἐνεργεῖαν δ' οὖν, ἄκτιστον οὖσαν μὲν καὶ αὐ-  
τὴν, ἀνούσιον δὲ καὶ ὑφειμένον πως καὶ μὴ πάνυ τοι φλέγον τὸ  
15 πῦρ κεκτημένην. οὐ γάρ ποτ' οὔτε του τῶν ἄλλων ἁγίων, οὔτ'  
οὖν Ἀθανασίου τοῦ θείου ἀκήκοε βοῶντος τοῖς Μανιχαίοις· „εἴ-  
πατε, οἱ ἐφευρεταὶ τοῦ καινοῦ καθ' ἑμᾶς εὐαγγελίου, πόθεν  
ἑμῖν κατηγγέλη, σάρκα ἄκτιστον λέγειν, ὥστε ἢ τὴν θεότητα C  
τοῦ λόγου εἰς μετάπτωσιν σαρκὸς φαντάζεσθαι, ἢ τὴν οἰκονο-  
20 μίαν τοῦ πάθους καὶ τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως, δόκησιν  
νομίζειν καὶ φαντασίαν. ἄκτιστος μὲν γὰρ πέφηνε μόνη ἡ ἁγία

11. φλεχθείσης Capp. in textu, in mg. conl. φθαρθείσης, in apogr.  
erat φθειθείσης. 18. κατηγγέλλη vel κατηγγέλλη edd. 20. ὡς  
δόκησιν ed. 21. καὶ φαντασίαν deest in ed.

in simplici atque incorporea et omnium maxime in divina illa, quae omnem intellectum superat, natura, nullum essentiae et operationis esse discrimen; nec eas inter se tantopere differre, ut essentia quidem ab nulla creatura possit ullo modo participari, et caelestibus locis quodammodo circumscripta sit. Operatio autem, seu efficacia per se minime subsistens, ad res terrenas descendat, libenter et hilare carnem gestet, ipsa increata et inconsumpta manens conservet humanitatem, cum qua insuper sibi propriam increati conditionem communicet; quod in divinam substantiam convenire Palamas inficiatur. „Caro enim,” inquit, „prius absumeretur, quam divinae fieret substantiae participes.” Cum itaque sancta Virgo, divinae substantiae igne combusta aut consumpta non fuerit, colligitur secundum eius opinionem, divinam Verbi substantiam ex ipsa beata Virgine non fuisse incarnatam, sed operationem seu efficaciam quandam duntaxat, increatam quidem, sed per se minime subsistentem, quae inferiorem seu remissum ignem nec omnino combustivum possidebat. Namquam enim illum e sanctis Patribus, sanctum praesertim Athanasium, audiit Manichaeis clamantem: „Dicite, auctores novi secundum vos Evangelii, undenam vobis praedicatum est, carnem increatam esse dicendam, ita ut aut deitatem verbi in carnem dilapsam et mutatam fuisse comminiscamini, aut oeconomiam passionis, mortis, et resurrectionis, meram apparentiam et phantasiam existimetis? Sola enim sancta deitatis Trinitas est increata et a-

- A. M. 6859 τριὰς τῆς Θεότητος, αἰδιόσ τε καὶ ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος." καὶ  
 Ind. 4 μετ' ὀλίγα· „τὸ γὰρ ἄκτιστον τῇ φύσει λέγεται ἄκτιστον, μήτε αὐ-  
 D5ησιν μήτ' ἐλάττωσιν ἐπιδεχόμενον." καὶ πάλιν· „τίς γὰρ ἀκούων  
 ἄκτιστον τὸ τοῦ κυρίου σῶμα, ἑαυτὸν δὲ ποιηθέντα καὶ κτισθέντα  
 εἰδὼς, οὐκ ἐννοήσει, ψευδεὶς μὲν εἶναι τὰς θείας γραφὰς, ἑαυτὸν δὲ  
 μὴ ἔχειν πρὸς τὸν Χριστὸν κοινωνίαν." καὶ μετ' ὀλίγα· „ἄκτιστος  
 γὰρ ὑπαρξίς μόνῃ ἢ τῆς Θεότητος νοεῖται· ὥστε καὶ τὴν ἄκτιστον  
 παθητὴν λέγειν ἀσεβὲς, καὶ τὴν παθητὴν ἄκτιστον ὀνομάζειν."  
 καὶ πάλιν· „ὅλως ἐν τοῖς ποιήμασι τὸ λεγόμενον ἄκτιστον τὸ  
 E μηδέπω ὑπάρξεν λέγεται, ὅτι μὴ γέγονε." καὶ ἀλλαχοῦ· „οὐκ ὡς 10  
 αἱρετικοὶ φασιν, ὅτι ἐνέργεια παρὰ τοῦ πνεύματος ἐγένετό τις ἐν  
 τῇ παρθένῳ, τοῦ τελεσθῆναι τὴν σάρκωσιν." (IE.) Τὰ δ' αὐτὰ  
 περὶ ἄκτιστου καὶ ὁ Νουσσαῖος πρὸς Εὐνόμιον φάσκει Γρηγόριος·  
 „μόνη τῆς κτίσεως ὑπέρεκειται ἡ θεία τε καὶ ἄκτιστος φύσις τοῦ  
 Θεοῦ." καὶ πάλιν· „ἄκτιστον, πλην θείας φύσεως, οὐδέν." ὁρᾶτε 15  
 F πῶς ὑπὸ τῶν ἁγίων περιφανῶς ἀναιμῶνται Μανιχαῖοί τε καὶ  
 Ἀπολλινάριος, Ἀρειόσ τε καὶ Εὐνόμιος, οἱ ταῦτα τῷ Παλαμῇ  
 πάντες φθηγόμενοι· ὡς νῦν γε καὶ αὐτὸς ἐκείνοις ταῦτα φθηγ-  
 V. 576 γόμενος ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐκείνοις συναναίρεται ξιφῶν. ἦτι δὲ καὶ  
 Εἰκονομάχος ὢν πεφώραται μὲν καὶ πρότερον ἐκ πολλῶν, ὡς 20  
 P. 715 ἐδείξαμεν, οὐκ ἤττον δὲ καὶ τούτων, ἀκούσατε καὶ Θεοδώρου  
 τοῦ μεγάλου καὶ σοφοῦ τῆς ἐκκλησίας ἐκείνου κήρυκος, την-

5. ἐννοηθήσεται ed. ἁγίας ed. 9. ὅλως μὲν οὖν ed. 11. ἐτέ-  
 γειά τις ed. 18. Pro ὡς Capp. conl. 86.

terna, immutabilis et invariabilis." Et post pauca: „Nam quod increatum est, natura sua increatum dicitur, nec accessionem vel diminutionem admittit." Et iterum: „Quis enim, increatum si audiat Domini corpus, seque factum et creatum agnoscat, non coniectabit falsas quidem esse Scripturas divinas, et sibi nullam esse cum Christo communionem?" Et paucis interioris: „Nam sola deitatis substantia increata esse intelligitur; ita ut impius sit, vel increatum substantiam vocare patibilem, vel patibilem increatam appellare." Et rursus: „Profecto inter creatas res illud increatum dicitur, quod nondum existit, quia factum non est." Et alibi: „Non, quod aiunt haeretici, aliqua energia, seu operatio, a sancto Spiritu facta est, ut incarnatio compleretur." (XV.) De increato eadem profert sanctus Gregorius Nyssenus contra Eunomium. „Sola (inquit) divina et increata Dei natura supra omnem creaturam posita est." Et iterum: „praeter divinam naturam, nihil est increatum." Videtis, ut a sanctis Patribus confodiantur Manichaei, Apollinarius, Arius et Eunomius, qui eadem cum Palama dicebant; quemadmodum nunc etiam ipse Palamas, eandem cum ipsis voces proferens, una cum ipsis eodem gladio iugulatur. Porro Iconomachus esse Palamas ex multis antea deprehensus est, sicut ostendimus, nec minus ex his potest deprehendi: quod ut pateat, audiat velim magnum et sapientem illum ecclesiae praedicatorum Theodorum, qui tunc aderat et cum Ico-



καὶ ταῦτα παρόντος καὶ πολεμοῦντος συγχὰ τοῖς Εἰκονομάχοις, ἅτε <sup>A. C. 1851</sup> ἐν χερσὶ τῆς μάχης καθισταμένης. „τὸ μὲν φθαρτὸν τοῦτο,” φη- <sup>Imp. lo. Can-</sup> <sup>tacuz. 5</sup> σιν, „ἐνδύσασθαι δεῖν ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν ἀθανασίαν, ὃ μέγας μυσταγωγεῖ ἀπόστολος· τὸ δὲ σῶμα ἄσωματότητα ἐνδύσασθαι, ἢ τὸ κτιστὸν γενέσθαι ἄκτιστον, ἢ τὸ περιγραπτόν εἰς β ἀπεριγραψίαν μετατεθεῖσθαι, οὐπω μέχρι καὶ τῆμερον ἤκουσται.” καὶ πάλιν „εἰς θεότητος φύσιν οὐκ ἂν τι τῶν γεννητῶν καὶ τελούτων ἐν κτίσμασι μετασταθῆ ἂν ποτε, κἂν μυριάκις βλασφημοῦντες οἱ Εἰκονομάχοι φαίνωνται.” καὶ πάλιν „τί οὖν, φθείρει 10 ἢ ἀφθαρσία, καὶ ἢ ἀθανασία ἀπόλλυσιν; ἀλλ’ οὐκ ἔστι λόγον ἔχον τοῦτό γε.” ἀκούετε πῶς καὶ Εἰκονομάχοις ταῦτά φθεγγόμενος C Παλαμῆς, ὁ τῆς νῦν ἐκκλησίας διδάσκαλος, τοῖς αὐτοῖς βάλλεται βέλεσι πρὸς τοῦ στρατηγούντος γενναίως ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας πατρὸς καὶ διδασκάλου τῆς ἐκκλησίας. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον 15 ἔσχε τὸν τρόπον· καὶ οὕτω σὺν γε θεῷ τοὺς λόγους ἠήσαμεν, τοὺς τε νῦν ἡμῖν προστεθέντας καὶ οὓς μεταξὺ μὲν τότε τοῦ ἀγῶνος ἐνεσηκότος καὶ τῆς χρείας ἀναγκαζούσης διήμεμεν, νῦν B δὲ διὰ μῆκος παρελλόμεν.

β. Ἐκεῖνοις μὲν δι’ ἀπεχθείας καὶ βάμους μακροῦ τὰ λεγόμενα ἦκε, καὶ ἐς πολλὴν τὸ θυμούμενον τῆς ψυχῆς ἐξεβλόγη σφίσι 20 πυρρόν· καὶ ὥσπερ ἐμμανεῖς γενόμενοι δυοῖν ἔφασκον εἶναι θάτερον ἐξ ἀνάγκης· ἢ γὰρ, ἅγιους ὄντας, μὴ λέγειν τοιαῦτα· ἢ

6. μετατεθεῖσθαι al. et quidem rectius, indic. Capp. 16. προστεθέντας em. Capp., προστεθέντες apogr. 19. ἀπεχθείας em. Capp., ἀπεχθειαν apogr.

nomachis assidue decertabat, utpote cum ad manus tunc ventum esset et pugna ferretur: „Quod,” inquit, „hoc quidem corruptibile oporteat induere incorruptibilitatem, et mortale hoc immortalitatem, magnus nos edocet Apostolus: at hucusque non est auditum, quod corpus incorporeitatem induere debeat, aut increatum fieri, quod creatum est, aut circumscriptum in incircumscriptum commutari.” Et iterum: „In divinitatis naturam nihil rerum factarum et quae in creaturam albo recensentur, converti poterit, quamvis id Iconomachi sexcenties blasphemando effutiant.” Et rursus: „Quid igitur? incorruptibilitas corrumpit, et immortalitas mortem infert? at hoc ab omni ratione alienum est.” Auditus, quemodo Palamas, praesentis ecclesiae doctor, eadem cum Iconomachis verba proferens, iidem quoque talis configatur a sancto Patre et ecclesiae doctore, qui suscepti pro catholica fide belli generosum sese ducentem praebuit. Et haec quidem ita se habuerunt: sicutque Deo iuvante sermones illos absolvimus, tum quos nunc in medium vobis referendo proposuimus, tum quos calente pugna et cogente tunc necessitate habitos, ob nimiam longitudinem modo praetermisimus.

2. Isti porro sermones illis valde odiosi ac molesti acciderunt, et erumpente ipsorum ex animis ira excanduerunt; et veluti quodam furore perciti e duobus alterum necessario consequi asserebant: „vel enim,” inquitabant,

- A. M. 6859 λέγοντας, ἁγίους οὐκ ἂν εἶναι· οὐδὲ γὰρ ἂν ποτε φαιῖμεν ἡμεῖς, <sup>ind. 4</sup>  
**E** οὔτε τὰ διειλημμένα πνεύματα, οὐκ οὖν οὐδὲ τὰς τοῖς κτίσμασι  
 διδομένας χάριτάς τε καὶ ἐνεργείας ἐκ τοῦ παντός αἰῶνος, ὡς  
 οὐκ εἶεν κατὰ τὸ ἀναμφλεκτον ἄκτιστα. εἰ γὰρ καὶ θεὸν διδόναι  
 κτιστὰ συγχωροίμεν, τί ἂν εἴη τὸ τῆς θείας ὑπεροχῆς ἐξαίρετον; <sup>5</sup>  
 τοῦτο γὰρ καὶ ἀνθρώποις ἔξῃστι ποιεῖν ἕλ, καὶ διδόναι οἷς ἂν  
 τις ἐθέλοι ὁπόσα ἂν τῶν προσκαίρων καὶ ὅσα τῶν κτισμάτων ἐθέ-  
**F**λοι. θεὸς οὖν ἄκτιστος ἄκτιστα διδοῖ ἂν κατὰ τὸ εἶκός. εἰ δέ  
 τις ἄλλως ἐθέλοι λέγειν, ἀπόβλητος ἂν εἴη ἡμῖν ἐκ παντός γε τρό-  
 που, κἄν οὐρανοῦ βοῶσι βρονταί, κἄν στοιχεῖα πάντα φωνήεντα <sup>10</sup>  
 καταστάντα λέγη ταυτί. (B.) Ἐμοῦ δὲ τῶν ἁγίων προκομίζειν  
 ἐπιχειροῦντος τὰς βίβλους, ἐκείνοι μὴδὲ μικρὸν γούν ἀνασχόμενοι  
 ἐξανέστησαν, πολλὴν ἱμοῦ καταχέοντες χλεύην καὶ πλείστα τε  
 λέγοντες ἕτερα καὶ „ὡς ἀσύνετα δροῖς κατὰ σεαυτοῦ, βασιλικοῖς  
 P. 716 ἀντιπράττων προστάγμασιν, ἔξδν ἐνδόντα βραχὺ μέλλονος ἢ κατὰ <sup>15</sup>  
 τὴν πρὶν ἀπολαύειν εὐμένειαν, ἐκ τε βασιλέων καὶ βασιλίδων,  
 \*καὶ ἅμα πρὸς πάντων, ὅσοι τε τῶν συγλητικῶν καὶ ὅσοι τῶν  
 ἄλλως ἐχόντων αἰδοῦς καὶ τιμῆς. καὶ μὲν δὴ κεφάλαιον, ἔφασαν,  
 ἔστω σοι τοῦτο τῶν λόγων, ὡς ἐπιμένων ταύτῃ τῇ σκληρότητι  
 πολλῶν μὲν στερήσῃ τῶν ἀγαθῶν, πολλῶν δὲ πειραθήσῃ τῶν <sup>20</sup>  
 λυπηρῶν· καὶ ἅμα τῶν μὲν σῶν λόγων ὅσοι ἐπ' ἐκκλησίας ἐν  
 Βταῖς τῶν ἁγίων ἀναγινώσκονται μνήμαις, πῦρ δαπανήσει πολέ-

16. σύμνελας con. Capp.

20. στερεθήσῃ con. Capp.

„Sancti sunt, et sic ista non dixerunt; vel ista dixerunt, ac proinde Sancti non sunt. Absit enim, ut dicamus unquam, non esse dubio procal increata, tum illa sancti Spiritus dona, quae Deus varie distribuit, tum gratias et operationes, quas ab omni aevo creaturis largitur. Nam si creatas res dari etiam a Deo fateremur, quid egregii praeter caetera et eximii divina maiestas haberet? Hoc enim facere semper ipsi homines possunt; nempe quibualibet dare quotquot temporaria et quaecunqve creata quispiam voluerit. Deus itaque, cum sit increatus, par est ut increata largiatur. Si quis autem aliter loqui velit, hunc omni prorsus ratione reiicimus, licet caelestia tonitruum clamor audiatur, licet omnia quoque elementa fiant vocalia et isthaec proferant.” (II.) Cum vero me accingerem ad afferendos sanctorum Patrum libros, illi ne tantillum quidem sustinuerunt: sed statim surrexerunt, valde me irridentes, et haec inter alia plurima mihi dixerunt. „Nae tu,” inquebant, „imprudenter et insipienter adversus temet ipsum agis, quod sanctionibus imperatoris obsistas; cum liceret (si paulo remissior esses) longe maiorem quam antea imperatorum, imperatricum, et omnium quicunqve vel senatorii sunt ordinis, vel aliqua dignitate alia et honore fulgent, benevolentiam consequi. Caeterum (aiebant) sermonis nostri summa illa sit: si ita obstinatus permanseris, multorum quidem bonorum iacturam facies, multa vero tristitia malaque habebis. Adde, quod sermones tuos omnes, qui per festos Sanctorum dies in ecclesia leguntur,

μιον καὶ ἀντίθετον ἅπαντας ἐν βραχεῖ, προστάττοντος βασιλέως· A. C. 1351  
 σὸ δ' ἄταφος θανὼν ἔξω ποῦ ριφήσῃ τῆς πόλεως." (Γ.) Ἐγὼ Imp. Io. Can-  
 δ' ὑπολαβὼν Διοκλητιανοῦ καὶ τῶν ἐκείνου καιρῶν ἔφασκον εἰ- tacuz. 5  
 ναι ταυτὶ τὰ ῥήματα· καὶ μὴ, τὰ μέγιστα χαριζόμενοι τῶν κα- V. 577  
 5 λῶν, συγγεῖτε τὴν χάριν ἐν τῷ τῆς ἀπειλῆς σχήματι. τοὺς γὰρ C  
 μαρτύρων ἐμοὶ στεφάνους ὑπισχνόμενοι χορηγεῖν κακίστοις δνό-  
 μασι τὰ βέλτιστα δοκεῖτε συγγεῖν· καὶ ὑμεῖς μὲν ὧν βασιλεῖς κύ-  
 ριος, ἀπειλεῖτε· ἐγὼ δ' ὧν ἐγὼ κύριος σὺν γε θεῷ καὶ πάνν φυ-  
 λάττειν, ἀγωνιοῦμαι καὶ μέχρι θανάτου στήσομαι, τὸ φρόνημα  
 10 τηρῶν ἀδούλωτον. εὐσεβεῖν μὲν γὰρ ἀνάγκη, ζῆν δ' οὐκ ἀνάγκη·  
 καὶ θνήσκειν μὲν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀνάγκη, θάπτεσθαι δ' οὐκ ἂν  
 ἀνάγκη. κἀκεῖνοι μὲν ἐν τούτοις ἀπήεσαν. (Δ.) Ἐμοὶ δὲ πάλιν D  
 κλειθρα καὶ μοχλοὶ θυρῶν ἐπήγοντο, καὶ τῶν προτέρων πικρό-  
 τεροὶ φύλακες. καίτοι γε ἐβουλόμην γ' ἂν ἐπ' αὐτῶν καὶ θάτε-  
 15 ρον μέρος τῆς σφῶν ἀπειλῆς τῇ προσηκούσῃ παραπέμψαι χλεύη,  
 καὶ δεῖξαι κἀνταῦθα διαφιλέστερον, ὅσον τῆς ἀπονοίας τὸ ἄγνω-  
 μὸν τε καὶ εὐθες. οἱ δὲ, ὡς ἔοικε, τὴν ἑαυτῶν αὐτοὶ κατα-  
 γνόντες αἰσχύνην, κωφοὶ τοῖς λεχθησομένοις ἀπιόντες ᾤχοντο.  
 εἶναι γὰρ Παλαμίταις τὸ σκοπιμώτατον, παῦσαι μὲν τὰς ἐορτὰς E  
 20 τοῦ θεοῦ, τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν μηδαμῶς αὐτοῦ προσιεμέ-  
 νοις· παῦσαι δὲ καὶ τοῖνομα τοῖς λόγοις τούτοις τοῦμὸν μετὰ  
 τῆς ἐμῆς ἐμφαινόμενον εὐσεβείας. εἰ οὖν τοῦτο διδοίη τις, οὐκ  
 7. συγγεῖν em. Capp., συγγεῖων apogr. 13. πικρότεροι em. Capp.,  
 πικρότερα apogr.

iubente imperatore, inimicus et infestus ignis brevi absumet; tu vero post  
 obitum tuum extra urbem insepultus aliquo proiiceris." - (III.) Illorum ego  
 sermonem excipiens, „haec," inquam, „Diocletiano eiusque temporibus nolite  
 congruunt. Et certe cum maxima mihi bona gratificantes offeratis, nolite  
 minarum obtenta gratiam istam confundere. Nam dum pollicemini fore ut  
 Martyrum mihi coronas impertiatis, res optimas pessimis, ut videtur, no-  
 minibus confunditis. Et vos quidem ea minitami, quae sunt penes impe-  
 ratorem: ego autem (quae iuvante Deo constanter servare penes me est)  
 certabo et usque ad mortem stabo, nemini mancipatam mentem conservans.  
 Nam pietatis exercendae summa est necessitas, nulla autem vivendi: pro  
 pietate quoque mori necesse est, non item sepeliri." Interim illi abierunt.  
 (IV.) Ut autem arctius iterum custodirer, foribus admoventur serae, pes-  
 sulii obduntur, et custodes prioribus acerbiores apponuntur. Maxime ta-  
 men optarem, ut alteram partem eorum comminationis congruo derisu pro-  
 sequi coram ipsis mihi licuisset, et ibi luculentius ostendere, quanta fuerit  
 vesanorum hominum amentia et stoliditas. Illi autem, ut videtur, perspe-  
 cta sua ipsorum ignominia, obscuruerunt ad res dicendas, et discesserunt.  
 Hunc enim sibi praecipuum Palamitae scopum proponunt, ut tum omnes  
 Dei festos dies aboleant (quoniam incarnationis eius mysterium nullatenus  
 admittunt), tum etiam impediunt, ne amplius in istis homiliis ac sermo-  
 nibus nomen meum mea cum pietate appareat. Quod si concederet quis-

A. M. 6859 ἂν φθάνοι τὰς Μωσέως καὶ Δαβίδ καὶ πάσας Ἰουδαϊκὰς διαγρά-  
Ind. 4

A. C. 1351 φων βίβλους, ἅτε χρόνοις ὕστερον ἐκκηρύκτου καταστάντος τοῦ

Imp. Io. Can-Ἰουδαίων ἔθλους ἡμῖν. καὶ μοι θαυμάζειν περὶ στί, πῶς Νεστό-  
tacz. 5

**Ρ**ριον μὲν καὶ Εἰκονομάχος τᾶλλα ζηλοῦσιν αὐτοῖς, ᾧ μάλιστα  
γε ἐχρῆν ὀπωσοῦν ἐχομένην φιλαυτία, ἐν τούτῳ μάλιστα ζηλοῦν  
οὐ γηγένηται νῦν. τὴν γὰρ τοῦ Θεοῦ λόγον συγγέροντες ἐνανθρώ-  
πησιν ἐκείνοι, καὶ τὰς Θείας ἐκ μέσου ποιοῦντες εἰκόνας, ὅσα

**P. 717** μουσουργοὶ καὶ λογογράφοι τῇ ἐκκλησίᾳ καταλελοῖπασιν ἕσματα  
καὶ λόγους, τούτων δ' οὐδὲν οὐδαμῇ συνεξώθησαν· ἀλλ' ἤθρον  
καὶ ἐτησιοῖς ἐγέραιρον πανηγύρεσιν. οὗτοι δὲ, τό σφισιν εἰωθὸς 10  
κἀνταῦθα ποιεῖν οὐδαμῇ γε ὀκνοῦντες, καὶ ταύτῃ κἀκείνους τῇ  
κακίᾳ φιλονεικοῦσι νικῆσαι. αἰσχύνῃ γὰρ τοῦτο, καὶ μάλα ἀπό-  
βλητον εἶναι νομιζέται Παλαμίᾳ, καθ' ὅποσα τοῖς ἀρχηγοῖς τῶν

**B**αίρέσεων εὐρηται σπέρμα δυσσεβείας ἀρκεῖσθαι, εἰ μὴ καὶ τὴν  
παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέρει κακίαν ἐπὶ κακίᾳ. ἐνεργὸν γὰρ αἰεὶ τὸ 15  
φιλότιμον ὃ ἀνὴρ ἐνδείκνυται, πανταχῇ πάντας κακοὺς ἐν κακοῖς  
ὑπερβύλλων.

riam, fieri non posset, quin protinus Mosis, Davidis, et omnes Iudaeorum libros oblitteraret, utpote cum iampridem Iudaeorum gens a nobis damnata et proscripta fuerit. Et hoc mihi valde mirum accidit, quomodo Nestorium et Iconomachos in aliis aemulentur, nec tamen eosdem nunc aemulati fuerint, hac praesertim in re, in qua illos aemulari deberet is, qui qualicumque sui amore teneretur. Nam licet Dei Verbi incarnationem everterent Iconomachi, et divinas imagines e medio tollerent, attamen nullos hymnos, nullas homilias, nulla cantica, ex iis quae scriptores huiusmodi operum ecclesiae reliquerunt, abolevere: immo canebant et anniversariis honorabant solemnitatibus. At vero cum Palamitas, quod sui moris est, hic etiam perpetrare neutiquam pigeat, ista quoque Iconomachos improbitate superare contendunt. Probrosus enim et reiectaneus Palamae videtur, sibi satis habere quaecunque ab haereseon ducibus reperta sunt semina impietatis, nisi illorum improbitati suam quoque improbitatem conferat et adiungat. Namque actuosam semper ambitionem praese fert Palamas, et malitia malos omnes ubique superat.

**A N N O T A T I O N E S**


**HIERONYMI WOLFI**

**CAROLI DUCANGII**

**IOANNIS BOIVINI**

**CLAUDII CAPPERONNERII.**





## A N N O T A T I O N E S

HIER. WOLFII, CAR. DUCANGII, IO. BOIVINI, CL. CAP-  
PERONNERII.

*Pag. 1, 1. ed. Bonn. Titul. ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗ-  
ΓΟΡΑ ΡΩΜ. ΙΣΤ.]* In Codice Regio, qui libros undecim  
prios complectitur, titulus est, *Νικηφόρου τοῦ Γρηγοῦ Ῥωμαϊκῆς  
σύνταξις ἱστορίας, περιέχουσα ἐτῶν ἑκατὸν καὶ πενήτηκοντα διήγη-  
σιν· ἤγουν ἀπὸ τοῦ βασιλέως Λάσκαρι πυχλίου Θεοδώρου μέχρι τῆς  
βασίλειας τοῦ Καντακουζηνού.* Id est, *Nicephori Gregorae Roma-  
nae historiae liber, continens annorum CL. narrationem, nempe ab  
imperatore Dom. Theodoro Lascari usque ad imperium Cantacu-  
zeni.* Editio Wolfiana inscriptionem hanc praefert, *Nicephori Gre-  
gorae, Romanae, hoc est Byzantinae historiae libri XI. quibus res  
a Graecis imperatoribus per annos CXLV. a Theodoro Lascari priore  
usque ad Andronici posterioris obitum gestae describuntur etc.*  
Neutrum titulum retinimus, propterea quod in utroque male sub-  
ducta erat annorum ratio. Nam undecim libri priores historiam  
continent, non CL. aut CXLV. sed tantum CXXXVII. annorum,  
CXXXV. Davidi Chytraeo. Wolfium in errorem induxit codex suus,  
in quo scilicet huiusce historiae lib. XI. cap. XI. sect. 1. perperam  
anni viginti ab Urbe capta numerabantur, cum tredecim tantum  
numerari oporteret. Vide notas infra ad eum locum. βοϊνιν.

*Pag. 5, 4. Ἡ δὲ γῆ τὴν ἄτρεπτον ταύτην ὁμοίως ἀρχῆθεν αἰεὶ  
τροπομένη τροπήν]* Vel τὴν ἀκίνησιαν intelligit: Terra enim cen-  
trum immobile universitatis rerum a plerisque statuitur: vel vices  
temporum, quibus nunc sterilis aequale, nunc foecunda floret,  
sicut Fortuna et Luna constantes in levitate sua dicuntur. WOLFIIUS.

*Pag. 5, 9. ἢ γὰρ ἂν ἑλλίπετς ἰδοῦκε]* Ita legendum, non ἢ  
γὰρ ἂν, ut legebat Wolfius. Sic infra lib. XV. cap. VI. sect. 1.  
*ἢ γὰρ ἂν ἐς τὸ θαυμάσιον ἐσχομισάμενοι τὰπιτῆδεια.* Sic apud  
Homer. Iliad. α. ἢ γὰρ ἂν Ἀτρεΐδῃ νῦν ὕστατα λαβήσαιο. βοϊνιν.

*Pag. 5, 15. Καὶ προφήτας ἕτερον τρόπον]* Basilius Imp. in  
Paraenetic. cap. LXVI. *παρελθόντων τὰ πάθη τοῖς νῦν παρούσιν  
ἐπάργει διδασκάλια.* DUCANG.

*Pag. 6, 8. Ἐπεὶ δ' ὅπερ ὀφθαλμὸς*] Pachymeres lib. I. Hist. cap. 1. *Ἱστορίας, ὡς ἂν τις εἴποι, ψυχῇ ἢ ἀλήθειαι, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας χρεῖμα ἐπαναγκῆς ἱερὸν.* Ideo Eunapius aiebat *historicos, priuquam se ad scribendum accingerent, τῆς ἀληθείας πρόθυρα καὶ πύλας adorare debere.* Vide Ciceronem II. de Oratore, et alios passim. DUCANG.

*Pag. 6, 21. Ἀνδρονίκῳ τῷ Παλαιολόγῳ*] Seniori, quem πολὺν τὴν σύνεσιν fuisse ait, cui proinde longe potius convenit, quam Iuniori, quo imperante potissimum vixit ac notus fuit Gregoras. Ad quem vero ex istius tempestatis historicis pertineat, vel quem praesertim spectet ista Andronici imp. expostulatio, ex iis, quae in ea carpuntur, non omnino promptum est assequi, nisi Georgius Pachymeres intelligatur, cuius pars historiae postrema res a Seniore gestas complectitur, in qua forte eidem principi paulo aequior visus sit, et quam demum absoluit illo imperante, et annum aetatis quinquagesimum agente, ut idem scriptor testatur lib. XIII. cap. ult. DUCANG.

*Pag. 6, 23. Ἐπὶ τούτων τῶν ἀνδρῶν ἔτι παρόντων*] Fortasse *περιόντων, illis adhuc superstitis.* WOLFIVS.

*Pag. 6, 24. Καὶ ἵνα μὴ τῶν ἀνανταπόδοτον,* nisi forte ab illo pendeat, *ὡς καὶ πρόφασιν εὐλογον δεδωκέναι etc.,* quod tamen valde durum fuerit. WOLFIVS. Hic se haerere fatetur Wolfius. Est autem haec transitio similis ei, quae occurrit infra lib. IX. cap. X. sect. 8. *ἵνα δὲ πρὸς τὴν τοῦ παρόντος λόγου βεβαίωσιν καὶ παλαιότερῳ τινὶ διηγῆματι χρήσῃμαι· ὁπότε γὰρ Καμβύσου,* etc. Item lib. XI. cap. IX. sect. 2. *καὶ ἵν' ὡς ἐν κεφαλαιῷ διεξέλθωμεν ὅσα ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἢ τοῦ ἀνδρὸς εὐφυῶς κατέπραξε σύνεσις... αὐτοῦ γὰρ ἅμα τῷ β. βοινικ.*

*Pag. 6, 25. Ἐπ' ἐμοῦ*] *Mea aetate.* Sed quia se familiarissimum Andronico fuisse testatur Gregoras, converti, sententiam secutus, *Me audiente.* WOLFIVS. Recte Wolfius, *quam is audiente me habuit.* Sic ἐπ' αὐτοῦ lib. VIII. cap. VIII. sect. 1. lib. IX. cap. I. sect. 6. Sic ἐφ' ἡμῶν lib. VIII. cap. X. sect. 4. Sic denique ἐπ' αὐτῶν lib. IX. cap. X. sect. 8. Aliter tamen veteres. Theocritus, *Αἰθ' ἐπ' ἐμεῦ ζωῆς ἐναρίθμιος ὄφελος ἤμεις. Utinam mea aetate in vivis fuisses.* Vide notas Wolfii. βοινικ.

*Pag. 7, 5. Οἱ δὲ πρόθυμοι πρὸς τὸ λοιδορεῖν*] Contra receptam ab omnibus historiae legem: *ὅταν γὰρ εἰς τὸ τῆς Ἱστορίας ἥθος ἀναλαμβάνη, ἐπιλαθέσθαι χρη εὐνοίας καὶ μίσους, καὶ πολλάκις κοσμεῖν τοὺς ἐχθροὺς τοῖς μεγίστοις ἐκαίνοις, ὅταν αἱ πράξεις ἀπαιτῶσι τοῦτο· πολλάκις δ' ἐλέγχειν τοὺς ἀναγκαιοτάτους, ὅταν αἱ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἁμαρτίαι τοῦ καθυποδεικνύωσι.* Anna Comnena in Prologo ad Alexiad. Christodulus, seu Cantacuzenus, in Prologo Hist. p. 4. *οὐ γὰρ ἀπεχθεῖα τινὶ, ἢ φιλίᾳ (ἐξ ὧν τὸ ψεῦδος ἐπιπολὺ τίκεται) πρὸς τούτους ἀπήχθην τοὺς λόγους, ἀλλ' ἀληθείας ἕνεκα, καὶ πρὸς ἀληθείας ἐραστὴν τοὺς ποιοῦμαι.* DUCANG.



Pag. 8, 7. Τὸ δὲ καὶ κακῶν ἀρχέτυπα] Maximus Tyrius, serm. XII. ubi de historia: νῦν δὲ ἀναμιξ̄ εἰσφύρεται πάντα ἐν τοῖς λόγοις, καὶ πλειονάζει τὰ χεῖρω, καὶ κρατεῖ τὰ αἰσχροῦ, καὶ τὸ πολὺ τῆς ἱστορίας πλεονέκται, τύραννοι, καὶ πολλοὶ αἰδικοί etc. DUCANG.

Pag. 9, 15. Ἄπερ ὄπουσὺν ἠκηκόεσαν] Quo spectant quae habet Dio in Augusto, et ex eo Xiphilinus: καὶ κατὰ τοῦτο πολλὰ μὲν οὐ γιγνώμενα θουλλεῖται, πολλὰ δὲ καὶ πάνυ συμβαίνοντα ἀγνοεῖται, πάντα δὲ, ὡς εἰπεῖν, ἄλλως πως ἢ ὡς πράττεται διαθροεῖται. DUCANG. Ἄ παρ' ὄπουσὺν ἠκηκόεσαν] Ita Cod. Reg. 2078. Wolfius legit, ἄπερ ὄτ. ἢ. ut legitur in Cod. Reg. 2558. BOIVIN.

Pag. 10, 10. Ἄλλα λόγοις καὶ τούτοις πλημμελῶς ἐξ ἔτι νέου διδωκότες] Verteram, sed illa immatura aetate perperam descripserunt. Sed videtur legendum, ἑαυτοὺς δεδωκότες: eumque sensum expressi. WOLFIVS. Wolfius putat legendum esse ἑαυτοὺς δεδωκότες. Sed nil necesse est. Nam verbum δεδωκότες referri potest ad μακροὺς ἡλίους; ut constructio sit, δεδωκότες τοὺς μακροὺς ἡλίους τῇ τούτων σχολῇ, totis diebus in earum otio consumptis. Facile tamen crediderim, non legendum quidem sed subaudiendum esse pronomen ἑαυτοῦς. Certe post verbum διδόναι passim apud Gregoram subauditur pronomen. Exempla habes lib. VI. cap. VI. sect. 4. lib. VIII. cap. V. sect. 1. et sect. 8. pag. 191. F lib. IX. cap. I. sect. 4. etc. BOIVIN.

Pag. 10, 13. Εἰ δὲ μηδὲ τούτοις οὐτως πῶς ἐδίδουν, οὐδὲν μέγα τὸ ἐκεῖνων ὑπῆρχεν ἀντάλλαγμα] Davus sum, inquit ille in comedia, non Oedipus. Me vero, cum in Sphingem incidissem, Oedipum esse oportuit, quocumque eventu. Gratum mihi facient, qui aenigma hoc dexterius explicarint. WOLFIVS. Wolfius hoc loco Davum se ipse profitetur. Ego verti, Verum etsi litteris totos dies in hunc modum non dedissent, subaudiendo τοὺς μακροὺς ἡλίους, quod praecessit. Nunc autem malim subaudire ἑαυτοὺς, et sic vertere, Verum etsi litteris totos sese in hunc modum non dedissent, eodem plane sensu. BOIVIN.

Pag. 12, 11. Ἄλλως τε οὐδὲ πάνθ' ὅσα] Videtur addendum, ἐπειδὴ οὐδὲ. WOLFIVS.

Pag. 12, 24. Ἔσται δῆλος ἐν τοῖς ἐξῆς] Quae ab aliis depravata esse asserit, nusquam convellit in hoc opere: veriore fortassis expositione citra cuiusquam reprehensionem contentus. WOLFIVS.

Pag. 13, 9. Τῆς γὰρ τοι Κωνσταντινουπόλεως ὑπὸ τῶν Λατίνων ἀλούσης] Aprilis die XII. feria II. hebdomadis VI. ieiuniorum, anno Mundi iuxta Graecos VI. MDCCXII. Christi MCCIV. DUCANG. Constantinopolis capta a Latinis anno Mundi (ut Graeci numerant) VI. MDCCXII. Chr. MCCIV. Aprilis die XII. non ut Maur. David putabat, anno Mundi VI. MDCCXI. Chr. MCCIII. Cod. Reg. 2525<sup>a</sup>. in catalogo imperatorum, Ἀλέξιος ὁ Δούκας ὁ Μούρτζου-

φλος, μῆνας β'. ἡμέρας ι'. οὐ βασιλεύοντος, παρεδόθη ἡ Κωνσταντινούπολις πρὸς τοὺς Λατίνους, ἐν ἔτει εψιβ'. κατὰ τὴν ιβ' τοῦ ἀπριλλίου μηνός. ἡμέρα δευτέρα. Ἰνδικτιῶνος ζ'. καταίχεται δὲ παρὰ τούτων χρόνοις νς'. μῆσι γ'. ἡμέρ. ιγ'. Codex 2522. in simili Catalogo, Ἀλέξιος ὁ Δούκας ὁ Μούρτζουφλος, ἡμέρας ο'. καὶ αὐτίκα γέγονεν ἡ ἄλωσις τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὑπὸ τῶν Λατίνων, κατὰ τὴν ιβ' τοῦ ἀπριλλίου μηνός, τῆς ζ' Ἰνδικτ. τοῦ εψιβ' ἔτους, ἐλθόντων καὶ πεσόντων ἀντικρὺ ταύτης εἰς Χαλκηδόνα, κατὰ τὴν κζ' τοῦ ἰουνίου μηνός, τῆς ε' Ἰνδικτ. καὶ σκυλευόντων τὰ περικύκλω αὐτῆς χρόνον ἕνα. Cum his codicibus consentiunt Georgius Acropolita, Villharduinus, et alii. Mauritius David primam oppugnationem cum expugnatione confundit. Urbs primum a Latinis obsessa est anno Mundi VI. MDCCXI. At non capta nisi anno VI. MDCCXII. Vide Nicetam Choniata. **ΒΟΙΝΙΚ.**

Pag. 13, 15. Ἀναγορευθῆναι συμπέπτακα βασιλεῖα Θεόδωρον τὸν Λάσκαριν] An. Mundi VI. MDCCXIII. Nam imperavit annos XVIII. quorum ultimus fuit annus Mundi VI. MDCCXXX., ut constat ex Cod. MS. Reg. 2731. fol. 46. V. ubi haec imperatorum series chronologica occurrit.

|        |                                      |      |         |
|--------|--------------------------------------|------|---------|
| *)     |                                      | **)  | ***)    |
| εψλ'.  | Θεόδωρος Λάσκαρις ὁ πρῶτος.          | ιη'. | αφμέ.   |
| εψξγ'. | Ἰωάννης Δούκας ὁ Βατάτζης.           | λγ'. | αφοή.   |
| εψξζ'. | Θεόδωρος Λάσκαρις παῖς Ἰωάννου.      | δ'.  | αφπβ.   |
| εψλδ'. | Μιχαὴλ Παλαιολόγος.                  | κδ'. | αρχε'.  |
| εωλς'. | Ἀνδρόνικος, ὃς Ἀντώνιος μοναχός.     | μέ'. | αρχα'.  |
| εωμθ'. | Ἀνδρόνικος ὁ ἔγγονος αὐτοῦ.          | ιγ'. | αρχδ'.  |
| εωξγ'. | Ἰωάννης ὁ Καντακουζηνός.             | ιδ'. | αρχοη'. |
| εδ'.   | Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος γαμβρός αὐτοῦ. | λζ'. | αφμς'.  |

**ΒΟΙΝΙΚ.**

Pag. 13, 17. Προσεβόησαν] Nicetas in Balduino N. VII. **DUCANG.**

Pag. 13, 19. Ἀλεξίου Κομνηνοῦ] Cogn. Magni, ducis Trapezuntini, Andronici Comneni Tyranni ex filio Manuele nepotis. Vide Familias nostras Byzantinas p. 192. **DUCANG.**

Pag. 13, 21. Κομνηνός Μιχαὴλ] Ex Angelorum stemmate. Vocabatur autem *Michael Angelus Comnenus*, Ioannis Angeli Sebastocratoris filius nothus, de quo pariter egimus in eadem lucubratione pag. 208. **DUCANG.**

Pag. 14, 6. Δολοίκος] Postea Δολοίκος: eadem μεταθέσει, qua Νικόλαος et Λαόνικος, et apud nostrates Bolgungus et Ganggalus. **WOLFIIUS.** Καὶ ὁ κόμης Πλέης Δολοίκος] Wolfius interpres,

\*) Annus Mundi, quo quisque imperare dedit. **ΒΟΙΝΙΚ.**

\*\*) Anni imperii. **ΒΟΙΝΙΚ.**

\*\*\*) Anni a Philippo Aridaeo. **ΒΟΙΝΙΚ.**

et *Pleas Comes Doloicus*, quem errorem erravit etiam apud Nicetam Choniaten, in Balduino, N. IV., ubi pariter indigitatur *Ludovicus Comes Blesensis*, utroque scriptore vocem *Blois*, seu potius *Blès*, quomodo ea tempestate urbis Blesensis nomen efferebatur, ita effingente. De Ludovico porro, ut et de Balduino Comite Flandrensi, et Bonifacio Montferratensi marchione, egimus in notis ad Historiam Gaufrédi de Villa-Harduini. DUCANG.

Pag. 15, 16. Βαρείαν ὄπλισιν] Acropolita N. XII. Ἰταλοῖς μὲν οὖν τὸ ἔθος ἐφ' ἴσκιος ὑψαύχεσιν ἐποχεῖσθαι, καταφράκτοις τε δι' ὄλον εἶναι τοῖς ὄπλοις τοῦ σώματος, κἀντεῦθεν δυσκινήτως κατὰ τῶν ἐναντίων ὀρμῶσι. Id notavit idem Gregoras, lib. IV. cap. VII. et alii, quos laudamus in notis ad Villharduinum, N. CCXII., quibus addendi Ingulfus p. 899. prioris Edit. et Walsinghamus an. MCCCII. pag. 78. DUCANG.

Pag. 15, 18. Ἀνίστανται τῶν λόγων] Eiusmodi insidiis circumventos Latinos scribunt pariter Nicetas et Gregoras. Id ipsum de Tartaris narrat Vincentius Beluacensis lib. XXX. cap. LXXXI. *Cum adversariorum fortitudinē se praevalere posse non credunt, ante illos fugiunt, et quasi se ab illis fugari faciunt. Cumque illi armati Tartaros inermes diu insecuti fuerint, ac prae gravitate armorum et viae longitudine lassati iam non amplius sequi potuerint, tunc Tartari super equos recentes ascendentes, se super illos convertunt, et in eos capiēdo et occidendo insiliunt.* DUCANG.

Pag. 15, 25. Ὁ δὲ Πλήης κόμης] Villharduin. n. CXC. DUCANG.

Pag. 16, 1. Ἐρικός Δάνδουλος] Atqui Henricus Dandulus commisso cum Bulgaris proelio non interfuit, quod scribit Nicetas, neque proinde ex acceptis in eo vulneribus interiit, quod Gregoras tradit. Rectius Acropolita n. XIII., qui τὸν τόπον τοῦ Δουκὸς ἐπέχοντα Βενετίας ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει interfuisse duntaxat observat. Vide Villharduin. n. CXCIII. Recte porro Gregoras hoc loco vocem Henricus extulit, quam lib. II. cap. I. Nicetas in Bald. et Henrico, et Pachymeres lib. VII. cap. XXVII. per Ἐξόλης efferunt, quomodo nostri *Herri* olim dicebant, ut ex Villharduino liquet. Perperam vero doctus Paclhymeris interpres Ἐξόλη ἐξ Ἐγγελλίων, *Errem ex Englinis* vertit, cum scribere debuisset, *Henricum ex Anglis*. Wollius etiam *Herricus* pro *Henricus* male vertit dicto cap. 1. DUCANG.

Pag. 16, 4. Σαυθικὸν πλῆθος] Quos Scythas Nicetas et Gregoras, hos Comanos vocat Villharduinus. Ubi vero habitarint Scythae Comani, exponit idem Gregoras lib. II. cap. VIII. DUCANG.

Pag. 16, 12. Σαυθῶν ἐρημίαν] Proverbium, cuius meminit Appendix Vaticana, Zenobius, praeterea Acropolita n. XXXV. et alii passim. DUCANG.

Pag. 16, 14. Καὶ περὶ τὴν Θράκην πλανώμενος] Ut Alexius

Angelus imp. a Bonifacio Montisferrati marchione captus fuerit, narrat etiam praeter Nicetam Villharduinus n. CLXIV. DUCANG.

Pag. 17, 10. Ἰαθατίνην] Iconiensem Sultanum, de quo sat multis egimus in Familiis Turcicis n. X. DUCANG.

Pag. 18, 5. Εἰς τὴν παρὰ Μαλανδρον Ἀντιόχειαν] Cariae urbem, de qua Phlegon Trallianus et Geographi. DUCANG.

Pag. 18, 17. Ὡν τοὺς ὀκτακοσίους μισθοφόρους εἶναι Λατίνους] Pachymeres lib. I. cap. III. de Graecis post captam a nostra urbem in arctum redactis, ut qui tres solummodo urbes obtinerent, Nicaeam, Prusam, et Philadelphiam, cum ab oriente a Persis seu Turcis Iconiensibus, ab occasu a nostris impeterentur, τῇ μὲν Ἰταλικὸν ἔχοντες συμμαχικὸν ἐπέσαν Πέρσαις, τῇ δὲ Σκυθικὸν προσλαβόμενοι ἄρτι ποτὲ φανέν τε, καὶ προσληφθέν, ἀνείθουν τοὺς Ἰταλοῦς. Enimvero incertum an illa tempestate Lascari militarint Latini seu Galli, pactis forte tum induciis, cuiusmodi cum eodem Lascari initas memorat Villharduinus n. CCXLIX. vel post foedus inter Robertum imp. Constantinopolitanum et Lascarium initum, de quo egimus in Historia Franco-Byzantina lib. III. n. III. cum scilicet Roberti sororem Mariam idem Lascaris in uxorem accepit, uti mox cap. seq. narrat Gregoras, Petri scilicet Comitis Autisiodorensis et imp. Constantinopolitani filiam. Vide Famil. Byzant. pag. 219. DUCANG.

Pag. 20, 11. Μόλις κατέκοψαν] Deesse videtur, τοὺς Λατίνους. WOLFIUS.

Pag. 24, 1. Ὀκτωκαίδεκα δὲ βασιλεύοντι τούτῳ παρεβόησαν ἔτη] Series chronologica imperatorum supra allata, praeterquam quod annos octodecim imperii Theodoro Lascari tribuit, etiam annum indicat, quo is obiit, nempe Mundi VI. MDCCXXX., qui a Ianuario mense fuit annus Christi MCCXXII. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 24, 2. Τὸν παρόντα βίον ἀμείβει] Anno MCCXXII. Acropol. n. VI. DUCANG.

Pag. 24, 3. Ἰωάννην τὸν Δουῦκαν] Cogn. Vatatzem. Vid. Famil. Byzant. DUCANG.

Pag. 24, 7. Ὅξυς μὲν ἦν τὴν ὁρμὴν] Nicetas in Alexio lib. III. n. II. de Theodoro: νεανίας τολμητίας καὶ θαρραλίας πρὸς τὰ πολέμια. DUCANG.

Pag. 24, 11. Ἄλλ' ἐπιβόησεν αὐτὴν, ἀωρὶα πολλάκις ἐς τὰ πράγματα χρώμενος] αὐτὴν, scilicet τὴν ἑαυτοῦ ὁρμὴν, nimia festinatione laudatum illum impetum corruppebat. Quo minus de Latinorum impetu hebetato intelligam, faciunt verba, ἀλλ' ἐπιβόησεν αὐτὴν. Quae sententia si cui placet, sic vertat: Nam subitis et inexpectatis impressionibus impetum illorum retardabat, etc. WOLFIUS.

Pag. 24, 13. Σύνεσι πλουτῶν φυσικῶν] Ioannis laudes attingit etiam Acropolita n. LII. extr. DUCANG.

*Pag. 25, 2. Ῥόμπερος]* Vide Hist. Franco-Byzant. lib. III. n. 1. DUCANG.

*Ibidem. Ὁ τοῦ πρὸ βραχίος τελευτηημένος Ἐρῆν ἀδελφιδούς]* Henrici paulo ante mortui ex sorore nepos. Ita vertendum, non ex fratre nepos, ut Wolfius vertit. Erat enim Robertus Iolentae filius; Iolenta autem soror Henrici. Testis Gregorus ipse, Historiae lib. IV. cap. II. sect. 4. BOIVIN.

*Pag. 25, 4. Ἀλέξιος οὔτοι καὶ Ἰσαάκιος]* Acropolita n. XXII. Vide praeterea Histor. Franco-Byzant. lib. III. n. VI. et Famil. Byzant. p. 218. DUCANG.

*Pag. 25, 23. Θεόδωρος]* Confer Acropolit. n. XXI. Pachymer. lib. I. cap. XXX. lib. II. cap. XXXVI. et Famil. Byzant. pag. 207. DUCANG.

*Pag. 26, 5. Μεγαλόπολιν]* Inter urbes, quae hoc epitheto donantur a scriptoribus, Thessalonicam recenseri observamus in Gloss. med. Graecit. DUCANG.

*Pag. 26, 6. Αὐτίκα δὲ καὶ βασιλείας]* Cum antea sub titulo Despotae Graecis biennio praefuisset, Acrop. n. VI. DUCANG.

*Pag. 26, 9. Πλείστοις τε γὰρ ἄλλοις]* De Achride a Iustiniano privilegiis donata agit cap. seq. de quibus consulendi prae ceteris Ioan. Morin. lib. I. exercit. XXVII. Leo Allatius lib. I. de consensu utriusque Eccl. cap. XXV. n. IV. DUCANG.

*Pag. 26, 10. Πατρίδα]* At quae fuerit Iustiniani patria, disquisivit Nicolaus Alemannus ad Procopii Historiam arcanam p. 14. l. Edit. DUCANG.

*Pag. 26, 11. Αὐτονομείσθαι]* Alia fuit civitatum prae saeculis αὐτονομία ab ea, quae hic recensetur, ut quae archiepiscopalem dignitatem solum respexerit, nulli patriarchatui vel metropolitae subiectam. Vide Allatium loco laudato, et Gloss. med. Graecit. in αὐτοκέφαλος. DUCANG.

*Pag. 26, 13. Ἄλλοις ἐφεύται]* Patriarchae Constantinopolitano. DUCANG.

*Pag. 26, 17. Χῶρός τις ἐστίν]* De primis Bulgarorum sedibus et migrationibus fuse satis egimus in Regum Bulgariae serie historica, in Famil. Byzant. sect. VI. DUCANG.

*Pag. 26, 19. Βούλγαν]* De quo prae ceteris Vincentius Be-luacensis lib. XXXII. cap. XXI. DUCANG.

*Pag. 27, 1. Ἀσιαν Μυσῶν]* Proverbium, de quo Zenob. Dio-genian. Apostolius, Suidas et alii passim. DUCANG.

*Pag. 27, 5. Αὐτὴ ἡ πόλις]* Ἀχιρς, in capitis lemmate. DUCANG.

*Pag. 27, 6. Καὶ πρῶτην Ἰουστινιανήν]* An igitur Achris eadem fuit cum Bederina, quam Iustiniani patriam fuisse scribunt Procopius, Agathias, et auctor Chronici Paschalis; ac primam Iustinianam appellari pariter is sanxit, ut exserte scribit idem Agathias lib. V. Dubium tamen ingerit codex Procopii Vaticanus, quem

laudat Alemannus, ubi scribitur apud Dardanos Europaeos, qui post Epidamniorum terram habitant, ad Praesidium quod Bederiana vocatur, oppidum esse Tauresium nomine, unde Iustinianus ortus est, eum locum muro ac quatuor turribus circumdedit, itaque urbem nobilissimam condidisse, quam Iustinianam primam appellavit, nutritionis officium altrici patriae rependens: unde colligere liceret non revera Bederinae, sed Tauresii natum Iustinianum, ac Iustinianae primae nomen neutri oppido, sed alteri, quod proxime aedificaverit, id nomenclaturae inditum, atque adeo Achridi, cui attribuitur a Gregora et aliis. Leunclavius in Onomastico Turcico scribit *Giustandil* a Turcis appellari Iustinianae urbis regionem, quae, inquit, priscis Iustiniana prima dicitur, Iustiniani Augusti patria, Macedoniae quidem illam, sed versus Illyricum, vel in ipso potius Illyrico sitam. DUCANG.

Pag. 28, 6. Τοῦ Ἀγγέλου] Michaëlis nothi, cuius supra meminit lib. I. cap. III. DUCANG.

Pag. 28, 7. Λήμνια κακὰ] Zenob. Diogenian. Suid. etc. DUCANG.

Pag. 28, 9. Ἐν τούτοις] Acropol. n. XXV. XXVI. Pachymer. lib. I. cap. XXX. Richardus de S. Germano an. MCCXXX. DUCANG.

Pag. 29, 13. Καὶ τὴν τῶν Καρδιανῶν] *Cardiam* vertit interpretes: melius *Cardiana*, tametsi *Cardia* urbs occurrat in Thracia. DUCANG.

Pag. 29, 16. Πρέσβεις ἐκ Βουλγάρων] Imo a Ioanne Vatatzae ad Bulgarorum regem Asanem missos legatos scribit Acropolita cap. XXXI. DUCANG.

Pag. 30, 3. Καὶ ὁ τοῦ Τερνόβου ἐπίσκοπος] Acropolita cap. XXXIII. Vide Ioan. Morin. lib. I. Exercit. XXVII. et Leonem Allatum lib. I. de concordia utriusque Eccl. cap. XXV. n. V. praeterea gesta Innocentii III. Papae, a quo Trinovitanus archiepiscopus Primas totius Bulgariae et Blachiae constitutus ibi legitur p. 36. Edit. Baluzianae. DUCANG.

Pag. 31, 8. Ὅμηρος ἔφησεν] Il. XIII. 6. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 31, 18. Καὶ ἀγορανομίων] Wolfio ἀγορανομία sunt *leges agrariae*. Videat lector an is sensus esse possit eius vocabuli. Ego verti *Aedilitias functiones*. ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 31, 19. Ἄλλ' εἰρήνη πᾶσα τὸ ἀπὸ τούτων] Perinde accipio, ac si esset, τούτων γε ἕνεκα: quod ad haec quidem attinet. Sic enim malo, quam, *His de causis*. WOLFII.

Pag. 32, 9. Τὴν γε μὴν προσηγορίαν αὐτῶν] Reineccius ad cap. XVI. Haitonis hunc Gregorae locum laudat, ubi ille consulendus. DUCANG.

Pag. 32, 20. Οὐράνια δέλματα] Vide notata ad Chronicon Paschale pag. §10. B. DUCANG.

Pag. 34, 22. Οὗτε σίτον ἔδουσιν, κ. τ. λ.] Homerus de Diis Π. V. 341. βογνικ.

Pag. 35, 15. Ἦδη γὰρ καὶ Ἰωάννου Λούκα] Pachymeri lib. V. cap. IV. DUCANG.

Pag. 35, 16. Μοῖρα Σκυθῶν] Scytharum voce Tartaros hic intelligit, qui hac tempestate in varias Europae et Asiae regiones effusi has omnino vastarunt: de qua quidem irruptione agunt passim historici, atque in iis Acropolita cap. XXXV. DUCANG.

Pag. 35, 19. Σιτζισχάν] Pachymeri lib. V. cap. IV. Τζιγκισκῶν dicitur, ubi is haec addit: Τζιγγις γὰρ ὄνομα τὸ δὲ Κάνις, βασιλεὺς, cuius vocis vim ac significatum prodit etiam Vincentius Beluacensis lib. XXX. cap. LXIX. et lib. XXXII. cap. XXXIV. a quo Chingis nude, omissa Cham epitheto, interdum appellatur, ut eod. lib. cap. VIII. Latini vero scriptores Chingischam hunc vulgo vocant, ut idem Beluacensis d. cap. LXIX. et aliis locis, qui Tartarorum ab Indiae rege, cui parebant, defectionem ad annum MCCVI. refert. DUCANG.

Pag. 35, 20. Ὁ τε Χαλαοῦ καὶ ὁ Τελπουγᾶς] Aliter filiorum Chingischami nomina efferunt idem Beluacensis cap. XIII. eiusdem lib. XXXII. Haytonus cap. XVII. Paulus Venetus, et alii. DUCANG.

Pag. 35, 22. Καὶ Ἰαζάρτην ποταμὸν] De quo multis egimus ad Nicephori Bryennii Historiam lib. I. n. VII. DUCANG.

Pag. 36, 3. Ὁ Τελπουγᾶς] Hanc Tartarorum in Europaea provincia irruptionem Bathy, Chingischami duci, ex Thossato filio nepoti, adscribit idem Beluacensis lib. XXXI. cap. CXLIX. et lib. XXXII. cap. XV. DUCANG.

Pag. 36, 14. Καὶ Ἀμαξόβιοι] Hic omissam lineam liquet in Wolfii versione: Zinchi sunt, Gotthi, et Hamaxobii, quos et ἀμαξοφορήτους alii vocant; atque ii sunt Scythae Nomades, ut est apud Leunclavium in Onomastico priore Turcico, in voce Iurchi. DUCANG.

Pag. 36, 16. Οὐννοι δὲ οὔτοι καὶ Κομανοὶ ἐκαλοῦντο] Duplicem fuisse Comaniam observare est, alteram, quae ad septentrionem, Hungariae conterminam, seu versus Danubium, alteram, quae in Asia, quo Comani cum aliis nationibus septentrionalibus iam olim migrarant, extitit. De priore hic sermo est, quam Anna Comnena lib. VIII. et Magister Rogerius de Destruct. Hungariae cap. XX. circa Danubium, Tanaim et Borysthenem statuunt. De situ vero regni Comanorum Asiaticorum egit Haytonus cap. V. et ibi Reineccius, praeterea Vincentius Beluacensis lib. XXXII. cap. XXI. XXIII. Nos etiam in notis ad Villhardnini n. CLXXXV. quaedam attigimus. Ut porro Comania Asiatica a Tartaris expugnata fuerit, scribit idem Beluacensis eod. lib. cap. X. DUCANG. Οὐννοι δὲ οὔτοι καὶ Κομανοὶ ἐκαλοῦντο. ἦσαν δὲ καὶ οἱ Σαΐθας εὐτόους κατωνόμαζον] Hi vero Hunni et Comani vocabantur. Erant

etiam qui eos Scythas nominarent. Περὶ τούτου: non, ut Wolfius, Erant etiam qui se Scythas nominarent, alio sensu, βοριν.

Pag. 86, 23. Διφθέρας] Acropolita cap. XXXV. de iisdem: ἀσκόις τὸν Ἴστρον διαπεράσαντες. Egit de eiusmodi coriaceis naviculis prae ceteris Ioan. Schefferus lib. I. de Militia navali cap. III. DUCANG.

Pag. 87, 6. Καὶ τοῖς Ῥωμαῖκοῖς] Comanorum, qui Ioanni Vatazae imperanti se dediderunt, meminit Cantacuzenus lib. I. cap. II. DUCANG.

Pag. 87, 11. ὑπερορίους ἐκείνους Σκύθας] Quo vocabulo Tartaros Asiaticos pariter intelligit, qui ducibus Chingischami filiiis Asiam fere universam pervaserant, cum qui versus Danubium habitabant Europaeos vocat lib. IV. cap. 7. DUCANG.

Pag. 37, 15. Καὶ Ὄξον τὸν Σόγδον] De Oxo flavio egimus ad lib. I. Bryennii n. VII. p. 201. DUCANG.

Pag. 41, 1. Ἀσίαν ἔχοντες Τούρκοι] De Turcorum primis sedibus versus Tanaim, et ut in Asiaticas regiones penetrarint, Basilii Bulgaroctoni temporibus, uti scribit Bryennius d. cap. VII. seu ut Willelmus Tyrius lib. I. cap. VII. triginta aut quadraginta annis antequam nostri Hierosolymitanam expeditionem susciperent, multa congressimus ad eundem Bryennium. Vide infra lib. IV. cap. 7. DUCANG.

Pag. 41, 3. Πονηρὸν τοῖς Σκύθας ὀρῶντες γειτόνημα] A quibus quidem Tartaris impugnabantur, uti narrat Beluacensis lib. XXXI. cap. CXXI. Quanta autem fuerit hac aetate nobilitas, magnitudo et opulentia regni Turcorum, quique magnates eorumdem dominio subiecti fuerint, exponit capitibus seqq. DUCANG.

Pag. 41, 4. Ὁ τῶν Τούρκων ἡγεμῶν] Iathatines Azatini Sultani filius. Acropol. cap. XLI. Vide Familias nostras Turcicas. DUCANG.

Pag. 41, 22. Μετὰ τῶν Τούρκων ἐπέλε σπονδάς] Quibus quidem Vatachius in CCCC lanceis serviebat, quotiens vel quantum volebat, uti scribit Beluacensis lib. XXXI. cap. CXLIV. incertum an ex hoc foedere, anno Chr. MCCXXXIV. percusso, vel sequenti, iuxta Acropolitam cap. XLI. DUCANG.

Pag. 43, 18. Ἐξ ἀλλοδαπῶν ἔθνων ἐνδύματα] Vide notas ad Zouarae lib. X. Annal. n. XXVIII. DUCANG.

Pag. 43, 24. Τῶν γὰρ ἀναγκαίων] Videntur in utroque codice versus aliquot deesse, atque haec ex abrupto superioribus atexti. WOLFIIUS.

Pag. 44, 1. Τὰ δὲ ἐνδεχόμενα ταῖς τῶν ἀρχόντων ἀκολουθοῦσιν ὀρέξεσιν] Non necessariae principum cupiditatibus parent. Ita quoque vertendum, non, et subditi quantum licet principum sequuntur cupiditates. τὰ ἐνδεχόμενα ea sunt, quorum usus est varius et mutabilis. Vide lib. VII. pag. 160. C. item lib. XIX. pag. 586. C. BOIVIN.



*Pag. 44, 7. Τῇ μὲν βασιλίδι Ειρήνῃ]* Inde incipit liber tertius in Cod. Reg. 2078. in quo et Capitum divisio diversa est a vulgatis. **BOIVIN.**

*Pag. 44, 18. Σώσανδρα]* Ubi is deinde sepultus fuit, infra ad pag. 30. **B. DUCANO.**

*Pag. 45, 4. Ἡ μὲν βασιλις Ειρήνῃ]* Acropol. cap. XXIX. **DUCANO.**

*Pag. 45, 8. Αὐτῇ δὲ ἦν Ἄννα]* Frederici II. imp. filia notha, Manfredi regis Siciliae soror. Vide Familias nostras Byzantinas pag. 223. **DUCANO.**

*Pag. 45, 16. Μαρκεσίνης]* Acropol. cap. LII. **DUCANO.**

*Pag. 46, 3. Vide epistolam encyclicam ipsius Blemmydae, editam a Leone Allatio in notis ad Hist. Georgii Acropolitae, pag. 254. Edit. Reg.* **BOIVIN.**

*Pag. 46, 10. Κελεύσει τοῦ καθηγητοῦ Βλεμμύδου]* *Abbatis* seu *Hegumeni*, non vero *Præceptoris*, uti verterat interpres. Sic enim Graeci praefectos monasteriorum vocant. Nicephori vero Blemmydae, viri tum eruditione tum vitae sanctitate celeberrimi, elogium non semel perstringunt Acropolita cap. XXXII. XXXIX. LIII. Pachymeres lib. VII. cap. IX. Gregoras lib. V. cap. II. et alii, quos laudat Leo Allatius lib. II. de utriusque Ecclesiae consensione cap. XIV. n. IV. ubi, ut et in notis ad eiusdem Acropolitae cap. LII. Blemmydae epistolam encyclicam, scriptam postquam Marcesinam templi ingressu prohibuit, descripsit. De Blemmydae vero scriptis quaedam attingit idem Allatius d. cap. XIV. et in notis ad cap. XXXII. Acropol. **DUCANO.**

*Pag. 46, 17. Σχώμασι βάλλον αὐτήν, καὶ γλώττῃ καὶ γραμμασι διασύρων αἰεὶ]* Vide Blemmydae orationem, ὁπαῖον δεῖ εἶναι τὸν βασιλέα, quae extat in Cod. Reg. 3125. ubi haec imprimis notatu digna, *τίς γὰρ οὐκ ἂν αἰσχυνθεῖη, καὶ μόνον ἐνθυμηθεὶς βασιλικὴν σεμνότητα εἰς αἰσχράς καὶ ἀπρεπεῖς πράξεις ἐμπίπτουσαν, καὶ παρόμοια πάσχουσαν, ὥσπερ τινὲς ὑπὸ τῆς μυθευομένης μαγικῆς Κίρκης ἐκείνης εἰς χολίρους καὶ κύνας μετεβάλλοντο.* **BOIVIN.**

*Pag. 47, 19. μετὰ βραχὺ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀρχήν]* Vide infra lib. IV. cap. IX. sect. 1. **BOIVIN.**

*Pag. 47, 20. Τέως μὲν οὖν πρέσβεις]* Acropolita cap. XLIX. LI. Pachymer. lib. III. cap. XXVII. **DUCANO.**

*Pag. 47, 25. Κατὰ τὴν ἔω]* Wolfius: *Cum mane mater Theodora* etc. Atqui ἔω hic aliud sonat: *in orientem* nempe venit Theodora. Sic enim Acropolita: *καὶ ἡ τοῦτον γαμετῆ Θεοδώρα, τὸν Νικηφόρον μεθ' ἑαυτῆς λαβοῦσα, εἰς τὴν ἔω διαπεραιούται.* Atque sic emendavimus. **DUCANO.**

*Pag. 48, 24. Καὶ τὸ . . .]* Acropolita: *καὶ ἀπέλυσε πρὸς τὸν Βασιλέα ὁ Μιχαὴλ τὸ ἄστυ Πρίλαπον καὶ τὸν Βέλεσο, καὶ τὸ ἐν τῷ Ἀλβάνῳ φρούριον τὰς Κρούας.* Hinc igitur supplendus Gre-

goras. De Croia urbe adeundus Leunclavius in Pandecte Turc. n. CXXVI. DUCANG.

Pag. 49, 7. Ἐπεὶ δὲ περὶ τὴν Φιλίππων] Acrop. cap. L. LL. Pachym. lib. I. cap. VII. Phranz. lib. I. cap. I. II. DUCANG.

Pag. 49, 21. Πρὸς δὲ τὴν ἔω] Ioannis Vatazæe obitum multis pariter refert Acropolita cap. LII. Contigit autem XXX. mensis Octob. anno Chr. MCCLV. cum annum ætatis LX. seu, uti vult Acropolita, LXII. attigisset. DUCANG.

Pag. 50, 22. ἐν τῇ μονῇ τῶν Σωσάνδρων] Magnesiæ, in aede Deiparæ Sosandree sacra, quam is ædificarat. Supra, ad pag. 26. B. DUCANG.

Pag. 53, 3. Ἀνηγορεύετο ἤδη θανάτου ἐκείνου] Theodorus Lascaris iunior imperare coepit an. Mundi VI. MDCCLXIII. Id constat ex serie imperatorum chronologica, quam ex Cod. Reg. supra attulimus. Dubium est utrum ante, an post mensem Ianuarii. Si ante, fuit is annus Christi MCCLIV. et Mauritius David Possinum recte reprehendit. Si post, fuit iam tum an. Chr. MCCLV. et Possinus immerito reprehenditur. Ego Possini Chronologiam prius secutus sum, quam et Ducangius secutus fuerat. Deinde ex animadversionibus Mauriti David sacerdotis Divionensis (cuius librum, diu quaesitum, beneficio Viri illustr. Nicolai Toinardi tandem nactus sum) intellexi lapsum me semel atque iterum cum doctissimis viris in supputanda annorum ratione. Moneo itaque lectorem, ut huic volumini subiunctum indicem errorum consulat, et ex eo chronologiam nostram corrigat. BOIVIN.

Pag. 55, 2. Κατὰ τὸ ἐν τούτοις ἐπικρατοῦν ἔθος] Acropolita cap. LIII. De hoc more passim scriptores. DUCANG. Verti, more tum usitato. Malim, more in his, vel hac in re usitato. BOIVIN.

Pag. 55, 7. Ὁ πατριάρχης Γερμανός] Germano patriarchæ Constantinopolitano Arsenium proxime suffectum hic scribit Gregoras, mira oscitantia, inquit Allatius lib. II. de utriusque Ecclesiæ consensione cap. XIV. n. IV. Nam Arsenius Manuelli successit, ut est apud Acropolitam cap. LIII., Manuel Methodio, Methodius Germano. Quæ quidem patriarcharum series sic describitur in catalogo Leunclaviano, Ephraemii, et Xanthopuli. DUCANG.

Pag. 55, 11. Νικηφόρος ὁ Βλεμμύδης] Acropolita eod. cap. LIII. DUCANG.

Pag. 55, 16. Ὁ κατὰ τοὺς τῆς Ἀπολλωνιάδος ἴδονται χωροὺς] Acropol. ἐν τῇ τῆς Ἀπολλωνιάδος λίμνῃ, quomodo hunc locum effert Michaël Monachus in vita MS. S. Theodori Studitæ, quem ait missum fuisse in exilium ἐν τῷ ἐγκειμένῳ κατὰ τὴν Ἀπολλωνιάδα λίμνην καλουμένῳ Μετόπα. Ephraemius in catalogo Patr. Constantinop. de Arsenio:

Εἶθ' ἠσύχαζεν καὶ θεῶ προσανέχων  
Ἐν Ἀπολλωνιάδος ἀσκητηρίοις.

DUCANG.

Pag. 55, 16. <sup>ἡλικίῳ</sup> *Ἀνὴρ περιφανὴς μὲν τὴν κατ' αὐτὸν ἀρετὴν*] Intellige τὴν κατὰ τὸν ἀσκητικὸν βίον ἀρετὴν. Nisi forte legendum, αὐτὸν τῶν κατ' αὐτὸν ἀρετῶν: sed minus placet. WOLFIUS. Vertit Wolfius, *virtute illustris ille quidem*. Vertendum, *illustris quidem ille virtute privata, seu solitariae vitae laude*. BOIVIN.

Pag. 55, 17. Καὶ μὴ πολλάς] Acropol. ὀλίγων γραμμάτων πείραν ἔχοντα, licet alias περιφανὴς τὴν ἀρετὴν, ut ait Gregoras, et τῶν ἀρετῶν κάλλιστος ἔμψυχος θρόνος, ut Ephraemius. DUCANG.

Pag. 55, 20. Καὶ ἐπικυροῦντος, ὡς ἔθος] Vide Glossar. med. Graecit. in *Μήνυμα*. DUCANG.

Pag. 55, 21. Ἐπὶ τούτοις] Acropolita cap. LIV. LV. LVI. LVII. DUCANG.

Pag. 56, 13. Ὁ τῶν Βουλγάρων ἄρχων] ὁ Βουλγαράρχης *Μιχαήλ*, Logothetae. Vide seriem regum Bulgariae in Famil. Dalmaticis. DUCANG.

Pag. 56, 24. Ὅτι γαμβρὸς ἦν ἐπ' ἀδελφῇ κ. τ. λ.] Vide supra lib. II. cap. 3. sect. 3. BOIVIN.

Pag. 57, 20. Τὴν τοῦ Παλαιολόγου *Μιχαήλ*] Acropolita cap. LXIV. LXV. Phranzes lib. I. cap. II. DUCANG.

Pag. 58, 16. Τὸν Σουλτάν] Iathatinum. Vide stemma Iconiensium Sultanorum, a nobis descriptum post Familias Dalmaticas. DUCANG.

Pag. 58, 17. Τὰ Σουθικὰ στρατεύματα] Tartarorum, quos Acropolita *Τοχάρους* perpetuo vocat, ut et Pachymeres, qui de iis lib. II. cap. XXIV. scribens, καὶ τῶν Τοχάρων, οὓς ἡ ποιητὴ Ἀταρίους λέγει συνήθεια. Ubi forte legendum *Ταρχάρους*. DUCANG.

Pag. 59, 20. Διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἔργων] Ἐμπροσθεν apud recentiores Graecos ad futurum tempus pertinet, et usurpatur pro μετὰ ταῦτα, postea. Sic infra lib. VI. cap. X. sect. 1. item lib. VII. cap. I. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 60, 8. Μύτζην] De quo, ut et de Constantino Toecho consulere licet seriem regum Bulgariae in Familiis Dalmaticis. DUCANG.

Pag. 61, 14. Καὶ Θεοδώραν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα] Irene vocatur ab Acropolita, Histor. cap. LXXXIII. Vide notas Allatii. BOIVIN.

Pag. 61, 17. Τῆς εἰς τὴν δευτέραν στοργῆς τί ἔτι] Quid τὸ τί ἔτι sibi vellet, cum nescirem (nam τὸ *Quid reliquum est*, aut *Quid restat*, haud scio quam belle conveniat) converti quasi scriptum fuisset, τῆς τε εἰς τὴν δευτέραν στοργῆς ἔτι. Quod sensus postulare videtur. WOLFIUS.

Pag. 61, 18. Ἐκτον καὶ τριακοστὸν] Acropolita cap. LXXIV. DUCANG. Ἐκτον καὶ τριακοστὸν ἀπὸ γενέσεως χρόνον ἀμείβοντι τῷ βασιλεῖ] Vertit Wolfius, *Imperatorem annum aetatis sextum et trigesimum agentem*. Vertendum, *excedentem*. Nam ea est vis verbi ἀμείβειν. BOIVIN.

Pag. 61, 22. Ἐπήνεγκε τούτω τὴν τελευταίην] Anno Mundi VI. MDCCLXVII. ut constat ex imperatorum serie chronologica saepius iam memorata. Fuit autem is annus, a mense Septembri ad Ianuarium, annus Christi MCCLVIII. a Ianuario autem ad Augusti finem, MCCLIX. Hinc Possinus Theodorum Lascarium iuniorum decessisse affirmat anno Christi MCCLIX. Mauritius David, anno MCCLVIII. Favet Possino eadem illa series chronologica, quae quatuor annos imperii assignat Theodoro Lascari, non vero tres eosque haud integros, quot Mauritius David ei assignat. Favet etiam Codex Regius 2525<sup>2</sup>. fol. 271. ubi quatuor annis imperasse ille dicitur. Mauritius David opinionem suam Pachymeris auctoritate et probabilibus argumentis defendit. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 61, 22. Ἀλλαξαμένω προθύμως τὸ σχῆμα μικρὸν πρὸ τῆς τελευταίας] Ducangius vertit, qui *alacriter parvum habitum paulo ante obitum monachico cucullio mutaverat*; et Phranzae testimonio utitur, quod tamen congruit cum interpretatione Wolfiana. Phranzae verba sunt, *cum paulo ante mortem monachi habitum induisset*. Ipse Ducangius, postquam τὸ σχῆμα μικρὸν parvum habitum interpretatus est, eandem vocem μικρὸν, quasi repetitam, ut adverbium interpretatur. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 61, 28. Τὸ σχῆμα μικρὸν] Phranzes lib. I. cap. III. Is mos apud Graecos praesertim invaluerat, ut cum in extremis versarentur, monachicum habitum sumerent, illum scilicet, quem *parvum* vocabant. Interdum etiam, cum morbus ingravesceret, *magnum*, quo perfecti monachi, ut loquitur Phranzes de seipso Hist. lib. III. cap. 30. seu *μεγαλόσχημοι* morebantur, quomodo vocabantur, qui ad summum monachicae perfectionis apicem pervenerant. Id porro de Theodoro hisce verbis intelligit Gregoras, quae minus recte reddidit interpres: *ἀλλαξαμένω προθύμως τὸ σχῆμα μικρὸν πρὸ τῆς τελευταίας ἐς τὸ μοναχικὸν τριβώνιον*, quae sic vertenda erant, *qui alacriter parvum habitum paulo ante obitum monachico cucullio mutaverat*. Ubi Wolfius: *qui paulo ante obitum alacriter monasticum habitum induit*. Primitus enim parvum habitum induerat Theodorus, deinde magnum, quo *μεγαλόσχημος* morebatur. *Μεγαλοσχήμων* autem peculiare erat *κουκούλλιον*, quod *τριβώνιον* hic appellat Gregoras, cum *μικροσχήμων* esset *μανδύας* seu pallium. Id pluribus docemus in Gloss. med. Graecit. in v. Σχῆμα. ΔΥCANG.

Pag. 61, 25. Καὶ πολλὰς δακρύων] Id ipsam scribit Acropolita. ΔΥCANG.

Pag. 62, 4. Ἀνὴρ γὰρ τις Μουζάλων] Acropolita cap. LXXV. Pachymeres lib. I. cap. VIII. XII. XV. XVI. XVIII. XIX. Phranzes lib. I. cap. III. Historiam et fortunam Muzalonis perstringunt. ΔΥCANG.

Pag. 62, 22. Ἦν γὰρ ἕκτον τηρικαῦτα διανύων ἀπὸ γενέσεως ἔτος] Acropolita cap. LXXV. οὕτω γὰρ τελείων ὑπῆρχεν ἐνιαυτῶν ὀκτώ. Pachymeres novennem facit. ΒΟΙΒΙΝ.

- Pag. 63, 3. Ὡν δὴ θυγατέρων] Pachymer. lib. I. cap. XIII.  
DUCANG.
- Pag. 63, 6. Τὴν δὲ γε δευτέραν τὴν Θεοδώραν] Irenen. Vide supra p. 35. E. BOIVIN.
- Pag. 63, 18. Ἀχθόμενοι τῇ πέρα τούτου τιμῇ] Verba suspecta, sed clara sententia. WOLFIUS.
- Pag. 65, 15. Ἐννάτη μὲν] Idem Pachymer. lib. I. cap. XIX.  
DUCANG.
- Pag. 65, 18. Καὶ τὰ μνημόσυνα] Interpres, *memoriam*: imo, uti vertimus, *Officium ecclesiasticum exequiarum*, seu, uti vulgo loquimur, *officium defunctorum*. Vide Glossar. med. Graecit. in *Μνημόσυνον*, et in *Ἐννάτα*. DUCANG.
- Pag. 68, 7. Ὁ Κομνηνὸς Μιχαήλ] Acropol. cap. LXVII. LXVIII. DUCANG.
- Pag. 69, 2. Ἡ γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ] Vide stemma Palaeologorum in Familiis Byzantinis. DUCANG.
- Pag. 69, 4. Ταύτην ἐρυθροῖς ὑποδεδέσθαι κρηπίσι] Vide quae annotamus in notis ad Villharduinum, et Alexiadem, et in utroque Glossario, ubi de Tzangis. DUCANG.
- Pag. 69, 21. Τὰς κλεῖς τοῦ βασιλικοῦ πρυτανείου] Partim in urbe Magnesia, partim in Astyzii arce ad Scamandrum, tum fiscus imperatorum asservabatur, Pachymer. lib. I. cap. XXIII. DUCANG.
- Pag. 70, 2. Ἀδείας γὰρ] Pachymer. lib. I. cap. XXV. DUCANG.
- Pag. 70, 16. Καὶ ἦν ἐπὶ γλώττης] Idem Pachymer. lib. I. cap. XXII. XXIII. DUCANG.
- Pag. 70, 17. Vide Arsenii testamentum, editum a Cotelerio. BOIVIN.
- Pag. 71, 8. Τὸ τοῦ δεσπότητος ἀξίωμα] Acropol. cap. LXXVII. Pachymer. lib. I. cap. XXVII. XXVIII. DUCANG.
- Pag. 71, 10. Ἐν τούτοις μὲν] Acropol. cap. LXXVII. Pachymer. lib. I. cap. XXX. DUCANG.
- Pag. 71, 22. Ὁ τε Πελοποννήσου καὶ Ἀχαΐας πρίγκιψ] Pachymer. lib. I. cap. XXX. XXXI. Is fuit Guilelmus de Villa-Harduini, Gaufridi Primi Achaiae et Moreae principis filius. Vide stemma istius familiae praefixum notis Historiae Gaufridi de Villa-Harduini et Historiam Franco-Byzantinam lib. V. n. XVI. DUCANG.
- Pag. 72, 19. Ἐν δὲ τηρικαῦτα ὁ χρόνος] Anno MCCLIX. Stero. DUCANG.
- Pag. 78, 3. Ἀναγορεύουσι βασιλέα] Acropolita cap. LXXVIII. Pachymer. lib. II. cap. II. III. IV. Phranzes lib. I. cap. IV. DUCANG.
- Pag. 78, 3. Ὅπερ ἀνηκοῶς ὁ πατριάρχης Ἀρσένιος] Vide Arsenii testamentum. BOIVIN.
- Pag. 78, 12. Καλανδῶν δεκεμβριῶν] Imperator dictus et in

clypeum elatus Kalend. Decemb. anno MCCLIX. coronatus vero Kal. Ianuar. anno MCCLX. ut infra annotatur. DUCANG.

Pag. 78, 13. Οὔπω δ' ὄλος ἀπηρτίζετο μὴν] Michaëlem Palaeologum ab Arsenio Kalendis ipsis Ianuariis coronatum esse tradit Ducangius. Gregoras coronatum ait *nondum toto mense elapso* post praestitum iusiurandum: proinde ante Kalendas Ianuarias coronatum ponit. Nam iusiurandum Kalendis Decembribus praestitum esse dixit paulo supra. Pachymeres lib. II. cap. IV. *ἐκατομβαιῶνος νομηνίᾳ* iusiurandum praestitum, proclamatum imperatorem, et clypeo impositum, scribit. De eodem coronato agit in capitibus sequentibus. Possinus vero *ἐκατομβαιῶνος νομηνίαν* Kalendas Ianuarias interpretatur, atque adeo post Kal. Ianuarias coronatum imperatorem putat. Ita chronologis male inter se convenit. Ego Ducangium auctorem secutus, coronati Michaëlis Palaeologi annum posui MCCLX. diem vero, Kalendas ipsas Ianuarias. Mauritius David Palaeologi inaugurati tempus retroagit ad Kalendas Ianuar. anni MCCLIX. et hanc suam rationem multis argumentis confirmat, quae in praesenti nec refellere nec omnino approbare institui. BOIVIN.

Pag. 79, 2. Ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ βήματος] Wolfius, in *sacro suggestu*: emendavimus, ut et alibi ubi haec vox occurrit, in *sacro Bematate*. Aliud enim est *suggestus* sive *Ambo*, aliud *Bema* sive *sacrarium*. Vide Constantinopolin Christianam lib. III. n. XLIX. DUCANG.

Pag. 79, 3. Τῷ βασιλικῷ κοσμεῖ διαδήματι] Kalendis Ianuarii, anno Chr. MCCLX. Indict. III. Nicaeae, quae post receptam a nostris urbem *Ῥωμαίων βασιλείων* exstitit, ut hic infra sit. Ita Acropolis. DUCANG.

Pag. 79, 5. Διηνεκῆ τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχὴν] Pachymer. lib. II. cap. II. Phranzes lib. I. cap. IV. more scilicet Francorum observato, apud quos tutores praediorum, quae nobilium puerorum tutelae suae commissorum erant, dominos sese inscribebant, donec ii suae aetatis fierent: cuius quidem moris haud nuper ii exemplum dederant, dum Balduino II. adhuc impuberi Ioannem Briennensem Comitem ex rege Hierosolymitano tutorem praefecerant, ea lege ut quoad Balduinus ex ephebis excederet, imperatoria dignitate frueretur: de quo apud nostros more multa diximus in Hist. Franco-Byzantina lib. III. n. XV. et in Gloss. med. Latin. in v. *Haeres*. DUCANG.

Pag. 79, 13. Ἀγγέλλονται τούτῳ τὰ δευτικὰ τῶν Ῥωμαίων τροπαια] Itaque cum imperator salutatus et clypeo impositus est apud Magnesium, nondum victoriae Macedonicae nuntius advenerat. Hinc eius victoriae reportatae tempus colligi potest, atque ex initio cap. II. infra. BOIVIN.

Pag. 79, 15. Τὸν Πελοποννήσου] Acropolis cap. LXXXI. Pachymer. lib. I. cap. XXXI. Phranzes lib. I. cap. V. Monachus Padua-

nus lib. III. pag. 94. Histor. Franco-Byzant. lib. V. n. XVI. XVII. Is porro princeps fuit Guillelmus Villharduinus, Gaufridi Primi Moreae et Achaiae principis filius, cuius supra meminit lib. III. cap. V. DUCANG.

Pag. 79, 21. *Ἐν τοῖς κνανοῖς πεδλοῖς*] Vide quas in hanc rem annotamus in Gloss. med. Graecit. in v. *Τζάγγη*. DUCANG.

Pag. 80, 1. *Τὴν τε Μονεμβασίαν*] Ita etiam Phranzes lib. I. cap. IV. At Monachus Paduanus lib. III. pag. 35. Sabellieus et Blondus solam Monembasiam habent. Constat tamen Spartam unam fuisse ex cassis oppidis, ut exserte testantur Gregoras, et Phranzes, cuius episcopus Haimo, sua dignitate ex eo privatus, ad Coronensem episcopatum promotus fuit a Nicolao III. Papa anno MCCLXXVIII. uti docet eiusdem Pontificis Regestum in litteris curialibus epist. CX. Est autem Monembasia, Moreae nunc oppidum, non procul dissitum a Capo Malio, sive Maleo promontorio, hodie *Malvasia*, priscis *Epidaurus Peloropnesi*. DUCANG.

Pag. 80, 11. *Καταλιπὼν τὸν πατριαρχικὸν ὁ Ἀρσένιος θρόνον*] Ephraemius de Arsenio:

*Καὶ πάντα βαθμὸν ἀνύσας ἐκκλησίας,  
Εἰς ὕψος ἤρθη ποιμεναρχίας μέγα.  
Ἀνθαιρέτως τούτου δὲ λείποντος θρόνον,  
Μονῇ δὲ αὐτὸν εὐαγῶς δεδωκότος,  
Νικηφόρος, πρόεδρος ὢν Ἐφρεσίαν,  
Προεδρίαν εἴληφε τῆς Κωνσταντινίου.* DUCANG.

Vide Arsenii testamentum. BOIVIN.

Pag. 80, 12. *Ὡλετο ἡσυχάσων ἐς τὸ παράλιον κ. τ. λ.*] *Tranquillam ac solitariam vitam acturus*. Vide Glossarium Ducangii. BOIVIN.

Pag. 80, 12. *Τοῦ Πασχασίου μονύδριον*] Cuius monasterii situs describitur a Pachymer. lib. II. cap. XV. DUCANG.

Pag. 80, 17. *Καὶ δὴ Νικηφόρος*] Pachymer. lib. II. cap. XVI. DUCANG.

Pag. 80, 23. *Τὸ κατὰ τὴν περὰ τὸν Γαλάτου ἐπικεκλημένον φρούριον*] *περὰ*, *παρὰ τὸ πέραν*, quod mare interiaceret. Vocatur etiam hodie Pera, ut Ioannes Dernschwam, vir ornatissimus, mihi retulit: qui diu et Byzantii vixit, et Amasiam usque progressus est: et hos Byzantinae historiae libros omnes cum aliis multis, singulari industria et studio iuvandae reipublicae litterariae comparavit: et ut a me converterentur, atque in publicum ederentur, primus auctor fuit. WOLFIVS. Male Wolfius, *Castellum Peraeae*, cognomento *Galatae*. *περὰ* hoc loco *adversum littus* significat. Quodsi castellum illud hodie *Pera* dicitur, non idcirco Gregorae verbis vis facienda est. BOIVIN.

Pag. 80, 24. *Τοῦ Γαλάτου*] Pachymer. lib. II. cap. XX. DUCANG.

Pag. 81, 21. *Κατὰ μέντοι τὸ ἐπιὸν ἔτος*] An. Chr. MCCLXI. DUCANG.

Pag. 82, 4. Τὰ τῶν Τούρκων βασιλεία] Iconium, Turcorum Sultani sedem primariam. Vide stemma Sultanorum Iconiensium post Familias Dalmaticas n. XV. DUCANG.

Pag. 82, 5. Μελέη\*] Qui antea ad Michaëlem profugerat, et ab eo detinebatur, ne si evaderet res novas moliretur. Pachymer. lib. II. cap. XXIV. DUCANG.

Pag. 83, 2. Ἦγς καὶ ἔφερον ἐλπιδῶν ὥσπερ παράσιτον] Sententia est, ut parasi mensis divitum alantur, ita illum spe bona lactatum esse. WOLFIIUS.

Pag. 83, 3. Δύο ἐξῆς ἡνύετο ἔτη] Acropol. cap. LXXXV. Pachymer. lib. II. cap. XXVI. DUCANG. Δύο ἐξῆς ἡνύετο \*) ἔτη] Verterat Wolfius, Duo perpetui anni exierant. Ego malui vertere, Secundus annus exibat. Ab aequinoctio autumnali anni MCCLIX. quo finis bello impositus est, ad solstitium aestivum anni MCCLXI. quo belli renovati initium statuitur, non intercesserunt anni duo integri. Verbum ἡνύετο apud Gregoram significat exibat, non exierat. Sic libro X. cap. I. τέταρτον μὲν δὴ καὶ ἑβδομηκοστὸν (loquitur de aetate Andronici senioris) ἔτος ἀπὸ γενέσεως αὐτῶ τελευτῶντι ἡνύετο, quartus quidem et septuagesimus annus ei morienti exibat. Exibat, non exierat. Nam constat Andronicum non totos LXXIV. annos vixisse. Vide annotata infra ad Oraculum Tralilianum lib. IV. cap. V. sect. 9. BOIVIN.

Pag. 83, 20. Ἀγοραῖοις ἀνδράσι] Qui se Θεληματάρους appellabant, quod nec Francis nec Graecis omnino parerent, sed gente Graeci ac Constantinopoli nati, ruri degentes sua colerent praedia, uti innuit idem Gregoras: sic enim appellantur a Pachymere lib. II. cap. XIV. XXVI. XVII. Anonymus Ms. de bellis Francorum in Morea: ἕνας λαὸς ἀκέφαλος, ὅλη Θεληματάρος. DUCANG.

Pag. 84, 12. Ἄχρι χιλιάδος μιᾶς] Octingentos duntaxat fuisse infra ait. Phranzes lib. I. cap. IV. equites circiter octingentos cum globo peditum habuisse Strategopulum scribit. Vide Hist. Franco-Byzant. lib. V. cap. XXIV. DUCANG.

Pag. 85, 19. Καὶ ὁ Καῖσαρ] Acropol. cap. LXXXV. Pachymer. lib. II. cap. XXVII. Hist. Franco-Byzant. lib. V. n. XXV. XXVI. XXVII. DUCANG. Graecos recuperasse Constantinopolin anno Mundi VI. MDCCLXIX. die Iulii XXV. diserte ait Georgius Acropolita. De die et mense inter omnes constat; non item de anno. Sunt enim qui affirmant recuperatam fuisse anno Mundi VI. MDCCLXVIII. Christi MCCLX. atque eam fortasse fuisse Nicephori Gregorae opinionem, infra ostendetur. Codex Regius 2525<sup>2</sup>. scriptus paulo post obitum Andronici iunioris, quo tempore floruit Gregoras, Constantinopolin a Graecis recuperatam ponit anno Mundi VI. MDCCLXVIII. In eundem annum consentiunt Codex 2654.

\*) ἡνύετο, non ἡνυστο, αὐτ παρῆρῆη. BOIVIN.



fol. 5. V. Cod. 2936. et Cod. 2976. quibus continentur brevaria chronologica; Cod. 3502. fol. 7. Dorotheus Monembasiensis in Synopsi variarum Historiarum edita Venetiis, an. MDCXXXI. Matthaeus Cigala in eiusdem argumenti libro Venetiis edito anno MDCXXXVII. Chronicon breve editum ex Codd. Regiis ab Ismaële Bullialdo, et Historiae Michaëlis Ducae subiunctum. Chytraeus in Chronologia, ubi de Nicephoro Gregora. Caeterum verissimam putato Acropolitae chronologiam, qui historiam scripsit eo tempore, quo Graeci Constantinopolin recuperarunt. Cum Acropolita consentiunt Codex Reg. 2432. fol. 99. V. et Cod. 3058<sup>4</sup>. fol. 69. V. item instrumentum prolatum a Ducangio ex Thesouro Chartarum, et in calce Historiae Franco-Byzantinae cum aliis actis coniunctum. BOIVIN.

Pag. 85, 24. *Ἡ τοῦ Παντοκράτορος*] Vide eandem Hist. n. XXVII. DUCANG.

Pag. 86, 2. *Τὸν δὲ ὁ τῆς ἀδελφῆς Ἰολέντης πρῶτος υἱὸς ὁ Ῥόμπριτος*] Georgius Acropolita Petrum interserit, Henrici successorem. Omissus praeterea a Gregora Ioannes, qui post Robertum imperator fuit. Vide Historiam Franco-Byzant. BOIVIN.

Pag. 86, 11. *Καὶ σύμβολα βασιλείας*] Quae illa fuerint, narrat Acropolita cap. LXXXVII. Nos etiam ex illo et aliis in eadem Hist. n. XXVIII. et XIX. Pachymer. lib. II. cap. XXVII. extr. scribit in argumentum captae urbis allatam Michaëli sarissam Balduini purpuream: *σημεῖον δὲ ἀληθείας τῶν λεγομένων ἐκείνοις ἦν κοκκοβαφῆς σάρισσα δεικνυμένη.* DUCANG.

Pag. 86, 13. *Ῥέουσα δ' ἡ φήμη*] Pachymer. *ibid.* DUCANG.

Pag. 86, 19. *Εὐθὺ τῆς Ἰταλίας*] Imo recta in Euboeam insulam contendit Balduinus, cum Marco Gradenigo, Pantaleone Iustiniano patriarcha Constantinopolitano, et compluribus aliis, quorum plerique, antequam insulam attingerent, fame perierunt, ut narrat Monachus Paduanus. Balduinus vero et caeteri ab Euboeae principibus et a Laurentio Tiepolo Venetorum Baiulo humaniter excepti sunt. DUCANG.

Pag. 87, 13. *Τῷ υἱῷ Ἀνδρονίκῳ τῷ νέῳ βασιλεῖ, δεύτερον ἔτος ἄγοντι τῆς ἡλικίας*] Hinc colligitur Andronicum seniore (qui hoc loco *νέος* vocatur) non vixisse annos LXXIV. \*) sed tantum LXXIII. nisi Gregoras Constantinop. a Graecis recuperatam ponat an. Mundi VI. MDCCLXVIII. Nam ab an. VI. MDCCLXIX. exeunte, quo recuperatam Urbem ponit Acropolita, ad an. VI. MDCCCL. ineuntem, quo Andronicum constat obiisse, anni numerantur non toti LXXI. quibus si pueri bimuli aetatem seu duos annos addas, consient an. LXXIII. non toti. Atque hoc est, quod supra dicebamus, Gregoram sequutum esse fortasse opinionem eorum chro-

\*) Quot vixisse eum Gregoras ait lib. V. cap. V. sect. 9. item lib. X. cap. I. sect. 4. BOIVIN.

nologorum, qui Constantinopolin recuperatam statuerent anno Mundi VI. MDCCLXVIII. non autem an. VI. MDCCLXIX. Sed hic noster Historicus non semper secum consentit. **BOIVIN.**

*Pag. 87, 14. Συγκαλ παρήλθον ἡμέραι, καὶ εἶχε τὸν βασιλεῖα ἢ τῶν πόλεων βασιλεύουσα*] Michaëlem Palaeologum in Urbem recuperatam ingressum esse die XV. mensis Augusti, colligo ex his quae leguntur initio Codicis Regii 1852. \*) *Μηνὶ ἀγούστῳ εἰ. ἐν-δικτιωνὸς δ. τοῦ ἔτους στψξθ'. εἰσιχθήμεν\*\*)* σὺν Θεῷ ἐς Κωνσταντινοῦ πολιν. *Mensis Augusti die XV. an. VI. DCCLXIX. introducti sumus Deo iuvante in urbem Constantinopolin.* **BOIVIN.**

*Pag. 87, 17. Θεομήτορος τῆς Ὀδηγητρίας*] Acropol. cap. LXXXVIII. Pachymer. lib. II. cap. XXXI. istius aedis, de qua multa congesimus in Constantinopoli Christ. lib. IV. sect. II. n. XXIV. alibi saepe meminit Gregoras. **DUCANG.**

*Pag. 87, 21. Ἐγγιστα τοῦ Ἰπποδρόμου παλάτιον*] Quod magnum appellabant, Graeci vero paulo recentiores βασιλεια τὰ μεγάλα πρὸς ἀνατολὴν, ubi hodie *Geni-Sarai*, Palatium novum, quod *Osman* aneam portam nunc nominant, de quo pariter agimus in eadem nostra lucubratione lib. II. sect. IV. n. 1. **DUCANG.**

*Pag. 87, 22. Τὸ γὰρ ἐν Βλαχέρναις*] Pachymer. τὸ γὰρ Βλαχερνῶν οὐκ εὐτρεπῶς ἦν ἔχειν πρὸς τὴν τῶν βασιλέων κατοίκησιν. ἔγμε γὰρ καπνοῦ καὶ λιγνύος. **DUCANG.**

*Pag. 88, 7. Ὅτι μὴ κατάλυσιν παντοίαν ἐπ' ἡμέρα καὶ νυκτὶ*] κατάλυσιν hic non *diversorium*, sed *destructionem* significare, sententia ostendit. **WOLFIUS.**

*Pag. 88, 19. Πατριάρχην Ἀρσένιον*] Pachymer. lib. II. cap. XXXIV. lib. III. cap. I. II. **DUCANG.** Vide Arsenii testamentum. **BOIVIN.**

*Pag. 89, 5. Τὸ δὲ ἦν θρίαμβον*] De Strategopuli triumpho silet Pachymeres, quem attingit etiam Phranzes lib. I. cap. V. **DUCANG.**

*Pag. 89, 11. Ἐν τοῖς ὑμνητηρίοις καὶ εὐφήμοις ᾄμασι*] In acclamationibus et εὐφημαῖς, quae in ecclesia praesertim fieri consueverant, uti scribit Phranzes lib. I. cap. V. de quibus agimus in Gloss. med. Graecit. in εὐφημίαι, et in πολυχρόνιον. Istius porro Strategopuli εὐφημίας meminit pariter Pachymer. lib. III. cap. 2. extr. **DUCANG.**

*Pag. 90, 18. Καὶ ὁ Καῖσαρ ἀλλοσκεται ζωῶν*] Pachymer. lib. I. cap. XXXII. lib. III. cap. VII. VIII. **DUCANG.**

*Pag. 90, 20. Ἄλλ' ἐν ἀδήλοις ὡσπερ πελάγεσι*] Sumpta haec ex dialogo, cui titulus *Φλωρέντιος*, seu *περὶ σοφίας*. Vide Cod. Reg. 3284. fol. 257. V. **BOIVIN.**

*Pag. 91, 20. Ἐν ταῖς τῶν φαυλοτέρων ἤτταις*] Phrasis insolens, pro ἐν τῷ ἤττασθαι τῶν φαυλοτέρων. **BOIVIN.**

\*) Quae continetur prima pars Lexici Suidae. **BOIVIN.**

\*\*) Pro εἰσιχθήμεν. **BOIVIN.**

Pag. 91, 24. Τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς] *Annae Manfredi Siciliae regis sororis, de qua ibidem Pachymer.* DUCANG.

Pag. 92, 2. Παρὰ Θεωδερίχου] Sic hoc loco, et infra, Fredericum II. imperatorem perperam vocat, quem Pachymeres Φερεδέρικον. Manfredus quippe filius nothus fuit eiusdem Frederici. DUCANG.

Pag. 92, 10. Βασιλέως ἀδελφιδῆν Ἄνναν] *Eulogiae Michaëlis imp. sororis filiam. Vide Famil. Byzant. p. 209. 210.* DUCANG.

Pag. 92, 21. Κατὰ τινα χρεῖαν ἐπιδεδημηκότι ἐκ τοῦ παρήκοντος] *Nisi pro ἐκ τοῦ παρατυχόντος, vel κατὰ τύχην intelligatur, non video quid sibi velit, et sic usus est hac forma loquendi Pachymerius.* WOLFIIUS.

Pag. 92, 23. Ὄνομα δὲ Βελικούρτω] *Pachymer. lib. III. cap. VI. Μαίω δὲ Βελικούρτω, id est Mahieu de Valaincourt, quomodo vox Matthaeus tum efferebatur apud Francobelgas nostrates. Is porro ex nobili satis in Picardia familia ortus erat, uti docemus in Historia nostra Franco-Byzantina lib. V. n. XLII.* DUCANG.

Pag. 93, 3. Ὄνομα Βιντιμιλλῆ] *Seu, ut Itali efferunt, Vintimiglia. Unde eandem Hist. n. XLI. XLII. et quae de hac familia observamus in Familiis Byzantinis, ubi de Lascarica gente agimus, cuius nomen sibi exinde adscripserunt Vintimilienses.* DUCANG.

Pag. 93, 5. Τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτῶν] *Pachymer. lib. II. cap. XXXV. lib. III. cap. X. XII. XXV. ubi ἐν φρονιῶ τῶ τῶν Νικητιάτων τῆς Δακιβύζης inclusum scribit.* DUCANG. *Annotavimus in margine, factum id esse A. C. MCCLXI. et ita quoque Possinus in chronologia sua Pachymeriana. Sed si Ioannes, cum est excaecatus, iam tum erat decennis, ut hoc loco dicitur, oportet excaecatus sit an. Christ. MCCLXIII. siquidem anno MCCLIX. quo eius pater Theodoros obiit, annum aetatis sextum explebat, teste ipso Gregora lib. III. cap. III. sect. 2.* BOIVIN.

Pag. 93, 6. Δεκατῆ ἤδη τυγχάνοντα] *Possinus novennem facit.* BOIVIN.

Pag. 93, 11. Χερσὶ μὲν τὰ στέφνα] *Non necesse habui ensiferas cogitationes, fumos gemituum et ligna doloris inserere.* WOLFIIUS.

Pag. 93, 17. Ἀφορισμῶ μὲν τὸν βασιλέα καθυποβάλλει] *Pachymer. lib. III. cap. XIV.* DUCANG.

Pag. 93, 18. Τὴν δὲ τούτου μνήμην] *Quod tum improbatum, cum, ut ait Pachymeres, id esset cum eo in sacris communicare, qui a communione abscissus erat.* DUCANG.

Pag. 94, 10. Καὶ ἦν ἡ λαληθεῖσα κατηγορία] *Idem Pachymer. lib. IV. cap. III.* DUCANG.

Pag. 94, 13. Ὅτι Χριστιανῶν τε ὑπῆρχε γονέων υἱός] *Pachymer. patriarcham respondentem libello accusationis dixisse ait, Sultanum eiusque filios pro Christianis tum habitos, id asserente Macario, Pisidiae episcopo. Vide eundem Pachym. cap. VI.* DUCANG.

Pag. 94, 23. *Εισκαλεῖται τοῖνον*] Coacta synodo aliquot episcoporum Constantinopoli in Alexiaco triclinio. Pachymer. lib. IV. cap. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. DUCANG.

Pag. 95, 9. *Γερμανός*] Pachymer. lib. III. cap. XII. XIII. DUCANG.

Pag. 95, 20. *Ἰκάριος*] Pachymer. lib. V. cap. XXVII. Istius porro Icarii defectionem pluribus descripsimus in Hist. Franco-Byzant. lib. V. n. XLV. et XLVI. ubi illum fuisse ex *Zachariarum* seu *Iaqueriarum* familia Genuensi docuimus, ex qua alter Benedictus Zacharias, ac illius forte filius, Chium insulam Graecis abstulit sub an. MCCCIV. Vid. eadem Hist. lib. VI. n. XXV. DUCANG.

Pag. 95, 21. *Τοῦ τῆς Εὐβοίας κρατούντος*] Interpres Praetorem verterat: *Principem*, emendavimus. Incertum autem, quod mox subdit, an Euboea Reipublicae Venetae ea tempestate provincia exstiterit, cum a tribus diversis principibus tum possideretur, ex familiis *Dalle Carceri* Veronensi, *di Ghisi* Veneta, et *Zacharia* Genuensi, ex qua postrema erat *Icarus*, qui, ut scribit Pachymeres d. cap. XXVII. ex istius insulae dominis erat, atque, ut vero est simile, a duobus aliis principibus defecerat, orta invicem simultate. Scribit Andreas Dandulus in chron. Ms. sub an. MCCLIV. et MCCLV. Guilelmum Villharduinum, qui Gaufrido fratri Moreae et Achaisae principi successerat, ad se evocatis Narioto *Dalle Carceri*, et Guilelmo Veronensi, Euboeae insulae principibus, iisque in carcerem coniectis, in eandem insulam cum copiis irrupisse, hancque expugnasse, ex ea pulso Paulo Gradenigo Venetorum Baiulo: Venetos vero, misso Marco Gradenigo cum VII. tremibus, in auxilium ascitis vicinis principibus, insulam denuo recepisse. Sed et ex Archivo Camerae computorum Parisiensi docemur, anno MCCCXLIV. duos magnates, quorum alter *P. Dalle Carceri*, alter Bartholomaeus Ghisi nobilis Venetus vocabatur, isti insulae tum in solidum imperasse, ac Moreae principi fidem et clientelam praestitisse. Vide eundem Dandulum ann. MCCLXIX. et MCCLXXII. Sabellicum etc. DUCANG.

Pag. 96, 22. *Τὸν μὲν ἀρχηγὸν τῆς Εὐβοίας*] Aliter Pachymeres, qui non Euboeae principem, sed Ioannem *Μέγαν Κύριον*, seu uti nostri vocabant *Le Grand Sire*, captum et adductum, ac deinde remissum statim decessisse, eique successisse Guilelmum illius fratrem *Magnum Dominum* scribit. Qui porro *μέγας κύριος* ab eo nuncupatur, non alius est ab Atheniensi Duce, ita a nostris appellato, quod eius ditio longius caeteris in Graecia protenderetur: uterque vero ex familia *de la Roche* exstitit. Vide Historiam Franco-Byzant. lib. V. n. XLVII. DUCANG.

Pag. 97, 9. *Πίπτει πρηνῆς ἐπ' ἰδάφους*] Mera fabula de Ioannis subita in imperatoris conspectu morte, ex iis quae traduntur a Pachymere lib. V. cap. XXVII. DUCANG.

Pag. 97, 10. *Μετὰ μέντοι*] Ut Pera seu Galata Venetis, Pi-

sanis, et Genuensibus ad habitandum a Michaële concessa sit, multis egimus lib. I. Constantinopolis Christianae sect. XXII. de singulorum vero praefectis hic recensitis, eorumque nominibus, tum ex Gregora, tum ex Pachymere lib. II. cap. XXXIII. et aliis, in Glossario med. Graecit. DUCANG.

Pag. 98, 2. Ἐκίδευσε τῷ ῥηγὶ τῆς Ἰταλίας Καρούλω] Vide Historiae Franco-Byzantinae lib. V. n. XLVIII. XLIX. DUCANG.

Pag. 98, 7. Γένους τοῦ Γασμουλικού] Pachymer. lib. IV. cap. XXVI. Vide Glossar. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 98, 13. Τζάκωνας] Horum Laconum meminit Pachymeres lib. III. cap. IX. Vide pariter idem Glossar. in hac voce. DUCANG.

Pag. 98, 13. Ὁ γοῦν βασιλικὸς στόλος] Pachymer. lib. III. cap. XV. DUCANG.

Pag. 98, 25. Τὸ δὲ ἦν κομήτης] Pachymer. lib. III. cap. XXIII. DUCANG.

Pag. 99, 21. Κωνσταντίνω] Pachymer. lib. III. cap. XXV. DUCANG.

Pag. 100, 5. Διαμηνύσασθαι Κωνσταντίνω] Verbum διαμηνύσασθαι apud Gregoram non semel occurrit, pro μεταπέμπειν. Vide lib. VIII. cap. VI. sect. 2. etc. BOIVIN.

Pag. 101, 21. Ὁ τῆς Αἰγύπτου καὶ Ἀραβίας Σουλτάν] Pachymer. lib. III. cap. V. Is porro est quem nostri *Noradinum* vocant, Chronicon vero Orientale ab Echellensi editum, *Almansurum Nuraddinum*, ubi regnum iniisse dicitur anno Hegirae DCLV. proinde Christi MCCLVII. a quo scilicet expugnatas quas nostri in Syria obtinebant civitates narrant scriptorea rerum Hierosolymitanarum. DUCANG.

Pag. 102, 7. Ἡ τῶν γούτων ἐξωνούμενοι] Pachymeres ταῖς συνεχίσαι μετακομίσει τῶν βορέαθεν μειρακίσκων Arabes suos auxisse exercitus scribit. Haytonus in Hist. Orientali cap. I. de Soldani Aegypti potentia: *Μαίωρ pars exercitus Aegypti sunt servi empti pretio, quos mali Christiani saepe portant cupiditate lucrandi, aut in praeliis acquisiti, quos compellunt eorum sectae et fidei adhaerere. Et illi qui empti pretio pecuniae exstiterunt, cariores sunt et habentur, et plus aliis honorantur.* Apud Turcos vero Europaeos alia inducta simili fere modo exercitus augendi consuetudo Amurate imperante sub ann. MCCCLX. cuiusdam Caramani doctoris Carae Rustenis et Zinderlu-Chelilis consilio, qua inductum, ut de mancipiis puerilens aetatem egressis, quae bello capta fuissent, quintum quodque caput Sultano offerretur: sin tria duntaxat aut quatuor essent mancipia, singulorum nomine XXV. aspri solverentur. Hi Nomadibus seu agricolis traduntur discendae linguae Turcicae et religionis Mahumetauae causa, et annis aliquot exactis ad Portam revocantur, Genitzarorum officio functuri. Hanc puero-rum collectionem παιδομάζωμα vocat Contares in Hist. Athenar.

Vide Ducas Hist. cap. XVI. Leunclavium lib. V. Hist. Musulman. pag. 228. et in Pandecte Turcico n. XXXV. DUCANG.

Pag. 103, 14. Καθάπερ τι σιδηροῦν τεῖχος ] Idem Gregoras lib. V. cap. VI. τὸ γὰρ τοι γένος τῶν Ἰταλῶν τοιούτοις ἀρχῆθεν συντέθραπται τοῖς ἡθεσι. ἂν μὲν γὰρ εὐτάκτως ἀπαντᾷ πρὸς τὸν πόλεμον, τεῖχος ἐστὶν ὄχυρόν καὶ ἀμαχητόν. Respexit etiam forte ad Latinorum seu Francorum pleniorum armorum: unde Theophylactus Bulgariae archiep. Epist. XXVI. ὁ Φράγγος ὁ τὸν τράχηλον τέως σιδήρεος. DUCANG.

Pag. 104, 2. Οἱ Τοῦρκοι ] Vide notata ad lib. II. pag. 23. DUCANG.

Pag. 106, 19. Ἄλλ' ὁ τῆς Φοινίκης καὶ Συρίας ἕως etc. ] Atqui illi sanctum sepulchrum recuperarunt, quidquid Gregoras dicat. BOIVIN.

Pag. 107, 8. Hic locus fuit commemorandi expeditionem sacram D. Ludovici; cuius mirum est nullam a Gregora mentionem habitam fuisse. BOIVIN.

Pag. 107, 11. Ἐλεν. ὁ μέντοι ] Pachymer. lib. IV. cap. II. XVII. XXI. XXIII. XXVIII. DUCANG.

Pag. 107, 13. Ἄτε Ἀρσενίου ζῶντος ] Non modo quod eo ipso pro μοίχῳ seu adultero haberetur, uti docemus in Gloss. med. Graecit. in v. Μοίχος, sed et διὰ τὴν ἐμφαινομένην τοῦ θρόνου μετέταξιν, ut loquitur Pachymeres d. cap. XVII. et quod ἀπὸ τοῦ θρόνου τῆς θυματὸς τῶ θρόνω τῆς μητρὸς ἀνέδην οὕτω καὶ αὐθάδως εἰσπηθήσειεν. οὕτω γὰρ τὰς ἐκκλησίας ἐκάλουν. idem cap. XIII. Adde cap. XXVIII. DUCANG.

Pag. 107, 15. Αὐτὸς δ' ἡσυχάσων ἀπήει ] A. C. MCCLXVI. BOIVIN.

Pag. 107, 15. Ἰωσήφ τὸν πατριαρχικὸν διαδέχεται θρόνον ] Eodem anno, Decemb. die XXVIII. BOIVIN.

Pag. 107, 17. Κατὰ τὸ Γαλλήσιον ὄρος συνεζηκώς ] Exstat in Cod. Reg. 2964. f. 320. inter opera Nathanaëlis (seu Nicephori) Chumni imperatorium diploma, inscriptum λόγος χρυσόβουλλος ἐπὶ τῇ ἐνώσει τῆς ἐν τῷ Γαλλήσιῳ μονῆς καὶ τῆς ἀγίας ἀναστάσεως, ὥστε τοῦ λοιποῦ μὴ δύο, ἀλλὰ μίαν ταύτας εἶναι, καὶ ὅψ' ἐνὶ τετάχθαι καὶ ἄγεσθαι καθηγουμένῳ. In quo diplomate cum alia multa praeclara de Galleii monasterio narrantur, tum haec maxime notanda, ἣ πρὸς ἑὸ ἐν τῷ τοῦ Γαλλήσιου τόπῳ σεβασμία μονὴ τῆς πανπεραγῶνου μου δεσποίνης καὶ θεομήτορος, διαβόητος οὐσα ἐξότου δὴ καὶ τὴν ἀρχὴν σινέστη, καὶ σφόδρα γε θαυμαζομένη, οἷς καὶ πάννυ τι δεδύνηται ψυχὰς βελτιοῦν ζῆν κατὰ θεὸν αἰρουμένας, καὶ νῦν ἐς δεῦρο περισώζει τοῦτο τὸ καλόν, καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ τὴν πολιτείαν τήνδε μετιέναι προθυμουμένοις πρὸς αὐτὸ δὴ τοῦτο μάλα συναίρεται, καὶ δεξιὰ τις ἔστι πληροῦν τὸν πόθον. Ἰδρῦται γὰρ ἐν ἀοικῆτῳ τινὶ, πόρῳ που τῶν κοσμικῶν θορούβων ἀνωκισμένη. Ἰδρῦται δ' αὐτὴν καὶ συνίστησι πρῶτως ὁ περιβόητος τὴν ἄσκησιν καὶ μέγας

τὴν κατὰ θεὸν πολιτείαν Λάζαρος, ἀπολεξάμενος τόνδε τὸν τόπον, καὶ τὴν θαυμασίαν ταύτην ἐν αὐτῷ τῇ θεομητορί καθοσιώσας μνην, καὶ γε δειμάμενος καὶ πῆξας ἀρετῆς ὡς εἰπεῖν ἐργαστήριον. . . ὄρος γὰρ ἔστιν ὁ τόπος ἄναντες καὶ τραχύ, τῶν ἐς ψυχαγωγίαν καὶ παραμυθίαν σωματικὴν μηδενὸς ἤμιστα μετέχον. οὔτε γὰρ σκιάζεται δένδρσι· οὔτε βοτάνῃς, ἀλλ' οὐδὲ χλόης ἀπογεννᾷ βλάστησιν· οὐ μιν οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπὸ γῆς χρησίμων οὐδὲν οὐδὲ ὅλως καρποφορεῖ· ξηρὸν δ' ἔστιν ὄλον, καὶ πρὸς τοιαύτας γονὰς παντάπασιν ἀφνές· εἰ καὶ ἄλλως γόνιμον ἀρετῆς. Omitto caetera. BOIVIN.

Pag. 107, 20. Καὶ τοὺς λογισμοὺς ἐξηγόρευεν] *Interpres, et suas illi cogitationes exponebat. Emendavimus, et delictorum, seu peccatorum, confessionem edebat.* Pachymeres: ἄνδρα πνευματικόν, καὶ εἰς πατέρα τεταγμένον τῷ βασιλεῖ. Vide Gloss. med. Graecit. in ἐξαγορεύειν, in λογισμὸς et in πνευματικός. DUCANG.

Pag. 107, 22. Προσελθὼν πίπτει πρηνῆς etc.] A. C. MCCLXVII. Kal. Ianuar. BOIVIN.

Pag. 108, 3. Συγγραφῆσεως ἔγγραφον] *Idem interpres: Condonationis syngrapham. Rursum emendavimus, absolutiois.* Vide idem Gloss. in συγγραφοῦργιον. Ritum hunc absolutiois pluribus describit Pachymer. lib. III. cap. XXV. DUCANG.

Pag. 108, 12. Ἦν μὲν οὖν ἡ πᾶσα ἔκλειψις] De hac Eclipsi, quae accidisse dicitur anno mundi iuxta Graecos VI. MDCCLXXV. Christi MCCLXVII. copiose egit Grandamicus parte III. Chronolog. sacrae cap. VIII. §. I. II. III. IV. et ex eo Possinus ad Pachymer. pag. 519. DUCANG.

Pag. 109, 10. Ἐἶτα αὐτὸς μὲν] Conferendus Pachymeres lib. IV. cap. XXIX. DUCANG.

Pag. 109, 10. Πρῶτον μὲν] Haec prima sacramenti a filio exacti pars spectat fidei professionem, quam recens dicti imperatores scripto dabant patriarchae, quam ideo ἔγγραφον appellabant, ut in Gloss. med. Graecit. in hac voce observamus. DUCANG.

Pag. 109, 12. Δεύτερον δὲ] Partem vero sacramenti istius hauserant Augusti recentiores Constantinopolitani a Francis nostris, seu Latinis, apud quos Vassalli seu Clientes in hominibus *fidem Domino de vita et membris et terreno honore se servaturos iurabant.* Hic tamen non tati est hominum, quam *securitas*: neque enim reges cuiquam de regno hominum praestant. Unde in pacto inter Henricum II. regem Angliae et Henricum filium, quem antea pater regem dixerat, anno MCLXXIV. *cum is hominum* (quod filii alii fecerant) *facere voluisset, noluit Dominus rex ab eo recipere, quia rex erat, sed securitatem accepit ab eo,* ut est apud Rogerum Hovedenum et Bromptonum. DUCANG.

Pag. 109, 22. Οὐ μέντοι μῆνα καὶ Ἰνδικτον] Haec pluribus explicavimus in notis ad Alexiadem Annaeam pag. 254. et in Gloss. med. Graecit. in v. Μηνολογεῖν. DUCANG.

Pag. 109, 22. Βασιλεὺς Ῥωμαίων] Non vero αὐτοκράτωρ,

cum id nominis sibi solis reservarent patres imperatores, ut docemus in eodem Gloss. in  $\nu$ .  $\alpha\upsilon\tau\omicron\kappa\rho\acute{\alpha}\tau\omega\rho$ , tametsi aliter observarit Ioannes Cantacuzenus, cum Matthaëo filio *Matthaëo imperatore* dicto, is se βασιλέα et  $\alpha\upsilon\tau\omicron\kappa\rho\acute{\alpha}\tau\omicron\rho\alpha$  inscripsit, ut docet eius subscriptio apud Gretserum ad Cantacuz. Hist. pag. 933. DUCANG.

Pag. 110, 1. Καὶ παίδας καταλιπὼν] Vide supra lib. II. cap. VIII. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 110, 2. Ἐνα μὲν νόθον, Ἰωάννην ὄνομα] Pachymer. lib. IV. cap. XXXI. DUCANG.

Pag. 110, 3. Ὁ ἐπ' ἀδελφιδῆ γαμβρὸς κ. τ. λ.] Vide supra huius libri cap. 3. sect. ult. BOIVIN.

Pag. 112, 13. Ταῖς ἱεραῖς εἰκόσι] Quippe apud Graecos picturae ac imagines in ligno, rarius in liuteis delineabantur. Vide Glossar. med. Graecit. in *Κηρογραφία*. DUCANG.

Pag. 114, 6. Τῶν Ἀθηναίων Δουκί] Pachymer. ἐκεῖσε μὲν τὸν μέγαν Κύριον ὁμοιοῦντά οἱ, Συρωιάννης γὰρ κατὰ γλώττιαν ἔλεγετο. Ioannes scilicet *de la Roche*, Dux Athenarum et Thebanorum Dominus, de quo supra ad pag. 57. A. DUCANG.

Pag. 114, 7. Καὶ κῆδος λαμπρά] Pachymer. εἰς πίστιν δὲ τῶν σπονδῶν ἑαυτοῖς καὶ κῆδος γενέσθαι, ὡς λαβεῖν ἐκείνον γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ. DUCANG.

Pag. 114, 21. Μετὰ πεντακοσίων] Trecentos duntaxat equites fuisse scribit Pachymer. d. cap. XXXI. DUCANG.

Pag. 115, 2. Καὶ Ἀχαῖας ἦκειν πρόλυκιπα] Guilelmum Villharduinum, de quo supra. DUCANG.

Pag. 116, 5. Νῶμος γὰρ ἐστὶν οὗτος] Nescio an istius moris alius scriptor meminerit. DUCANG.

Pag. 117, 1. Ἀλλὰ γὰρ] Rem attigit Pachymer. lib. IV. cap. XXXII. ut et Phranzes lib. I. cap. VI. DUCANG.

Pag. 119, 19. Ἐκ τοῦ ἡπειρωτικοῦ ἐκείνου πολέμου διασωθέντων] *Qui cladem terrestrem evaserant*. Ita vertendum, non ut Wolfius, *qui cladem Epiroticam evas*. BOIVIN.

Pag. 120, 19. Ὁ δὲ τοῦ βασιλέως ἀντάδελφος] Pachymer. lib. IV. cap. XXXII. lib. V. cap. I. DUCANG.

Pag. 123, 1. Ἄλλ' ἐπανιτέον] Pachymer. lib. V. cap. VIII. X. DUCANG.

Pag. 123, 5. Τῷ ἑαυτοῦ παιδί] Philippo. DUCANG.

Pag. 123, 6. Θυγατέρα] Beatricem. DUCANG.

Pag. 123, 12. Δεινὸς γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ] Infra cap. VI. ait fuisse ἄνδρα μεγαλοῦργόν, καὶ βελτίστην δυνάμει συνέσεως χρωόμενον ἔς τε τὰς ἐπινομίας καὶ τὰ βουλευματα ἀν' ἔμελλε δοῦν, ἔς τε αὐτὰ δὴ τὰ δρώμενα. Pachymer. lib. I. cap. XXII. ἄνδρα σοβαρὸν καὶ ὑπὲρ τὰ μέτρα φρονοῦντα. Idem lib. III. cap. VIII. εὐρών δραστήριον ἄνδρα, ἀδελφὸν Ἐγγὸς τῶν Φραντζίσκων, καὶ εἰς Κόντους τε ταγμένον τὸν Κάρολλον. DUCANG.

Pag. 125, 3. Διαπερσεβύεται ἤδη καὶ πρὸς τὸν Πάππαν] Imo



Pachymeres lib. V. cap. XI. ait Michaëlem ad hanc ineundam ecclesiarum concordiam sollicitatum a Gregorio X. Papa, missis quibusdam ex ordine S. Francisci Fratibus. Verum ex iis, quae fusius attigimus in Hist. Franco-Byzantina lib. V. n. LII. lib. VI. n. III. constat, Michaëlem, quo Caroli minas et bellicum in se apparatus retunderet, summum Pontificem spe utriusque ecclesiae tandem uniendae ab eius partibus avertere conatum esse. Id porro gestum sub anno MCCLXXIV. DUCANG.

Pag. 125, 7. Δέχεται τὴν πρεσβείαν ἀσμένως ὁ Πάππας] Adscriptissimus ad marginem annum Christi MCCLXXIII. Est autem haec Possini chronologia, observationum Pachymerian. lib. III. cap. VI. n. V. Mauritius David, in animadversionibus chronologicis ad Pachymeris Michaëlem, n. V. Possinum reprehendit, et multis probat eam legationem referendam esse ad annum Christi MCCLXXIV. Verum abutitur testimonio Pachymeris, cum ait, *Sed nullus de ἀπὸ ἀμυγῆς restat locus, postquam Pachymeres de hac ipsa legatione disserens cap. 17. libri 4. annum Mundi arguit 6782. Indict. 2. curre, qui annus respondet anno Christi 1274.* Nam Pachymeres his verbis non indicat tempus missae legationis, sed secessionis Iosephi patriarchae; quem post missos ad Papam legatos secessisse innuit. Quodsi legati primum missi sunt, deinde Iosephus secessit, oportet legatos profectos esse vel anno MCCLXXIII. exeunte, vel MCCLXXIV. ineunte, cum ibidem dicat Pachymeres Iosephum secessisse die XI. mensis Ianuarii (anni scilicet Chr. MCCLXXIV.). BOIVIN.

Pag. 125, 11. Ἐφ' ὄρω τριῶν κεφαλαίων] Hic interpretis versionem paulo immutavimus. Is enim ediderat: *primum ut in sacrorum voluminum hymnodis Papae cum quatuor patriarchis mentio feret. Alterum ut liceret cuivis Romam veterem, quae curia maior et perfectior esset, appellare. Tertium ut illi principatus in omnibus deferretur.* Vide Pachymer. lib. V. cap. XI. et Phranzem lib. I. cap. VI. DUCANG.

Pag. 125, 23. Τοῦ Ἀρχιστρατηγοῦ μονῆ] Quod quidem monasterium in Anaplo statuit Pachymeres lib. V. cap. V. et IX. DUCANG.

Pag. 126, 11. Ἐν στενῷ μέντοι] Ibidem Pachymer. cap. XII. XVIII. XIX. XX. DUCANG.

Pag. 127, 16. Δημεύσεις, ἐξορίαι] Pachymer. eodem libro cap. XIX. XX. lib. VI. cap. XVI. XXIV. Vide praeterea Allatium de concordia utriusque ecclesiae cap. XV. n. VII. DUCANG.

Pag. 128, 7. Οἱ μὲν Ἀρσενίου] Pachym. lib. V. cap. II. DUCANG.

Pag. 128, 14. Ἐν τούτοις μέντοι τοῖς καιροῖς] Vide Leon. Allat. Exercit. in Creight. p. 608. BOIVIN.

Pag. 128, 15. Ὄνομα Βέκος] Pachymer. lib. V. cap. XIII. XIV. XV. XXII. XXIV. XXVIII. Vecchi patriarchae Constantino-

politani historiam fuisse persequitur, cui *Βέκκος*, ut et Phranzi et aliis dicitur. *ΔΥΣΑΝΘ.* Aliis *Βέκκος*; quibusdam etiam *Βέκων*.

*Καὶ Λατινόφωνων Ἰωάννης ὁ Βέκων.*

Cod. Reg. 3058. Vide et clausulam Cod. Reg. 2006. Latine Becus, Beccus, Vecus, et Veccus promiscue dicitur. *ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 129, 15. Νικηφόρος ὁ Βλεμμύδης]* De prolatis a Vecco S. Scripturae de S. Spiritus processione locis, qui Latinorum dogmata firmarent, scribit quidem Pachymeres: sed de collectionis auctore hic silet, Blemmyde scilicet, valido apud Graecos Latinae ecclesiae sententiae adversus Graecos propugnatore. Nam cum Ioanne Duca rerum potente inter Graecos de processione Spiritus sancti controversia discuteretur, ipse multis ex sacra Scriptura et sanctis Patribus collectis testimoniis Latinorum sententiam confirmavit, posteaque ad imperatorem Theodorum Lascarium et ad Iacobum Bulgariae electum archiepiscopum transmisit, ut ex ipso Ioanne Vecco docet Allatius lib. II. de utriusque ecclesiae consensu cap. XIV. n. IV. quorum quidem librorum meminit Pachymeres lib. VI. cap. XXIII., qui habentur editi post tom. I. Annal. Eccl. Odorici Raynaldi cum versione Latina eiusdem Allatii. *ΔΥΣΑΝΘ.*

*Pag. 129, 16. Ὡς σχολῇ δεδοκῶς ἑαυτὸν]* Quasi sibi ipsi scribens, nec libro publicando incumbens. *Μοχ, λάθρα μὲν διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν*, quas verba, inquit Allatius, perperam vertit interpres, *infamiae metu*, cum vertere debuisset, *propter multorum invidiam*, seu potius *propter vitandam suspicionem*, quod Latinorum scilicet partibus addictior videretur. Neque tamen id clam scripsisse dicendus est, quod imperatoris iussu egerat. *ΔΥΣΑΝΘ.*

*Pag. 129, 18. Διὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν]* Verterat Wolfius, *infamiae metu*. Leo Allatius vertendum putabat, *propter multorum invidiam*, seu potius *propter vitandam suspicionem*. Ego vero malui, *propter opinionem in qua plerique erant*. *ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 130, 6. Τὸν πατριαρχικὸν ἀναβιβηκῶς θρόνον]* Cum Iosephus sede sua pulsus in Peribleptae monasterium sese contulisset XI. Ianuarii secundae Indictionis, anno Mundi iuxta Graecos VI. MDCCLXXXII. (Christi MCCLXXIV.) ut est apud Pachymer. lib. V. cap. XVII. XXII. hincque in Anaplum (forte in Archangeli monasterium, de quo supra) amandatus, Veccus patriarcha renunciatus est XXVI. Maii, et II. Iunii die Pentecostes inauguratus. Idem Pachymer. cap. XXIV. XXVIII. *ΔΥΣΑΝΘ.* Secessit Iosephus, ut supra dictum est, A. C. MCCLXXIV. Ianuarii die XI. Veccus non statim ei subrogatus. Possinus ex Pachymeris verbis lib. IV. cap. XVII. et lib. V. cap. XXIV. a prima secessionem Iosephi ad initum a Vecco patriarchatum menses solidos sexdecim intercessisse colligit; atque ita Vecci creationem confert in annum Christi MCCLXXV. Possini calculi firmatur auctoritate Chronicorum manuscriptorum, in quibus Veccus annis octo sedem tenuisse dicitur. *Vide Cod.*

Reg. 8058<sup>4</sup>. 3502. etc. In Codice 2525<sup>3</sup>. fol. 282. V. septem anni tantum ei patriarchae tribuuntur. **ΒΟΙΝΙΚ.**

Pag. 130, 9. Τὸν τῆς Μελιτηνιαῶτην] Quem cum Vecco legatum antea miserat ad S. Ludovicum Franciae regem, quo Carolum fratrem a consiliis averteret; ut auctor est Pachymeres lib. V. cap. IX. quem quidem Ludovicum, ut hoc obiter adnotem, *πρῶτον ὄντα καὶ εἴηγα τιμημένον ἀρχήθεν, καὶ ἐπὶ μεγαλειότητι ἐξουσίας τιμώμενον, πρὸς δὲ καὶ τοὺς τρόπους εὐθύν*, vocat. **DUCANG.**

Pag. 130, 11. Γεώργιον ἐκ Κύπρου] Dignitate Πρωτοαστολάριον, ut est apud Pachymerem lib. V. cap. XII. XXII. ac deinde patriarcham Constantinopolitanum effectum. Ita alter ex archidiaconis Palatini cleri Evangelium, alter Apostolum legit. **DUCANG.**

Pag. 130, 11. Συνελευτουργήκει μὲν οὖν τῶν πάντων οὐδεὶς τοῖς τοῦ Πάππα] Fateor me non satis assequi quid sibi velit. Φερόιοι fortassis sunt *Fratres*, hoc est monachi, qui Latinam Missam permissu imperatoris celebrarunt. Sed haec ex iis, quae e Pachymerio de Metochite annotata sunt, intelliguntur. **WOLFIUS.** Verterat Wolfius, *Nullus tamen eorum omnium ad Papae rationem liturgiam celebravit.* Vertendum ita ut edidimus. **ΒΟΙΝΙΚ.**

Pag. 130, 13. Τῶν Φρερῶν τινὲς] Expressit vocem Gallicam *Frères*, quomodo tum indigitabantur ex ordine S. Francisci et S. Dominici monachi. Hi porro Constantinopolin advenerant a Gregorio missi, in quibus erat Ioannes Parastron. **DUCANG.**

Pag. 130, 14. Διὰ χειροτονίαν τινός] Interpres, *suffragio cuiusdam e familiaribus: emendavimus, propter ordinationem cuiusdam e suis.* **DUCANG.**

Pag. 130, 16. Ἦν ἀδελφῆ] Pachymer. lib. V. cap. III. Vide stemma Palaeologorum in Famil. Byzant. **DUCANG.**

Pag. 130, 19. Τῷ τῆς Ζαγοράς ἄρχοντι] Bulgariae regi. Cur porro Zagorae reges dicerentur Bulgariae principes, diximus in eorundem regum serie, n. XVII. Vide praeterea Leunclavium in Pandecte Turc. n. XXXIII. et in Onomastico. **DUCANG.**

Pag. 130, 22. Ἐν τούτοις] Pachymer. lib. VI. cap. III. **DUCANG.**

Pag. 131, 1. Ὀνομα Λαχανᾶς] Cur id ei nominis inditum, indicat ibid. Pachymeres. Vide stemma Bulgaricum. **DUCANG.**

Pag. 132, 6. Ὄθεν ἐπειδήπερ] Pachymer. lib. V. cap. V. lib. VI. cap. IV. V. **DUCANG.**

*Ibidem.* ὁ λόγος φθάσας] Libr. III. cap. II. sect. 4. **ΒΟΙΝΙΚ.**

Pag. 132, 6. Τὸν τοῦ Ἀσάν ἀπόγονον] Mytzes Asanis sororem duxerat uxorem, ut dictum supra, lib. III. cap. II. sect. 4. Cur itaque eum Gregoras ἀπόγονον vocat? **ΒΟΙΝΙΚ.**

Pag. 132, 18. Ἀπονητὶ δ' ὁ Ἀσάν] Pachym. lib. V. cap. III. lib. VI. cap. I. II. VII. VIII. IX. **DUCANG.**

Pag. 133, 21. Ἴδὸν γὰρ καὶ οἱ ἐκ Γεννοῦας] Pachymer. lib. V. cap. XXX. DUCANG.

Pag. 134, 21. Τοῦ Ἰερῶ] Nomen arcis est ruinosae in Asiatico littore, trans Bosporum, non procul ab ostio Ponti Euxini, inquit Leunclavius in Onomastico priore Turcico: de quo quidem Hiero multis egimus in notis ad Alexiadem pag. 361. DUCANG. Vide lib. XVIII. cap. II. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 137, 4. Τῶ Σουλτάν Ἀζατίνῃ] Vide seriem Sultanorum Iconiensium post Familias Dalmaticas. DUCANG.

Pag. 137, 13. Εἰς δὲ τις Ἀμούριος ὄνομα] Quem a Meleco Sultano Iconiensi una cum filiis insigni perfidia postea interfectam fuisse narrat Pachymeres lib. X. cap. XXV. ex quibus unus Hali nomine, divina quadam providentia servatus, collecta Persarum manu, Melecum praelio adortus hunc interfecit, indeque aucta Hali, qui tum Amurii nomen suo adiecit, potentia, Romanas regiones incursionibus infestavit. Ut porro is perierit, exponit Gregoras in altera Historia. Iste autem Amur, Ἀμούρπεις, unico vocabulo, dicitur Cantacuzeno lib. II. cap. XXVIII. Id est Dominus Amur. Est enim Beg Turcis Dominus, ut est apud Leunclavium in secundo Onomastico Turcico, et lib. IV. Hist. Musulman. pag. 196. ubi observat Beg nomen dari solere omnibus officium vel munus aliquod a rege vel Sultano consecutis. Graeci vero Πέγ et Πέγης dicunt, vel Μπέγης, ut in Gloss. med. Graecit. observamus. Unde discimus quis is sit quem Froissartus III. Vol. cap. XXII. et XXIII. Amorabakin vocat, quae vox effecta ex Amur Begis vel Begin. Sed an Amur iste, cuius meminit Gregoras, et Cantacuzenus loco laudato, sit ille a quo interfectus est Melecus, dubium ingerit idem Cantacuzenus, qui lib. II. cap. XXIX. et lib. III. cap. VII. eundem Amurium Aitinis Ioniae (seu Cariae, uti habet lib. II. cap. XIII.) Satrapae filium fuisse ait, eundemque Satraparum Asiae opulentissimum. Aitinem praeterea duos alios filios habuisse, quorum alter Chetir, alter Souleimasas vocabatur. Amurii porro crebra deinde mentio apud Cantacuzenum. DUCANG.

Pag. 137, 17. Ἦρως δὲ ἐπιστάντος] Circa an. MCCLXXV. DUCANG.

Pag. 138, 3. Εἰς πλείστα τεμόντες] Hinc igitur extincto Turcorum Iconiensium principatu, cum eidem tuendo contra Tartaros impares essent, singuli ex primoribus Turcis, prout libitum fuit, oppida et provincias pervaserunt, cum Graecis aequae ac Tartaris bellam gerentes, tandemque iisdem Tartaris recedentibus, pulsoque vel certe non admissa Sultano, Turcicum principatum provinciis invicem dispertitis, deinde quod Romani seu Graecorum in Asia supererat imperii invaserunt, indeque in Europam evolarunt, ab ipsismet Graecis imperatoribus evocati, dum opem ac auxilium quaerunt, quo se adversus suae gentis principes, atque adeo

etiam Latinos, tueantur, unde universi postmodum imperii clades exorta est, ut Gregoras post haec pluribus narrat. DUCANG.

Pag. 188, 22. *Στρατοπέδων πολλῶν*] Phranzes lib. I. cap. VI. DUCANG.

Pag. 142, 11. *Συνέβη δ' ἐπὶ τούτοις*] Pachymer. lib. VI. cap. XXX. XXXI. XXXII. DUCANG. Adscriptus hic in margine annus Christi MCCLXXX. atque hoc urbis Trallium instauratae tempus assignavit nobis Possinus in tabulis chronologicis. Quodsi Andronicus annos vixit LXXIV. ut hoc capite infra et libri decimi capite primo Gregoras docet, referenda erit eius urbis instauratio ad annum Christi MCCLXXIX. Nam si Andronicus annos vixit LXXIV. oportet eum natum esse A. C. MCCLVIII. quippe quem constat obiisse A. C. MCCCXXXII. Si natus est A. C. MCCLVIII. annum aetatis vigesimum primum excessit A. C. MCCLXXIX. Porro hoc capite Tralles instaurasse dicitur cum esset maior an. XXI. ΒΟΥΓΙΝ.

Pag. 142, 18. *Ἀνοικοδομησαι πάλαι πεπτωκυῖαν*] De Tralibus instauratis ita Gregorius Cyprius in encomio Andronici: *ἦσαν μὲν οὖν αἱ Τράλλεις πόλις ἐν καλῷ τῆς Ἀσίας κειμένη, μεγέθους τε μείζονος ἢ κατὰ τὰς πόλεις ἀπολαύουσα, καὶ περιφανῆς ἐν ταύταις ὑπάρχουσα. ἦσαν δὲ παλαιόποτε, πρὶν δηλονότι τὸν πάντα μεταβάλλοντα χρόνον καὶ αὐτὰς φθεῖραι μεταβαλόντα, καὶ τοῦ ἀριθμοῦ ἐξῶσαι τῶν πόλεων, τείχη τε καθελόντα, οἰκίας τε ἀνατρέψαντα, καὶ τῶν ἐρείπιων μόνων γνωρίζεσθαι καταλείψαντα. ἀλλὰ μέχρι σοῦ βασιλεῦ τῆς Τράλλεσιν ἡ φθορὰ, καὶ τῷ χρόνῳ ἡ κατάρρησις: νυνὶ δὲ διὰ σοῦ πάλιν ἐν πόλεσιν ἐκείναι etc. Vide Cod. Reg. 1853. fol. 179. V. item Codd. 9355. et 3118. ΒΟΥΓΙΝ.*

Pag. 148, 2. *Τῆς δὲ πόλεως Τράλλεως*] Ordo versuum sic restituendus:

*Τῆς δὲ πόλεως Τράλλεως τὸ κάλλος χρόνοις ἐσειται  
Σβεννύμενον· τὸ δὲ πολλοστὸν ταύτης καταλειφθὲν  
Ἐν ὑστάτοις ἐφοβηθήσεται ἔθνει ἀνάρχῳ·  
Ἀλωθήσεται δ' οὐδαμῶς. ἀνακαινισθὲν δὲ  
Ἔσειται παρὰ δυνατοῦ Νικωνύμου, ὃς  
Ἄσταπλῆν ἀγλαῶς ἐννάδα βιώσει δίσκων,  
Καὶ τρεῖς ἑπτὰ κύκλων \*) πόλιν Ἀττάλου λαμπρυνεῖ.  
Ὅτι καὶ πόλεις ἐσπέριαι ὑποκύφουσι \*\*),  
Καὶ ἀγέρωχοι ὑποκλιθήσονται παιδικῶς.*

Sunt versus Hexametri, omnes exceptis tribus primis spondaici, iidemque inconditi et immodulati, in quibus vocales α, ι, υ, longae sunt vel breves, prout poetae libuit. Quin et syllabas natura breves, accentu acuto vel gravi notatas, producit in τὸ, in χρόνοις, in πόλεις. Item diphthongum οἰ corripit in χρόνοις, et vocalem η in ἐφοβηθήσεται, id quod factum videtur vitio iotacismi, quo η

\*) Αἱ κυκλῶν. ΒΟΥΓΙΝ.

\*\*\*) Fort. ὑποκύφ. licentia apud eius temporis poetas usitata. ΒΟΥΓΙΝ.

et *oi* sic pronuntiantur ut *iota*. Praeterea in uno versu *συνιζήσεις* adhibuit duas, *πόλεως Τράλλεως*. Quae omnia arguunt oraculum istud non fuisse Delphicum, aut Sibyllinum, sed omnino recens. In codice Barberiniano, quo usus est Possinus, idem oraculum existat paulo auctius \*), eique praefixa haec inscriptio, *οὗτος ὁ χρησμός Πανσανίου προέδρου, Hoc est Oraculum Pausaniae Praesidis*. Ego vero facile crediderim fabricatum illud fuisse ab aliquo Andronici amico, sive is Theodorus Metochita fuerit, sive alius. Maxima certe illis temporibus erat Graecarum Musarum *ἀμουσία*. Vide carmina Theodori Metochitae, et cum istis confer. Solus, quem sciam, ea aetate Maximus Planudes tolerabiles aliquos versus fecit. Sed de recentiorum Graecorum poësi etiam infra ad p. 190. C. dicturi sumus, ubi de Theodori Metochitae poëmatibus. *BOIVIN.*

*Pag. 143, 22. Τὰ δὲ μετὰ μοναχικοῦ σχήματος ἕτερα ἤως*] Asteriscum post *ἕτερα* apposerat interpretes, nec quod statim sequitur vertit: et certe post *ἕτερα* legendum *δύο*, tot enim annos in habitu monachico exegit Andronicus, ut scribit idem Gregoras lib. IX. cap. ult. seu ut est in nota marginali ad cap. XXVIII. lib. II. Cantacuzeni, *ἐν μοναχῶν σχήματι διαγαγὼν ἐνιαυτούς δύο παρ' ὀλίγον*. Tunc addit: *ἤως τρις ἑπτὰ κύκλοι σεληνιακοί, ὃ καὶ βέλτιον, δύο ἔγγιστα*, id est, *vel* (ex quo monachum induit, intersunt) *ter septem circuli lunares* (seu menses XXI. seu potius anni prope II.). *DUCANG.*

*Pag. 144, 2. Πρῶτον καὶ εἰκοστὸν ἤμειβεν ἔτος*] Vertit Wolfius, *annum aetatis ageret primum et vigesimum*. Vertendum fuit, *annum aet. excederet*, etc. praesertim si legatur *παρῆμειβεν*, ut legitur in Codice Regio. *BOIVIN.*

*Ibid.* in nota. *Ἦως τρις ἑπτὰ κύκλοι σεληνιακοί*] Graeci recentiores dicunt *ἤως* pro *ἤ*, vel *ἤτοι*. Vide Glossar. med. Graecit. *BOIVIN.*

*Pag. 144, 4. Ἀτταλός τις εὐγενής*] Tralles, urbem ad Maendrum, Pelasgorum coloniam fuisse scribit Agathias lib. V. duce forte Attalo isto Troiano. *DUCANG.*

*Pag. 145, 21. Ὄδινε μὲν γὰρ ὁ Κάρουλος*] Pachymer. lib. VI. cap. XXXII. *DUCANG.*

*Pag. 146, 6. Ῥωσονύλην*] Qui Pachym. lib. VI. cap. XXXI. *Ῥῶς Σολυμᾶς* appellatur, quem hic pariter depingit. Vide Hist. Franco-Byzant. lib. VI. n. XL. *DUCANG.* Ducangius Hist. Franco-Byzant. lib. VI. n. XI. eum vocat *Solyman de Rossi*. Ego autem non dubito, quin is fuerit *Rufus de Soliaco*, ille ipse scilicet, qui memoratur in instrumento seu Diplomate Regio, quod ex Thesaurio Chartarum excerptum cum aliis actis et instrumentis publicis Ducangius edidit. Vide Chartas Historiae Franco-Byzantinae subiunctas, pag. 34. Nomen, ut videtur, Gallicum fuit *Rousseau de Soli*,

\*) Vide observationes Possini Pachymerian. tom. I. pag. 479. *BOIVIN.*

quod est Graecis Ρούσο ντε Σουλή. Poeta Graecobarbarus Cod. Reg. 2569. fol. 219. V. eum sic appellatum scribit,

Ρούσον τὸν ὀνομάζασιν· ντε Σουλὶ τὸν ἐπίκλην.

Ἄνθρωπος ἦτον εὐγενής, στρατιώτης πεδευμένος.

Rufum hunc nominarunt, cognomento De Souli.

Vir erat nobilis, miles exercitatus.

Idem poeta Graecobarb. eundem Ρούσον ντε Σουλή, post obitum principis Guil. de Villa-Harduini Bailum Moreae a Carolo rege Neapolitano constitutum narrat. Gregoras non multum aberravit a vero nomine, siquidem ab eo vocatur Ρωσονσουλής, seu, ut praefert diversa lectio, Ρῶσος Σουλῆς. Pachymeres lib. VI. cap. XXXII. Ρῶς Σολυμᾶν vocat: unde Ducangius nomen fecit *Solyman de Rossi*. Praeter hunc Rufum de Soliaco, recensetur inter Aulae Neapolitanae nobiles *Henricus de Soliaco* in illa quam dixi collectione Chartarum, Histor. Franco-Byzantinae subiuncta, p. 21. et p. 22. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 146, 17. Τὸν Σικελίας ἐξεπολέμωσε — ὄγηα Φερδέριχον] Fredericum Aragonum regem, qui demum Siciliae rex factus est, hac Carolo postmodum erepta. Vide Ioannem Villaneum lib. VII. cap. LVII. et Ricordan. cap. CCVI. DUCANG.

Pag. 147, 23. Ἀηρόν τε μένειν] Homer. Iliad. lib. II. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 148, 3. Πάντας δ' αὐτοὺς εἰς τὸ τῶν Ρωμαίων στρατόπεδον [ῶντας ἐκόμισαν] Captus ipse quoque Rufus de Soliaco, ut ex Pachymere discimus. Redemptum deinde in Italiam rediisse verisimile est. Anno certe MCCXCIV. aderat in Aula Caroli II. regis Neapolitani Rufus de Soliaco, ut patet ex instrumento supra laudato. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 148, 19. Ἰωάννης γὰρ] Qui primus Ducum aut principum Trapezuntinorum sese imperatorem appellavit. Vide Famil. Byzant. pag. 192. DUCANG.

Pag. 149, 2. Ἐς τὰ βασιλεῖα Τραπεζοῦς] Cuius urbis elogium habetur in Cod. Reg. nondum signato. DUCANG.

Pag. 149, 7. Ἰωάννης ὁ Σεβαστοκράτωρ] Pachymer lib. V. cap. IV. lib. VI. cap. 19. 35. 36. De Ioanne egimus in Famil. Byzant. p. 206. de Irene vero Michaëlis Notha et Noga eius coniuge p. 235. DUCANG.

Pag. 150, 1. Ἄλλὰ πρὶν] Pachymer. lib. VI. cap. 36. DUCANG.

Pag. 150, 3. Ἀνσιμαχίας ἐγγυός] Tunc enim adversus Tartaros has provincias devastantes expeditionem susceperat Michaël, de qua Pachymer. lib. VI. cap. 29. 30. DUCANG.

Pag. 150, 4. Καὶ Ἀλλαγῆς] Istius loci, ubi de morte Michaëlis non meminit Pachymeres, sed tantum Pachomii. At secus Phranzes, qui Gregoram exscribit. Est autem ἀλλαγή idem quod Latinis *mutatio*, locus scilicet, ubi mutantur equi publici. Vide Glossar. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 150, 18. *Τὰ Παγωμίου σε διαδέξεται*] *Vertendum, Pachomius te excipiet; non, tibi successurus est, ut servetur ἀμφιβολία.* BOIVIN.

Pag. 152, 24. *Ἐνεχε τελευτῆς*] *Obiit Michaël, ut scribit Pachymeres, XI. Ianuarii die Parasceves, anno mundi iuxta Graecos VI. MDCCXCL (Christi 1283.) cum imperasset annos 24. demptis diebus 20. ac annos omnino 58. vixisset.* DUCANG.

Pag. 153, 2. *Ὁ δὲ υἱὸς καὶ βασιλεύς*] *Pachymer. lib. VI. cap. 11. Phranzes lib. I. cap. 6.* DUCANG.

Pag. 153, 6. *Πλειστον ἐπισωρεῦσαι γῆν*] *Iisdem verbis Phranzes id ipsum tradit. Pachymeres eius cadaver noctu in novum monasterium vicinum a familiaribus delatum scribit. Excommunicatorum corpora in agris insepulta relicta, ut ne foetor nares, aut spectaculi horror mentes foedaret, iniecta humo contacta, pluribus docuimus in Glossar. méd. Latin. in v. *Emblocare* et in *Addit.* tametsi Michaël ab ecclesia propter communionem cum Latinis palam proscriptus non fuerit, uti antea propter excoecatium iuniorum Lascarum.* DUCANG.

Pag. 155, 7. *Εἰ τὴν μικροφυλίαν*] *Μικροφυλία* est hoc loco *regnandi libido moras impatiens*, ut et infra lib. VIII. cap. I. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 155, 12. *Ἄλλ' ἐχοῖν*] *Proverbium, cuius meminit Diogenian. Cent. VIII. n. 49.* DUCANG.

Pag. 159, 4. *Αὐτοὺς μὲν οὖν*] *Pachymer. lib. VII. cap. 1.* DUCANG.

Pag. 159, 9. *Κονοσταύλω*] *Interpr. Conostaulo: reposuimus Comite stabuli.* Vid. Gloss. med. Graecit. DUCANG. *Τῷ μεγάλῳ κονοσταύλῳ Μιχαὴλ τῷ Γλαβᾷ*] *De quo legendum poema Manuelis Philae, quod exstat in Codice Regio, olim Telleriano, et inscribitur, εἰς τὰ τοῦ πρωτοστράτορος ἐκείνου τοῦ θαυμαστοῦ στρατηγῆματα.* BOIVIN.

Pag. 160, 8. *Παναρχάντου μονήν*] *Pachymer. VII. 3. 4. 5. De hoc monasterio egimus in Constantinopoli Christ. lib. IV. sect. II. n. 31.* DUCANG.

Pag. 160, 12. *Νόσω καὶ γῆρα*] *Pachymer. de Iosepho, μόνον οὐκ ἄπνους. et cap. 6. ἄψυχον ὅλον φόρον.* DUCANG.

Pag. 161, 21. *Παρασκευάσας*] *Pachymer. VII. 12. 13. 14. 21.* DUCANG.

Pag. 162, 4. *Ὡς ἐντεῦθεν ἀναγκασθῆναι μὲν τὸν Ἰωσήφ τοῦ θρόνου τοῖς βουλομένοις παραχωρεῖν*] *Andronicus imperator in λόγῳ χρυσοβούλλῳ, qui exstat inter opera Nathanaëlis Chumni, qui et Nicephorus, Cod. Reg. 2964. fol. 302. φθάνει μὲν ὁ πολὺς ἐκείνος τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας καὶ τῶν ὀρθῶν δογματῶν ἀγῶνας, (loquitur de Iosepho) πολὺς καὶ τὴν ἐνστάσιν καὶ τὴν καρτερίαν, καὶ μηδὲν τῆς ὁμολογίας καθυφρεῖς μηδὲ καθυπείξας καὶ ὑπενδοῦς τοῖς ἐπὶ μακρῶν τῶν χρόνων βιαζομένοις καὶ ἀποστειρωμένοις αὐ-*



τοῦ, παραίτησιν τοῦ πατριαρχικοῦ ποιήσασθαι θρόνου . . . ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία, ἐκείνον ὡσπερ ἀμειβομένη τῶν πόνων καὶ τῶν ἐπὲρ αὐτῆς καμάτων, ἀνακηρύττει ἐξ ὀνοματος, κατίσον τοῖς ἄλλοις τοῖς μηδὲν παραιτησαμένοις, ἀλλ' ὁμοῦ μὲν ἐπ' εὐσεβείας, ὁμοῦ δ' ἐπὶ τοῦ θρόνου, ἐν ὁμοίοις ἀγωνίσμασι καὶ καιροῖς, καταλύσασι τὸν βλον. καὶ τοίνυν ἔν δὴ τοῦτο τοῖς διαφορομένοις αὐτοῖς ἀφορμὴ τις γίνεται σκανδάλου καὶ πρόφασις, ἢ ἀνακήρυξις· καὶ ζητοῦσι κατασιγαθῆναι ταύτην καὶ παύσασθαι· καὶ παύσομεν σεσιωπηκότες, φίλα κὰν τούτῳ πράττοντες ἐκείνω καὶ οἴσινε κατὰ γνώμην, ἃ παρατήσατο παραιτούμενοι, καὶ μηδὲν περαιτέρω τῶν αὐτῶ δεδογμένων μήτε πράττοντες, μήτ' ἐπινοοῦντες. Itaque Iosephus, cum esset in sedem patriarchalem restitutus, cessit paulo post et παρατήσατο. Chronica manuscriptorum minime inter se consentiunt in definiendo temporis spatio, quo Iosephus receptam dignitatem retinuerit. In Cod. Reg. 8058<sup>4</sup>. sedisse dicitur menses quatuor. Codex 2525<sup>2</sup>. mensem hinc unum demit. Codex 8502. duos tantum menses numerat τῆς δευτέρας πατριαρχείας. BOIVIN.

Pag. 163, 6. Ἐπεὶ γὰρ Ἰωσήφ] Pachymer. ibid. cap. 13. DUCANG.

Pag. 163, 11. Γεώργιος δ' ἐκ Κύπρου] Qui in clero Palatino tum fungebatur Protoapostolarii dignitate. Pachymer. lib. VI. cap. 14. Eius eruditionem praedicat etiam Ephraemius in Chronico:

Σοφός τις ἀνὴρ Γρηγόριος Κυπρόθεν,  
 Λόγων σοφῶν μαίευμα, μουσῶν ἑστία  
 εἰς πατριαρχῶν ἀνεβιβάσθη θρόνον. DUCANG.

Pag. 163, 16. Ἄρτι καὶ τὸ μοναχικόν] Quippe patriarcha designatus ab imperatore, ex laico in monachum, deinde ex Lectore in Diaconum ordinatus fuerat a Cozylyensi episcopo, uti testatur Gregoras: ut moris erat, inquit Ephraemius in Chronico:

Καὶ συνταγείς κλήρω γὰρ τοῦ παλατίου,  
 Ἀρχιερέως πέφηνε τῆς Κωνσταντινου,  
 Τὰ τῶν μοναχῶν πρὶν τελεσθίς, ὡς ἔθος. DUCANG.

Pag. 163, 21. Μετὰ τὰς ψήφους] Immo ait Pachymeres non expetita episcoporum suffragia. Si enim εἰς ψήφους μόνας οὐκ ἠέξουσιντο. DUCANG.

Pag. 164, 5. Ὁ Μοζύλης ἐπίσκοπος] Sic infra. At δὲ Κοζύλης, Pachymeres lib. VII. cap. 14. habet. DUCANG.

Pag. 164, 6. Debrorum episcopus] Debrarum Ducangio. BOIVIN.

Pag. 164, 11. Ναύπακτος] Aetoliae metropolis, cui XIII. episcopatus subditi leguntur in Notitia Thronorum, Mozylyensis vel Cozylyensis nulla facta mentione. DUCANG.

Pag. 164, 12. Ὁ δὲ γὰρ Δεβρῶν] Debrarum meminit Cedrenus. DUCANG.

Pag. 164, 16. Γρηγορίου] Sic variat Gregoras, dum quem supra Georgium, hic Gregorium appellat, quod postremum nomen accepit recens monachus factus, Pachymer. lib. VII. cap. 22. Τούτο γὰρ ἦν ἐκείνω καὶ τὸ ἐκ Γεωργίου μοναχικὸν ὄνομα. DUCANG.

Pag. 165, 7. Καὶ ἐς διακονὸν τε καὶ ἱερέα] Pachymeres lib. VII. cap. 14. de Cozylensi episcopo, a quo Georgius Cyprius primis ordinibus ecclesiasticis initiatus fuit: ἐκείσε τὰ εἰκότα τελείσας, μοναχὸν μὲν ἐκ λαϊκῶν ἀποδείκνυσσι, διάκονον δ' ἐξ ἀναγνωστοῦ χειροτονεῖ. τῆς δ' αὐτῆς ἡμέρας καὶ πατριάρχην ὁ βασιλεὺς ἐκείνον προβάλλεται. Ubi has ordinationes haud factas a Germano Heracleensi episcopo exserte ait, sed a Cozylensi, a quo idem Germanus tum monachus, ac cuiusdam Acacii viri pii discipulus, una cum ipso Georgio Cyprio in patriarcham ab imperatore electo, in metropolitam Heracleensem in aede Irenes inauguratus est: a quo quidem Germano deinceps in Sophiana iuxta morem, solitis adhibitis ritibus ac precibus, consecratus est Georgius. DUCANG.

Pag. 165, 15. Καὶ τῶν Λατινικῶν ἡθῶν] Cyprius enim tum regibus Latinis parebat. DUCANG.

Pag. 166, 18. Ἐπεὶ μέντοι συνήσαν] Pachymeres lib. VII. cap. XXII. DUCANG.

Pag. 166, 17. Παννύχους τετελειότες στάσεις] Interpretatur per totam noctem stetissent. Imo, cum sacras ac nocturnas in aede sacra vigiliis exegissent. Ita infra cap. X. ὅσα τὸν μοναχικὸν ἀπεργάζεται βίον, ἐγκράτειαν φημί καὶ στάσεις παννύχους, χαμαιεύνης, etc. ubi rursum haec male vertit, ut ibi indicamus. Vide Gloss. med. Graecit. in παννυχίδες. DUCANG.

Pag. 167, 6. Τούτων οὕτω γενομένων] Idem Pachym. lib. VII. cap. XXXI. DUCANG.

Pag. 167, 13. Μέχρι τῆς Εὐγενείου πύλης] Vide Constanti-nop. Christ. lib. I. sect. IV. n. 1. DUCANG.

Pag. 167, 18. Τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου μονῆ] De hac aede, ut de Theodora eius conditricē, quam Παύλαιναν a secundo coniugio vocat Pachymeres lib. VIII. cap. X. multa sunt a nobis observata in notis ad lib. XIII. Annal. Zonarae n. II. et in stemmate Palaeologorum. DUCANG. De hac Theodora, et de templo S. Andreae ab ea instaurato, exstant in codice Colbertino n. 5018. tria Maximi Planudae historica Epigrammata, edita a Ducaugio in notis ad lib. XIII. Zonarae, sed mendosissima. En eorum unum integrum, ex cod. Colbertino emendatum.

Εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου  
ἠρωλεγεῖοι,

ὃν ἀνήγειρεν αὐτῷ ἡ Πρωτοβεστιαρία.

Πισθομένη σε δόμοισιν ἐν οὐρανόισιν ἀληθῶς

Ψυχῇ ναιετάειν, Ἀνδρέα κλεινότατε,

Καὶ τῷ σώματι σεῖο νεῶν ἐδομήσατο τόνδε,

Κάλλεσιν οὐρανόισιν ἐν χθονὶ λαμπόμενον,

Ἡ πάσαις ἐνὶ θηλυτέρῃσι σοφῇ Θεοδώρα,  
 Ἀμφοτέρων τε λόγων κῦδος ἀναφαμένη·  
 Ἢ γένετ' ἢ μὲν ἦν Κωνσταντουζηνὸς Ἰωάννης,  
 Μήτηρ δ' Εὐλογίη ἀξίη εὐλογίης,  
 Σύγγονος οὐσα Παλαιολόγου Μιχαὴλ βασιλῆος,  
 Οὗ γόνος Ἀνδρόνικος κλειῖον ἀνακτος ἀναξ·  
 Κοινωνὸς βίωτου δὲ Ραοὺλ πέλεν Ἰωάννης,  
 Τιμὴν εἰληφῶς Πρωτοβεστιαρίου.  
 Αὐτὴν χηροσύνην . . . . ἔστρεβεν ἀμίμπτως,  
 Ἐστρεφε νωλεμέως Χριστὸν ἐν ἐνδεέσι,  
 Δόγματος ὀρθοτόμοιο χάριν πάθεν ἄλγεα πολλὰ,  
 Τιμα καὶ φιλίην εἰ τις ἐφημερίων.  
 Τοτὴ τῷ τοιφῶς τοιόνδε σοὶ εἶσατο νηδὸν,  
 Ἀνδρέα, καὶ σὺ χάριν πλούσιον ἀντιμέτρει.

Pag. 277, 12. Τὸ δὲ τῆς κνήμης τοῦ ποδὸς αὐτοῦ πάχος] Quid sit κνήμη τοῦ ποδὸς non satis liquet, nisi sit ea pars tibiae, quae ad pedem proxime accedit, et est maxime gracilis. Dicitur et de homine. Sic apud Nicetam in fragmento, quod vir doctiss. Io. Ernestus Grabius mecum humanissime communicavit, simulacrum Herculis, a Lysimacho efficti, dicitur fuisse οὕτω μέγιστον, ὡς τὴν περιελούσαν τὸν αὐτοῦ ἀντίχειρα μῆρινθον εἰς ἀνδρείον ζωστήρα ἐκτελειεσθαι, καὶ τὴν κνήμην τοῦ ποδὸς εἰς ἀνδρόμυκας. BOIVIN.

Pag. 277, 15. Τῶν ἄνωθεν ἐκ Σηρικῆς κομιζομένων] Wolfius non expressit adverbium ἄνωθεν. Ego ad praeteritum tempus retuleram, atque ita verteram, *qui e Serum regione olim afferebantur*. Nunc loci adverbium esse existimo, et sic interpretor, *qui e Serum regione deveciti huc descendunt*. Quae ab Oriente afferebantur, ea Byzantii ἄνωθεν afferri dicebant; quae ab Occidente, κάτωθεν. Sic idem Gregoras in inscriptione epistolae ad Pepagomenum, περὶ τῶν ἔλθουσῶν αὐτῷ τερατολογιῶν, τῶν μὲν ἄνωθεν ἐκ Τραπεζοῦντος, τῶν δὲ κάτωθεν ἐξ Ἰταλλας. Vide pag. 276. supra in marg. BOIVIN.

*Ibidem*. Non omittendum hoc loco id quod narrat Petrus Gyllius, Topograph. Constantinopol. lib. II. cap. XVII. *Barbari, inquit, omni aereo vestitu, et equo, et statua columnam Iustiniani spoliarunt, aliquotque annos nuda remansit. Tandem ante triginta annos eversa est tota usque ad stylobatem, quem anno superiore \*) funditus vidi exscindi. Idem paulo infra, Equestrem Iustiniani statuam, quam modo dixi supra hanc columnam fuisse collocatam, servatam diu in clauastro regii Palatii, deportari nuper vidi in caminos, quibus metalla funduntur in machinas bellicas, inter quae erat Iustiniani crus proceritate meam staturam superans, et nasus dodrante longior. Crura equi ad terram proiecta metiri non potui. Pedis ungulam mensus sum occulte, et deprehendi dodrantalis esse altitudinis. Gyllius ex sua ipsius statura aestimandum nobis relin-*

\*) Haec scripta sunt circiter an. Chr. 1550. BOIVIN.

quit, quam procerum fuerit crus Iustiniani. At nos quas fuerit Gyllii statura hodie ignoramus. De colossi Iustiniani mensuris, quae apud Gregoram et Gyllium exstarent, quid sibi videretur interrogatus vir aetatis nostrae sculptorum facile princeps, Franciscus Girardo Tricassinus, respondit, si eae verae essent, nullam nec in homine nec in equo servatam esse symmetriam, seu membrorum proportionem. Rogavi ne gravaretur sententiam suam scripto declarare: cupere etiam dixi me, dari mihi ab eo mensuras equestris statuæ in platea Ludovici Magni Parisiensi erectæ; illius scilicet statuæ colosseæ, quam Girardo ipse unica aeris fusura duplicem (homine enim et equo simul iunctis solidum simulacrum constat) singulari arte et miro successu ante aliquot annos conflavisset. Ille non huius solum, sed et aliarum quatuor pulcherrimarum magnitudines mihi sua manu descriptas dedit. Verba artificis summi quominus mutarem religio mihi fuit. En ipsa ex autographo. *Les mesures de la statue equestre de l'empereur Justinien n'ont nul rapport les unes avec les autres, suivant les proportions du corps humain. Il en est de mesme de son cheval. La figure equestre du roy, posée dans la place de Louis le Grand, a de hauteur XX. pieds, depuis la teste jusques sous les pieds du cheval. La figure du roy a de proportion XVI. pieds, si elle estoit debout. La figure de Henry IV. sur le Pont Neuf a XIV. pieds trois poulces, depuis le dessus de la teste jusques sous les pieds du cheval. Elle est fondue separément du cheval. Cet ouvrage a été fait à Florence par Jean de Bologne. Le piedestal, et ses ornemens de bronze, ont été faits à Paris. Les esclaves sont de Franqueville de Cambray, faits aussy à Paris. La figure de Louis XIII. dans la place Royale a XIV. pieds un poulce, depuis le dessus de la teste jusques sous les pieds du cheval. La figure du roy a dix pieds cinq poulces de proportion; et a été faite à Paris par Biard Parisien. Le cheval a été fait à Rome par Daniel de Volterre. Le Marc Aurele à Rome, figure antique, a XIII. pieds de hauteur, compris le cheval. Le piedestal est de Michel Ange. La figure equestre du roy (faite par M. Girardon), posée dans le Chasteau de Boufflers en Beauvoisis, a dix pieds de hauteur, depuis le dessus de la teste, jusques sous les pieds du cheval. La figure du roy auroit huit pieds, si elle estoit debout.* Haec Girardo, cuius colossus regium, cum Iustiniano conferendum, et his quas damus notis ornamento futurum, optavi aliquando aeri incisum habere: deinde consilium illud abieci, ea praesertim ratione, quod rerum dissimillarum vix ulla posset institui comparatio. BOUVIN.

Pag. 277, 17. Ἐς δὲ τοῦπιὸν ἔτος] Anno 1318. DUCANG.

Pag. 277, 18. Εὐρήνην τὴν ἐξ Ἀλαμανῶν] Ducis Brunsvicensis filiam. Vide stemma Palaeolog. p. 238. DUCANG.

Pag. 277, 21. Ἐδέξατο βίον] Vide infra lib. VIII. cap. I. sect. 3. BOUVIN.



Pag. 278, 15. Ἀνωτέρω] Vide lib. V. cap. VII. sect. 4. et 5. BOIVIN.

Pag. 278, 18. Ἐφαμεν] Huius libri cap. VII. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 278, 19. Ἐς Ἰωάννην Ἰσχατον] Vide stemma Angelorum pag. 210. DUCANG.

Pag. 279, 11. Τῶν φθασάντων] An intelligendum hoc de litteris, quae fortasse ab imperatore ante illud tempus missae fuerint? BOIVIN.

Pag. 279, 12. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν] Inde incipit lib. VIII. non solum in Codice Regio, sed et in Vaticano, ut accipi ex Cl. Rostgaardio. BOIVIN.

Pag. 283, 8. Συνεζύγη Θωμᾶ] Thomae Angelo Ducae Comneno, Nicephori Despotae ex altera uxore Anna Palaeologina filio. Pachymer. lib. IX. cap. 4. Vide stemma Angelor. in Famil. Byzant. p. 210. DUCANG.

Pag. 283, 9. Θωμᾶς ὁ ἐκείνου ἀδελφιδούς Κόντος] Contum et hic vertit interpres: *Comitem* reposuimus. Thomas quippe nobilis Gallus Comes Cephaleniae et Zacynthi erat, filius Ioannis Domini Zacynthi insulae, cui quidem Ioanni ducta in uxorem Maria Comnena, Nicephori Angeli Aetoliae principis filia, Cephalenia insula in dotem concessa fuerat a socero, post cuius obitum orta de eius successione controversia inter Ioannem et Thomam Angelum Despotam uxoris fratrem, Thomas a Ioanne interfectus est, anno 1318. Ita exserte Ioannes XXII. Papa in epistolis, non vero a Thoma Ioannis filio, uti hic narrat Gregoras, et cap. 6. Vide Hist. Franco - Byzant. lib. VI. n. 27. DUCANG. Φονεύσας Θωμᾶν] Θωμᾶν, non Θωμᾶς, ut antea legebatur. Atque ita Codex Regius: ita etiam Ottobonicus; recte uterque; nisi tamen legamus *φονεύσας Θωμᾶν Θωμᾶς*, quomodo Wolfius videtur legisse, cum sic verterit, *quarum illa primum Thomae Epiri et Aetoliae principi, post Conto Thomae, huius nepoti et percussori nupsit.* Vide et lib. XIII. infra cap. VI. BOIVIN.

Pag. 284, 1. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐς τὸν Ἰφθιβον] Solutiorem eiusdem Andronici iunioris vivendi rationem inter causas dissidii cum patre etiam memorat Cantacuzenus lib. I. cap. 5. DUCANG.

Pag. 284, 3. Καὶ ζητοῦσιν ἐλευθερίαν μηδὲν ἐπιφ. κεκολ. καὶ μάλ. ἐν ἀξ. βασ.] Hoc loco Wolfius aut non assecutus erat mentem auctoris, aut exprimere neglexerat. BOIVIN.

Pag. 285, 18. Ἐν μιᾷ τολύν] Cantacuz. lib. I. cap. 1. Phranzes lib. I. cap. 10. DUCANG.

Pag. 286, 2. Φοράδην ἐς τὰ βασιλῆα φέρουσι ζῶντα καὶ μάλα μάλις] ζῶντα μάλα μάλις, non autem φέρουσι μάλα μάλις: Wolfio utrumque. Verterat quippe, *semianimis in palatium aegre deferitur.* BOIVIN.

Pag. 286, 11. Μετ' οὐ πολὺ] IV. Id. Octobr. anno iuxta Graecos VI. MDCCCXXIX. Chr. 1320. Cantacuz. DUCANG.

Pag. 286, 16. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ] Ioann. Villaneus lib. IX. cap. 85. 89. Petr. Bizarus lib. V. Hist. Genuensis p. 108. DUCANG.

Pag. 287, 3. Ἀΐθις κ. τ. λ.] Lectiones a. b. c. d. e. f. [3, 4, 5, 8.] ex Codice Regio excerptae, etiam Codicis Vaticani auctoritate nituntur. BOIVIN.

Pag. 287, 11. Κράλη Σερβίας] Urosio cogn. Sancto et Milutino, Serviae regi. Vide stemma regum Serviae n. 59. DUCANG.

Pag. 287, 12. Ἐρωτι γάρ τῷ πρὸς αὐτήν, etc.] Ita quoque legitur in Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 287, 14. Ἐξηλοτύπει δ' οὖν ὁμως τὴν ταύτης ἀκ. καὶ μεστός] Ἐξηλोट. δ' οὖν ὁμως αὐτήν ἀεὶ καὶ μεστός, etc. Cod. Vatic. in quo tamen, recentiori manu emendato, ita legitur ut in vulgatis. BOIVIN.

Pag. 288, 15. Καὶ μὴ ζῶσαν αὐτήν ὡς πορδωτάτω τε τοῦ ἀνδρός οἰκεῖν] Ne viva quam longissime a marito habitaret, etc. Sic vertendum, non ut mortua quam remotissima a marito, animum eius nullo moerore sauciatet, quemadmodum verterat Wolfius. BOIVIN.

Pag. 288, 17. Ὁ ταύτης ἀμφιμήτριος ἀδελφός] Interpres, *frater uterinus*: emendavimus, *consanguineus*, ex eodem parente et alia matre: id enim vox Graeca sonat. Pollux lib. III. cap. 2. οἱ μὲν ἐκ μόνου πατρός ἀδελφοί, διαφόρων δὲ μητέρων, ἀμφιμήτορες, οἱ δὲ ἐκ διαφόρων πατέρων, μιᾶς δὲ μητρος, ἀμφιπάτορες. Constantinus enim Palaeologus Despota, ex Andronici cum Anna priore coniuge, Simonis vero ex altero cum Irene coniuge prodierant. DUCANG. Ταύτης ἀμφιμήτριος ἀδελφός] *Frater eius consanguineus*, non, ut Wolfius interpretabatur, *uterinus*. Constantinus Despota erat Cralaenae *frater consanguineus*, eodem patre natus, non item eadem matre. Vide cap. IV. sect. 1. infra. Ἀμφιμήτριος idem est atque ἀμφιμήτωρ, id est, *diversa matre natus*. BOIVIN.

Pag. 289, 1. Ὁ δὲ πατριάρχης Ἰωάννης Γλυκὺς] Phranzes lib. I. cap. 9. DUCANG.

Pag. 289, 23. Πᾶσι μὲν οὖν ἀνθρώποις, etc.] Gregoras non testamentum ipsum patriarchae, sed testamenti prooemium profert, cuius sese auctorem manifestum prodit. Exstant in Codice Regio 3229. opuscula duo, eiusdem ferme et argumenti et stili; quorum primum inscribitur τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γλυκῆος ἢ παραίτησις τοῦ πατριαρχείου, alterum τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου ὑπομνηστικὸν εἰς τὸν βασιλέα τὸν ἅγιον. BOIVIN.

Pag. 292, 3. Καὶ παιδείαν ἴσως μετρίαν, etc.] Vide lib. VII. cap. IV. sect. 3. supra. BOIVIN.

Pag. 292, 15. Ἐκ μονῆς τῶν Μαγγάνων Γεράσιμος] Phranzes ibid. De S. Georgii in Manganis monasterio agimus in Constantinop. Christ. lib. III. sect. VI. n. 43. DUCANG.

Pag. 293, 1. *Κωνσταντῖνος δὲ ὁ δεσπότης*] Cantacuz. lib. I. cap. 1. Vide stemma Palaeolog. pag. 235. DUCANG.

Pag. 293, 1. *Ἐκ τῆς προτέρας γυναικός*] Vide lib. VII. cap. V. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 294, 20. *Εὐδοκίας Παλαιολογίνης*] Neocaesaritae Primi a secretis filiae, Constantini Palaeologi Despotae uxoris, ac ex alio Constantino tum viduae, unde *Palaeologina* hic cognominatur, ex priore coniugio. Vide idem stemma. DUCANG.

Pag. 294, 23. *Ῥηρητικοῖς παιδαρίοις*] Adolescentibus, quos ἀρχοντοπούλους vocabant, *νέους τῶν εὐπατριδῶν*, Cantacuzenus lib. II. cap. 40. *νέους τῶν εὐγενεστέρων*, lib. III. cap. 43. Vide Gloss. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 295, 10. Id quod deerat in editione Wolfiana, supplementum ex Codice Regio. Sed et Fridericus Rostgaardus, nobilis Danus, cui et me et Gregoram multa debere in praefatione huius operis professus sum, idem hoc supplementum, ex Codice Vaticano descriptum, Roma ad me misit: ac iampridem illud ipsum Steph. Baluzius ex eodem Cod. describi curaverat in usum Ducangii. BOIVIN.

Pag. 296, 20. *Πατὴρ δὲ τῶν ἐκ Κομάνων ἐπίσημος, οὗ παρὰ τῶν ὑπερβορ.*] Petavius verterat, *Pater vero e Comanis oriundus illustri loco. Ambo (pater scilicet, et mater,) vero ante multos annos ex Hyperboreis Scythis, uti supra memoravimus, ad Ioannem imperatorem sese transtulerant.* Vertendum, ita ut edidimus, *Pater illustri loco oriundus e Comanis, illis scilicet, qui ante multos annos ex Hyperboreis Scythis, etc.* Non legerat Petavius ea quae de Comanis scripta sunt supra lib. II. cap. V. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 296, 22. *Ἰωάννη τῷ βασιλεῖ προσεβόησαν*] Ad Ducam scilicet. Vide supra lib. II. cap. V. sect. 2. BOIVIN.

Pag. 301, 8. *Ὁ μὲν τῆ τοῦ μεγάλου παπίου*] De hac Magri Papiae, et aliis hic memoratis palatinis dignitatibus, agimus in eod. Gloss. DUCANG.

Pag. 303, 11. *Ὁ μὲντοι λογοθέτης τοῦ γενικοῦ*] Theodorus Metochita, a quo instauratum Choraë monasterium, rursus cap. seq. ut et docemus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. XV. n. 6. DUCANG.

Pag. 303, 18. *Τὴν ἐξ ἑσπέρας παννυχίδα*] Interpres, a vespera ad nocturna sacra illa de more accessit: emendavimus, ad vesperae illius vigiliis. DUCANG. Wolfius, ad nocturna sacra. Melius Ducang. ad illius vesperae vigiliis. BOIVIN.

Pag. 303, 22. *Πελεκυφόρων*] *Varangorum*, de quibus in utroque Glossario multa congestimus. DUCANG.

Pag. 304, 10. *Πρὸ τοῦ εὐκτηρίου τῆς Νικοποιοῦ Θεοτόκου*] Quibus vocibus intelligi aedem Hodegetriae Deiparae, colligere quivis potest ex iis quae observamus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. II. n. 24. DUCANG.

Pag. 304, 12. Παῦλος ἐκεῖνος ὁ τῶν [ζωγράφων ἄριστος] De picture illo praestantissimo nemo alius, quem sciam. ΒΟΥΙΝ.

Pag. 305, 9. Ἐν ᾧ λόγος τὸ τοῦ Βύζαντος] Vide Constantinop. Christ. in Byzantii origin. n. 15. pag. 17. ΔΥΣΑΚΟ.

Pag. 305, 17. Βιβλία τινὰ χρησμολογικά] Quorum non semel mentionem agunt scriptores Byzantini et locos collegit Lambecius, seu Holstenius, ac praefixit Leonis Oraculis. ΔΥΣΑΚΟ.

Pag. 306, 12. Ἦν γὰρ αὐτῇ νεάζουσα] Wolfius νεάζουσαν, hoc loco et paulo infra, interpretatur *adolescenscentulam*. Sed *adolescenscentula* non erat, cuius filia quadriennio post nuptui collocata est. Vide cap. IV. sect. II. infra. ΒΟΥΙΝ.

Pag. 309, 10. Ἐν τε τοῖς ἔπεσιν, ἃ πεποίηκεν etc.] Nempe initio poëmatis, quod inscribitur, εἰς τὸν σοφὸν Νικηφόρον τὸν Γρηγοῦραν ὑποθήκαι, καὶ περὶ τῶν οἰκείων συνταγμάτων. Initium est,

Ὀἴλα Νικηφόρε μοι κεφαλὰ, τὸν ἔγωγ' εἶραμαι  
 Κατὰρ ἑμὰς σοφίης, ἢ τίς ποτ' ἂν ἔη, λιπέσθαι  
 Ἐξ ἄρα διάδοχον, πάντων ἀσύλου κληροῖο,  
 Κρέσσονος ἂν ἄρ μοι θεὸς ἀπάντων πόρε πουλλῶν,  
 Σοὶ τὰδ' ἐπιτάγματ' ἐπιτέλλομ' εἰν ἐπέεσσι,  
 Ἦστ' ἴθος μεροπεσσι βροντοῖσι πέλεθ' ἡμῖν,  
 Εἰν διαθήκαις τὰ κε δοκεῦμεν ἀμείνω τέκνοις  
 Παρτιθέεσθ' ἐξέλης, ἂν βίωτον δὴ πάντα  
 Μάλα φυλαττέμεν etc.

Eiusmodi versibus Theodorus Metochites vitam suam fere omnem complexus est (vide Cod. Reg. 1997. et 3359): qui, si minus inconcinni forent, possent cum Historia Gregorae Byzantina coniungi. Sed nemo, opinor, tam dura tamque immodulata poëmata legere velit; in quae apte admodum cadit illa Leonis Allatii indignatio (in diatriba de Georg. p. 372. ubi de versibus Georg. Pachymeria): *Ferreus ipse sim, si quid est hisce carminibus in tota anti-quitate durius. Chalybs ipse, et incus, et si quid est in rerum natura asperum ac perversum, prae his carminibus mollius est et tractabilius. Bene factum quod ea amimus. Nam in eorum lectione non nisi ferrea addisceremus: iamque video, iam fateor posteriorum Graecorum Musas, nullas gratias, nullas veneres habuisse, et omnia praeter humanum sermonem saepe locutas.* Vide quae annotavimus supra pag. 87. A. ad Oraculum Trallianum. ΒΟΥΙΝ.

Pag. 309, 11. Περὶ ὧν ἀριθιλότερον ἡμῖν ἐν τοῖς ἐμπροσθεν λελέξεται] Quae Gregoras promittit, ea exsequi non satia curat. Sic supra lib. I. cap. I. sect. 3. nescio quid pollicetur, quod nusquam ab eo praestitum constat. Vide et quid promittat huius libri cap. II. sect. 3. ΒΟΥΙΝ.

Pag. 310, 5. Πολλὰ γὰρ κραίνει θεός] Euripid. in Medea, Alcestide, etc. ΒΟΥΙΝ.

Pag. 311, 21. Εὐριπίδῃ] Hecuba v. 294. ΒΟΥΙΝ.

*Pag. 312, 16. Κατὰ δὲ τὴν ἕκτην ἑβδομάδα] Ἀπριλλίου μηνὸς πέμπτη ἰσταμένου, τῇ πρὸ τῶν βασιῶν κυριακῇ. Cantacuz. lib. I. cap. XII. BOIVIN.*

*Pag. 313, 17. Μήτε βουλευσασθαι, μήτε μὴ διακράξασθαι] Aorist. pro futuro. Sic lib. IX. cap. X. sect. 9. BOIVIN.*

*Pag. 315, 15. Λαμπρὰ τῆς ἀναστάσεως ἡμέρα] Vide Gloss. med. Graecit. in Ἑορτῇ. DUCANG.*

*Pag. 315, 17. Πρὸς τὴν Γυρολίμνην] Constantinop. Christ. lib. I. sect. 15. n. 4. DUCANG. De qua sic Cod. Reg. 2990. fol. 70. v. ἡ λεγομένη κοινῶς Ἀργυρολίμνη, Γυρολίμνη γράφεται. De eadem plura Ducangius, Constantinop. Christ. lib. I. sect. XV. n. 4. BOIVIN.*

*Pag. 315, 24. Ἔτος δὲ ἑξακισχιλιοστὸν] Christi 1321. DUCANG. Cantacuz. lib. I. cap. XVIII. ubi ad marginem annus Christ. MCCCXXII. per errorem ascriptus est, pro anno MCCCXXI ut et capite primo eiusdem libri annus MCCCXXI. pro anno MCCCXX. BOIVIN.*

*Pag. 318, 18. Τέθνηκε μὲν ὁ Κράλης Σερβίας] Urosius, de quo supra. DUCANG.*

*Pag. 318, 19. Ὁ Σφενδοσθλάβος] Vide stemma regum Bulgariae post Famil. Byzant. n. 44. DUCANG.*

*Pag. 318, 20. Πιφόνευνται δὲ πρὸς τοῦ ἀνεψιοῦ] Vide cap. I. sect. 1. supra. BOIVIN.*

*Pag. 318, 20. Κόντου Κεφαλληνίας] Vide notata ad cap. I. huius libri VIII. DUCANG.*

*Pag. 320, 8. Ὁ Φιλαδελφείας Θεολήπτος] Cuius non semel meminit Pachymeres. DUCANG. Ὁ Φιλαδελφείας Θεολήπτος] De quo supra ad pag. 185. C. Exstat in Codice Caesareo Vindobonensi Theolog. 174. παραινενικός τῆ βασιλίσση, ἐξ αὐτοσχεδίου συντεθειμένος ἐπὶ τελευτῇ τοῦ Φιλαδελφείας κυροῦ Θεολήπτου, auctore Gregora. Vide Indicem opusculorum Gregorae Rhetoricorum, initio huius voluminis. BOIVIN.*

*Pag. 322, 19. Εἰ μὲν ἐπίσης ἅπαντα, etc.] Et hoc quoque depromptum ex penu locorum communium, quorum Gregoras magnam copiam provisam habuit. Vide lib. XIX. infra pag. 586. D. et annotata ad pag. 137. B. supra. BOIVIN.*

*Pag. 324, 12. Καὶ οὐ πολλῶ (an πολλοῦ?) δέω λέγειν μηλόβοτον] Gregoras aetatis suae hominum ingenia agris assimilat sterilibus et incultis, quales pecoribus ad pastum exponi solent. Id hoc loco significat vox μηλόβοτος, quam Wolfius aliter interpretabatur. BOIVIN.*

*Pag. 328, 12. Καὶ πᾶν ποιεῖν καὶ λέγειν ὑπὲρ σοῦ σιγᾶν σφόδρα προσέμην ἄν.] Aliquid hoc loco vel deest, vel superfluit. BOIVIN.*

*Pag. 331, 2. Τὸ δ' ἄλλοτ' ἄλλως ἔχειν ἀνθρώπων ὄν] Sententia esse videtur, constantiam Andronici in tanta rerum incōn-*

stantia esse mirandam, cum rerum coelestium constantia fastidium pariat. WOLFIIUS.

Pag. 331, 10. Οὐ μὴν εἰ καὶ γλώττη ἐχρητο εὐροούσῃ, δεδήλωκεν] Intelligo, Lucianum rotunde dictis in medium allatis ostendisse Demonactis acumen: sed an aliqua fuerit eius eloquentia, dicendique copia, e scite dictis non perspici potest. Si quis τὸ ἐχρητο mavult ad Lucianum quam ad Demonactem referre, videbitur etiam sapientia Demonacti adimi. Est hoc declamatorium et sophisticum dicendi genus sane spinosum, et ob affectatas argutias subobscurum. WOLFIIUS. Hinc apparet Wolfium legisse, οὐ μὴν εἰ καὶ γλώττη, non autem, οὐ μὴν καὶ γλώττη. BOIVIN.

Pag. 334, 2. Τὴν ἀλήθειαν εἰς μύθους ἐξαίρειν, ὄντινα τρόπον ποιῆσαι μείζω] ὄντινα, pro καὶ τουτοῦ τρόπου, eoque modo accipio. WOLFIIUS.

Pag. 337, 11. Καὶ κυβερνής, κατὰ Πίνδαρον, τὰν πολυστρωγνώμ. ἐκάστων] Ea Pindari verba Gregoras a Platone acceperat, apud quem exstant lib. I. De Republ. BOIVIN.

Pag. 338, 3. Ἀκυμάντῳ μένοντι] Addit Wolfius, *Atque omnium periculorum tempestatibus sedatis, in tranquillum portum nos perduxisti*, quae ille non de suo addidisse, sed in codice manuscripto, quo usus est, videtur Graeca reperisse. BOIVIN.

Pag. 338, 23. Ὅπερ ἀπελεγόμεν τοῦ λόγου ἀρχόμενος] Quod initio orationis detrectabam, non, ut vertit Wolfius, *quod orationis dicebam initio*. ἀπολέγεσθαι apud Gregoram est παραιτεῖσθαι. Exemplum habes lib. IX. cap. V. sect. 6. E. BOIVIN.

Pag. 339, 1. Σαφέστατα πάντων ἀποροῦντα αἰσθόμενος αὐτὸς ἐμαντὸν] Sic construo, *σαφέστατα αἰσθόμενος αὐτὸς ἐμαντὸν ἀποροῦντα πάντων*, cum me omnibus praedicandis plane impraem esse sentirem. Hoc loco πάντων ἀπορῶν idem est ac περὶ πάντων λέγειν ἀδύνατος. Dixerat scilicet orationis initio, οὔτε διεξιέναι τολμῶ οὔτε πάντα ὡς ἐπίπαν ὅποσα σοὶ ἐστὶν ἐγκώμια, οὔτε μὴ πάντα. BOIVIN.

Pag. 340, 12. Περὶ μὲν ἐμαντοῦ, etc.] In istis orationibus encomiasticis Latine vertendis Wolfius non adeo fidus ac diligens interpretis fuit. Nimirum ei non tanti esse visae sunt, ut multum laboris impenderet earum interpretationi. Neque ego operae esse existimavi eas denuo Latinas facere. Satis esse duxi, quae Wolfius minus commode vertisse videretur, ea aliter versa exhibere. BOIVIN.

Pag. 342, 15. Ἄλλὰ πολλῶν τῶν ἐκ τῆς παροιμίας ἡμῶν ἀδυνατῶν ἐν ταῖς βίβλοις κειμένων] Interpretis hoc loco mentem auctoris minime assecutus fuerat. Gregoras *multa ait occurrere in libris proverbia, quibus aliquid impossibile esse innuatur*; cuiusmodi sunt, ὄρνιθος γάλα ζητεῖν· φακῆ γωνίαν κάμπτειν· ὠὸν τίλλειν· θάλασσαν σπείρειν· πλίνθον πλύνειν· κωφῶ ὀμιλεῖν· τυφλῶ διανεύειν· ἀνδριάντᾳ γαργαλίζειν· εἰς τετραγώνον πλίνθον ἀντελεῖν· ἀστρα τοξεύειν· πῦρ ἀλείφειν· κατὰ μαχαιρῶν κυβιστῆν· κοσμήνῳ φέρειν

ἄσφαρ· νεφέλας ξαίνειν· Ἀθόλιπα λευκαίνειν. Vide Cod. Reg. 3502. fol. 76. Ad ea autem proverbia addendum esse ait, ἕμνησαι πρὸς ἀξίαν τὰ τοῦ Ἀνδρονίκου, *Andronicum digne laudare*. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 344, 4. Ἴππου γε καὶ τὰ παροιμιώδη τῆς γραφῆς νεύκηκας] Quenam illa sint sacrae Scripturae proverbia, ab Andronico imperatore· νεύκηκμένα, non video, nisi forte illud sit, *Omnia tempus habent, et suis spatiis transeunt universa sub coelo*: et quae sequuntur, Ecclesiastae cap. III. Nempe Gregoras negat res Andronici imperatoris eiusmodi esse, ut earum vel videndarum vel audiendarum voluptas transire possit. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 344, 22. Ἐρμηνέα ζητήσεις λόγον] Adde ex Codice Vaticano n. 164., ἃ δὲ ἐπ' ὄψει κεῖται, καὶ οἶονεὶ φωνὴν ἀνεκλάητόν τινα προῖεμένα, τὴν ἑαυτῶν ὑπὲρ πάντα λόγον κηρύττει λαμπρότητα, σχολῆ γ' ἂν ἔρμηνέα ζητήσεις λόγον. εἰ δὲ τις ζητ. Quae autem oculis obversantur, ac muta veluti voce emissa disertius quovis eloquio suam praedicant claritatem, ea nequaquam interpretem orationem postulant. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 345, 10. Μηδὲ γὰρ ἔχων ὄρα τις παραθεῖται τῶν ἐν κόσμῳ] Adde ex Cod. Vatic. πολλοῦ ἂν δεήσεις σαφῶς τι ἀγγέλλειν περὶ ἡλίου. Atque ita Wolfium legisse arguit Latina eius interpretatio. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 347, 6. Νῦν γὰρ ἔδει κατ' οὐρανὸν etc.] Vide Monodiam in obitum Andronici senioris, infra pag. 287. D. ubi haec iisdem fere verbis repetita occurrunt. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 353, 3. Ὁ μέντοι βασιλεὺς] Phranzes lib. I. cap. 10. Laonic. lib. I. p. 8. Edit. Reg. Ioann. Villaneus lib. IX. cap. 132. DUCANG.

Pag. 353, 18. Ὡσπερ ὑπνοῦντας ἄρδην συνειληφῶς] Aut verbum συλλαμβάνω aliud Gregorae significat, aut legendum λεληθῶς, vel διεληλυθῶς, vel aliquid simile. Neque enim comprehenderat eos, in quos impetum facturus erat. WOLFIVS.

Pag. 353, 19. Καὶ ἐπεισπεσεῖν αὐτοῖς] Scilicet τοῖς περὶ τὸν νέον, in ipsum iunioris exercitum erat impetum facturus, non in ipsos viarum custodes, qui iam comprehensi fuerant. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 353, 23. Μῆτε τὸν βασιλέα προσδέξασθαι μέλλοντας ἐπιστρέφοντας πρὸς μεάνοιαν] Dubius locus, utrum Byzantii, repudiata perfidia, iuniorum recipere noluerint: an iuniorum milites, desperata senioris clementia, fugam ceperint. Sed prior sententia magis placet. WOLFIVS. Μῆτε τὸν βασιλέα προσδέξασθαι μέλλοντα ἐπιστρέφοντας, etc.] Wolfius legit μέλλοντας, atque ea lectione deceptus a vero sensu aberravit. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 354, 2. Ὁ δεσπότης Κανσταντίνος] Andronici imp. filius secundo genitus. Vide Cantacuzen. lib. I. cap. 31. DUCANG.

Pag. 354, 4. Ἐξήνη τὴν τοῦ νέου βασιλέως μητέρα] Antequam vidua esset, Μαρία vocabatur. Lib. VI. cap. VIII. sect. 2.

lib. VII. cap. VI. sect. 2. et cap. XIII. sect. 1. lib. VIII. cap. I. sect. 1. An mortuo marito habitum mutaverat? **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 364, 22. Ἐρχεται κατὰ τοῦ ἀνεψιοῦ βασιλέως] Andronici filius fuit hic Constantinus, ex Irene secunda uxore. Andronicus imperator iunior, eiusdem nepos, e Michaële filio. **WOLFIUS.**

Pag. 365, 8. Τῷ θείῳ καὶ δεσπότῃ] Eidem Constantino. **DUCAŃG.**

Pag. 368, 9. Ὅθεν ἀνολέξιν ἔκρινε δεῖν ἐν ψαλτηρίῳ] De hac divinationis ratione vide Glossar. med. Latin. in v. *Sortes Sanctorum*. **DUCAŃG.**

Pag. 368, 11. Ἐν τῷ διαστέλλειν τὸν ἔπουράνιον κ. τ. λ.] David. Psalm. LXVII. v. 16. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 369, 28. Διδυμόντιον ἐπανῆκε] Anno Christi MCCCXXII. mense Augusto Indict. 6. Vide Cantacuz. lib. I. cap. 34. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 360, 1. Ἐτυχε μέντοι] Phranzes lib. I. cap. 9. **DUCAŃG.**

Pag. 360, 6. Ὁ βασιλεὺς ἀνεβίβασε] Anno Chr. MCCCXXIII. pridie Kal. Dec. Indict. 7. *Εἰς τοὺς πατριαρχικούς ἄρτι χηρευόντας θρόνους* verterat Wolfius, in *recens defuncti patriarchae locum*. Ego verti, in *patriarchalem sedem tum temporis vacantem*, ea ratione, quod antequam Esaias crearetur patriarcha, sedes tribus fere annis vacaverit, ut constat ex Synopsi Dorothei. Adde quod adverbium ἄρτι accipitur nonnunquam pro *τέως*, *tunc*. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 360, 17. Πρὸ ἐτῶν ὀκτώ καὶ τριάκοντα] Immo ante annos octo et viginti. Nam (ut annotatum supra ad pag. 124. A.) Philanthropeno lumen oculorum ademit Libadarius anno Mundi VI. MDCCCV. sub finem auctumni, hoc est anno Christi MGCXCVI. exeunte. Adde annos XXVIII. et efficies annum Mundi VI. MDCCCXXXIII. Christi MCCCXXIV. quo scilicet anno Esaias, qui paulo ante patriarcha creatus fuerat, senioremem Andronicum Philanthropeno reconciliavit. Quodsi adderes annos XXXVIII. effligeres annum Mundi VI. MDCCCXLIII. Christi MCCCXXXIV. quo anno nec Esaias patriarcha, nec Andronicus senior in vivis erant. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 361, 10. Ἐν γὰρ τούτῳ τῷ χρόνῳ περιστρατοκ. τὴν Φιλαδέλφειαν etc.] Hinc apparet Philadelphiam bis a Turcis obsessam; ac primam quidem obsidionem Theolepti virtute et Catalanorum adventu, alteram Philanthropeni auctoritate solutam fuisse. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 362, 11. Τῷ μέντοι Συργιάνῃ] Cantacuzenus lib. I. cap. 85. **DUCAŃG.**

Pag. 363, 9. Ὁ δὲ Ἀσάν] De quo in stemmate Cantacuzenorum pag. 260. **DUCAŃG.**

Pag. 364, 3. Exstat in Codice Vaticano 1086. fol. 75. πρὸς τὸν σεβασμιώτατον Ἰωσήφ περὶ τοῦ Πάσχα ἀπόδειξις, ὅπως ἐσφάλη πρὸ χρόνων, καὶ ὅπως δεῖ ποιεῖσθαι τὴν τούτου διάρθρωσιν. Eam seu epistolam, seu dissertationem, Gregoras, prooemio et



epilogo ad praesens institutum accommodatis, totam fere huc transtulit. In illo Codice Vaticano prooemium est, ἐπειδή μοι φίλος εἶ τῶν πάντων, καὶ καινῶν ἀχροαμάτων ἑραστής, ἀκουσον οἷά μοι ξυνηνέχθη τὴν πρότριτα, καὶ αὐτίς οἷά μοι τὴν χθές. τῶν γὰρ καθ' ἡμᾶς σοφῶν κλειστοῖς αὐτὸς ἐν ταυτῷ πρότριτα ξυντετυγῆως ἐν τῇ τέως πανηγύρει, πρόβλημα τὸ τοῦ Πάσχα σφαλερὸν ἐπ' αὐτὴν ἐποιούμην, οἰόμενος πολλὰ καὶ καλά ἐπισταμένους εὐρήσειν τῇ χρεῖα προσήκοντα. ἀλλὰ εἰ ἂν σοὶ διηγοίμην βέλτιστε; οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν τοσούτου δεῖν ἐξετάζειν τοιαυτὰ μοι ἔδοξαν, ὅσον καὶ αἱ κορῶναι τὰ γῆς μέταλλα, ἢ τὸν Πακτωλὸν εἰ χρυσοῦ καταρῆφι ψήγματα. ὥστε καὶ οὕτως ἐχλευάζον, πολὺν μου καταχέοντες μυκτῆρα, ὥσπερ ἂν εἰ πολυτετὴ καταλύων ἤδη πλάγην, ἔπειτ' Ἀτλαντίδων νήσων καὶ νυμφῶν Ὠκεανίδων ἱστορίας προῦβαλλόμεν, ἢ μάχας πετομένων ἀνθρώπων, καὶ στρατοπεδεύσεις ἐναερίους, καὶ στάσις οὐρανοῦ, καὶ γῆς δίνησιν. ἄλλοι δ' ἐξ ἑρῶν γραφῶν ὡς ἐκ φαρέτρας ἀνασπῶντες βέλη, ἐτόξευον μὲν ἐπ' ἐμὲ, ἱβαλλον δὲ αὐτούς, ὅμοιοι ποιοῦντες, ὥσπερ ἂν εἰ τις ποταμοῦ ῥύμην ἐθέλων ἀναχαιτίζειν, ἔπειτα βαθείας ἐπὶ τὸ κάτω ταντες τάφρους ἀνώρτυεν. οὐδὲ γὰρ εἰδότες ὅποι τείνουσιν ἂ προτείνουσιν, ἄσῃμά τινα καὶ πλημμελῆ συνείρον πράγματα. καὶ τί δεῖ διατρέβειν; οὕτω τοὺς πλείους οὐμός οὗτος ἐτάραξε λόγος, ὥσπερ τὰς νεφέλας, ὁπότε μετὰ βαθύν ὑέτον πολὺς τῶν ἀρκτικῶν καταρρέουσαι ὁ βορέας, πρὸς μεσημβρίαν καὶ νότον αὐτὰς διωθόμενος. καὶ εἰ μὴ τὸ στερέθον τῆς ἐμῆς ἀληθείας, καὶ τὸ τῆς ἀποδείξεως ἀναντιρρόητον ἀνείχε, καὶ τὸν πολὺν ἐκείνου ἀνέστειλλε κυπεῖνα, καὶ νῆνεμον ὡς εἰπεῖν τὸ ἡμέτερον καθέστη (ἀν κατέστησε?) γυμνάσιον, τάχ' ἂν ἐνίκα τὸ παράλογον ἐκείνο συνέδριον, καὶ ἐξεδίφρανε τὴν ἀλήθειαν τὸ ψεῦδος, καὶ τῆς ἐπιστήμης ἢ ἀμαθία τὸ πλεόν εἶχε. ταύτη τοι καὶ καιροῦ λαβομένος, ἐπὶ τοῦ σοφοῦ βασιλέως ἐς ἐναργέστερον μῆκος τὸν λόγον ἀπέτεινον. κατὰ γὰρ τὸ εἰωθὸς ἀνιῶν χθές ἐς τὴν τοῦ βασιλέως προσκύνησιν, τοιαύτη τιμὴ ὁμιλίᾳ ἐντετυγῆκειν. καὶ τὰ μὲν ἄλλα παρῆσθω γε τέως, πολλὰ τε ὄντα καὶ οὐ πάντως ἀναγκαῖα πάντως τοῖς ἐθελούσῃ σχολάζειν ἀκοῇ, καίπερ ὄντα κάκεινα σεμνὰ καὶ σοφῶν ἀκοαῖς ἄξια. τὸ δ' οὖν τῆς ἀναγκαιοτέρας ἡμῶν ὁμιλίας, καὶ ἣς ἂν καὶ αὐτὸς ἀκούσας ἡσθίης τὰ μάλιστα, λόγον κενίηκεν ὁ τὰ πάντα θεϊότατος βασιλεὺς περὶ γε ἀστρονομίας καὶ σφαιρῶν οὐρανίων, καὶ κινήσεων πλανωμένων καὶ ἀπλανῶν, καὶ τοιαυτὰ ἄττα, ἐμοὶ καθυποβάλλων πρόφασιν τοῦ λέγειν. οἶσθα γὰρ τὸ τοῦ βασιλέως εὐμενὲς πρὸς ἡμᾶς· οἶσθ' αἰ γὰρ μὴν καὶ τὸ πολὺστροφον τῆς αὐτοῦ συνέσεως καὶ πολυειδές, καὶ οἷον εἰπεῖν λαβυρινθῶδες· καὶ ὡς ἅπαντα διοικῶν τὰ τῆς βασιλείας πράγματα, ὡς τῶν ἐξ αἰῶνων οὐδέεις βέλτιον, ὅμως οὐκ ἔστιν οὐδὲν οὐδ' ἐπιστήμης εἶδος, οὐ μὴ τυγχάνει πεπειραμένος. καὶ δὴ καὶ τότε πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων παρόντων συγκλητικῶν τε καὶ ἑλλογίμων ἀνδρῶν, μηδενὸς δὲ πρὸς ἀστρονομίαν πεφυκότος· ἀπὴν γὰρ τηρικαῦτα ὁ μέγιστος ἡγεμῶν

καὶ διδάσκαλος ἀπάσης ἐπιστήμης, ὅση τε ἀκριβῶς ἐρευνᾷ τὰ οὐράνια καὶ ὅση δίδεισι τὰ ἐπίγεια καὶ ὑπόγεια καὶ περιγεια· τότε τοίνυν ἔμοι μόνω προσανελίθει τοὺς τῆς ἀστρονομίας λόγους. ἐγὼ δ' ὑπολαβὼν, ἔπαινον διεξήειν πολὺν τοῦ μαθήματος. οἶσθα γὰρ καὶ ἄλλως δι' ὅσης ἄγω τῆς εὐφημίας αἰεὶ. τοῦτο γὰρ μοι τὸ ὀπτικόν etc. BOIVIN.

Pag. 364, 17. Καὶ σπουδάσματα ] Τότε δ' οὖν πλέον διαπλειονος εὐφημίας ἤγαγον, ἐπεὶ μοι καὶ πλέον τῆς φιλοτιμίας ὁ καιρὸς ἐκείνος ἀναφλέγων ἦν. μετὰ μὲν τοι γε etc. Cod. Vatic. 1086. BOIVIN.

Pag. 365, 2. Ἦσαν γὰρ οὐ τότε ] Οὐ καὶ τότε Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 365, 3. Ὁ βασιλεὺς ] Ὁ θειώτατος βασιλεὺς etc. Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 365, 9. Τὴν καταδίκην ὁ δίκαιος ὀφείλων ] Ὅφλων Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 365, 23. Διευκρινῆσαι πρὶν ] Διευκρ. πρώτως Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 1. Ἀκριβῆς γίνεται ἰσημερία ] Ἀκριβῆς τοίνυν γίνεσθαι. Cod. Vatic. Wolfius τὴν ἀκριβῆ ἰσημερίαν, *exquisitum aequinoctium* vocat. Malim, *verum et proprie dictum aequinoctium*, vel, *ipsum praecise aequinoctium*. BOIVIN.

Pag. 366, 10. Περὶ μεσημβρίας τῆς εἰκοστῆς τετάρτης αὐτοῦ ] *Sub meridiem vigesimi quarti diei*, non, *vigesimi quinti*, ut Wolfius. BOIVIN.

Pag. 366, 11. Ἐπεὶ ἡμῶν ἐθανατοῦτο ] Ἐπασχε Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 14. Νῦν δ' ἐφ' ἡμῶν ἐπτακαίδεκάτην ] Ὀκτωκαίδεκάτην Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 18. Τὴν τῶν μεταξὺ χρόνων διαφορὰν κἀντεῦθεν, καὶ δι' ὅσων etc.] Τὴν τῶν μεταξὺ χρόνων διαφορὰν· κἀντεῦθεν καὶ δι' ὅσων etc. Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 366, 21. Ὁμαλήν γὰρ ἐκείνος ταύτην ] Ἐκεῖνος αἰεὶ ταύτην Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 367, 4. Ὡς δ' ἔγωγε αὐτὸς ἐξακριβ. εὐρον, μείζονος ] Legendum *μείζονος*, vel *ἤττονος*, quam postremam lectionem exhibet Codex Vaticanus. BOIVIN.

Pag. 367, 14. Διὰ τὸ βραχύτατον ] Διὰ τὸ πάνυ βραχύτατον Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 368, 22. Ὅτι δ' οὐχ ἀπλῶς οὐδ' εἰκῆ ] Ὅτι δ' οὐχ ἀπλῶς οὐτως αἰτίας, οὐδ' εἰκῆ Cod. Vat. BOIVIN.

Pag. 368, 25. Ἐπειδὴ καὶ ὁ καιρὸς ] Ἐπειδὴ τοιοῦτος καὶ ὁ καιρὸς etc. Cod. Vatic. BOIVIN.

Pag. 369, 10. Ἀλεξανδροεῖς μὲν γὰρ πρὸ τριῶν ἡμερ. τῆς πρώτης τοῦ καθ' ἡμᾶς Σεπτ.] Vertit Wolfius, *Alexandrinis tertio Kal. Sept.* Vertere debuit, *tertio ante Kal. Sept.* seu *quarto Kal.*

*Sept. Nam tertius Kalendas Sept. est dies Augusti XXX. tertius ante Kalendas Sept. est dies Augusti XXIX. quo die constat Alexandrinus auspicatos esse annum suum. Vide Petav. de Doctrina Temporum lib. VI. pag. 522. BOIVIN.*

*Pag. 369, 21. Ὁ μὴν οὗτος ὑμῖν ἀρχὴ κ. τ. λ.] Exod. cap. XII. v. 2. et 3. seqq. BOIVIN.*

*Pag. 370, 10. Καὶ οὐδεμίαν ὦραν ἐξ] Καὶ οὐδεμ. ὦραν ἡμῖν ἐξ etc. Cod. Vat. BOIVIN.*

*Pag. 370, 12. Τῇ ἕκτῃ ἕκτης] Τῇ ἕκτῃ τῆς ἕκτ. [Cod. Vat. BOIVIN.*

*Pag. 371, 21. Ἰσημερίας, καὶ ἀμνούς, καὶ θύματα] Abest καὶ ἀμνούς a Cod. Vat. BOIVIN.*

*Pag. 371, 24. Καὶ κυκῶν, καὶ γλωσσῶν] Καὶ κυκῶν ἦν καὶ γλ. Cod. Vat. BOIVIN.*

*Pag. 372, 7. Συνιδόντες διδάσκαλοι] Συνιδ. ἀπόστολοι Cod. Vat. BOIVIN.*

*Pag. 372, 19. Προσήκατο] Ἀπεδέξατο Cod. Vat. BOIVIN.*

*Pag. 372, 22. Ἐπαγάγη τῇ ἐκκλησίᾳ] Addit Cod. Vat. ἦν αὐτὸς πολλοὺς ἰδρωῖς συνεστήσατο, καὶ συνετριμμένην λάσατο, καὶ ἀπωσμένην ἀνεκαλίσσατο, σεσηγημ. BOIVIN.*

*Pag. 373, 11. Ἀλλὰ δι' ἣν ἐφθήμεν εἰρ. αἰτ. τὸ τοῦ βασι. τέως ἐκρ. δόγ. μᾶλλ. ἢ τὸ ἡμ. ἀλλὰ τούτ. μὲν ἄλ.] Pro his legitur in Cod. Vat. ὅμως πολλῶν ἐπὶ τούτοις καὶ ἄλλων συγκροτηθέντων ἐκατέρωθεν λόγων, ἄριστα φίλων, ἀρκεῖ σοι τὰ εἰρημμένα· καὶ εἰ μὲν ἄριστα σοι φανεῖται, τῷ θεῷ τὴν χάριν ἀπόδος· εἰ δὲ μὴ, τὴν μέψιν ἐμοί. τῶν γὰρ ἀγαθῶν ἡμῖν ἐκεῖνος περτανεύει τὰς ἀρχάς· τῶν δὲ σφαλερῶν ἡμῖν αὐτοῖς ἡμεῖς αὐτοὶ παραίτιοι. ἦν ἐθέλης λοιπὸν, μεμνήσῃ τοῦ λόγου, καὶ φάρμακόν σοι ἔσται πολυετούς ἀπορίας. μεμνημαὶ γὰρ ὡς πολλάκις ἐπὶ πολλῶν διηπόρησας, σφαλερὸν τὸ πρᾶγμα οἰόμενος· τὴν δὲ λύσιν οὕτως εὐρισκῆς ἀδύνατον, καθάπερ δὴ καὶ τὸ πρὸς οὐρανὸν τοξεύειν. In his desinit dissertatio seu epistola ad Iosephum. Exstat in eodem Codice Vaticano eiusdem argumenti dissertatio, cuius initium, αἱ δευτέραι πως φροντίδες, Εὐριπίδης φησί μου, σοφώτεραι. Vide Indicem Operum Gregorae initio huius volum. BOIVIN.*

*Pag. 373, 15. Τῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος] Anno Christi 1325. DUCANG.*

*Pag. 373, 23. Καὶ ὁ παννυπερσέβαστος] Ioannes Palaeologus, Metochitae gener. Vide Hist. Cantacuz. lib. I. cap. 43. BOIVIN.*

*Pag. 374, 20. Δι' αὖς ἐφθήμεν εἰρηκότες αἰτίας] Fuerat Gregoras Caesariissae praceptor et fratris eius. Vide cap. V. sect. 7. huius libri. BOIVIN.*

*Pag. 374, 21. Ἐπειράθημεν δὲ οὐκ ὀλίγων ἐν τῇ ὁδῷ δεινῶν] Exstat in Codice Vaticano 1086. fol. 141. epistola ad Andronicum Zaridam, in qua Gregoras quae sibi in via acciderint narrat. Vide Indicem Epistolarum Gregorae initio huius volum. Initium est,*

εἶμαι μὴ ἀνεγκλήτους καθάπαξ. Ita acccepi ex R. P. D. Bernardo Montefalconio. Eam ipsam epistolam puto huc translata esse ab auctore, cui sua ipsius scrinia compilare pulchrum fuit. **ΒΟΙΝΙΧ.**

Pag. 376, 9. Νυξ δ' ἐπὶ τούτοις] Homerus Odys. β'. v. 388. **DUCAÑO.**

Pag. 376, 10. Ἐς γὰρ τὸ περιγειον etc.] Astronomicæ eruditionis intempestiva ostentatio. Sic infra lib. XII. cap. XIII. sect. 6. τὸ γὰρ περιγειον ἐκ περιστροφῆς τοῦ οἰκείου ἐπαναλαμβάνουσα κύκλου, καὶ ἐς τετράγωνον αὐθις τῷ ἡλίῳ καθισταμένη τὸ δεύτερον ἤδη σχηματισμὸν etc. **ΒΟΙΝΙΧ.**

Pag. 376, 20. Αὐτὰρ ἔμοιγε] Homerus Odys. δ'. v. 481. **DUCAÑO.**

Pag. 379, 1. Καὶ τὴν φέρουσαν κόμην] Scilicet τοὺς κύνες: *cum ragum in quo latrarent canes.* **WOLFIUS.**

Pag. 379, 10. Στρούμμιτσαν] Aliis Στρομπιτζαν. Vide notas ad Alexiadem pag. 382. **DUCAÑO.** Olim Τιβερίουπολιν; ut docet brevis Notitia urbium, quæ antiquum nomen in novum mutant. Cod. Reg. 2784. fol. 327. v. conferenda cum ea quam edidit Leo Allatius in notis ad Georg. Acropolitam pag. 241. **ΒΟΙΝΙΧ.**

Pag. 380, 13. Σκοπίων κολίγνιον] Vide easdem notas pag. 297. Et Leunclavium in Pandecte Turcico n. 169. **DUCAÑO.** Τὸ τῶν Σκοπίων κολίγνιον . . . οὐ παραψάλλοντα καὶ τὸν Ἀξιὸν τεθεάμεθα ποταμόν] Non congruit hæc Geographia cum hodiernis tabulis, quæ Scupos urbem longe ab *Αξιο* seu *Bardario* flumine positam exhibent. Atque *Scopia*, et *Scupos*, eandem urbem esse, inter omnes Geographos constat. Vide Ortelii, Mercatoris, Samsonis, Brietii et aliorum tabulas geographicas. **ΒΟΙΝΙΧ.**

Pag. 381, 11. Δέδοται κ. τ. λ.] Iob. cap. III. v. 20. **ΒΟΙΝΙΧ.**

Pag. 382, 11. Ὅσσαι οἱ ὁμοῦ τράφεν κ. τ. λ.] Hom. Od. IV. **ΒΟΙΝΙΧ.**

Pag. 382, 23. Βασιλέως νύμφην] Erat quasi nurus. Nam Andronicus senior eam uxorem delegerat filio fratris sui. **ΒΟΙΝΙΧ.**

Pag. 384, 1. Ἦν μετωνόμασεν Ἄνναν] Cantacuzen. lib. I. cap. 40. 42. Fuit illa Ioanna Amedaei V. ex Maria Brabatensi altera coniage filia: sic ex Ioanna, quibus id nominis insolens erat, Annam consecere Graeci. Vide Famil. Byzant. **DUCAÑO.**

Pag. 384, 12. Ἠλώκει καὶ ἡ Προυσαίων] Prusam Bithyniæ metropolim ab Othmane seu Osmane Sultano obsessam, ac castellis duobus exstructis, praesidiis in iis collocatis, urbis vias omnes interclusisse, ne quid in eam posset importari, ac tandem fame domitam cepisse, narrat post Laonicum lib. I. Leunclavius lib. II. Hist. Musulman. A quo urbs ipsa, quæ exinde Turcorum regia fuit, multis describitur in indice libitinario Osmanidarum. **DUCAÑO.**

Pag. 385, 2. Ἐξακισχιλιοστού] Christi 1331. **DUCAÑO.** Ἀρχομένον γὰρ τοῦ ἑξακισχιλ. ὀκτακοσ. τριακοστού ἔκτου ἔτους] *Anno incipiente sexies millesimo octingentesimo trigésimo sexto*, non,

ut Wolfius per incogitantiam vertit, *trigesimo nono*. Ducangius, hac Wolfii interpretatione deceptus, annum hunc posuit Christi MCCCXXI. qui fuit annus MCCCXXVII. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 385, 10. Τῶν θείων εἰκόνων] Istius processionis ad columnam Porphyreticam I. die Septembris meminit Codinus de Off. cap. XV. n. 1. Vide notas ad Alexiadem pag. 382. et Constantinop. Christ. lib. I. sect. 24. n. 6. ubi haud pauca de hac Porphyretica columna, ac cruce illi imposita, et Byzantium ad hanc *Θρησκεία*, seu religione, congressimus. DUCANG.

Pag. 390, 1. Οἱ περὶ τὸν βασιλέα τὸν νέον Ἀνδρόνικον] Non ausus dicere Ἀνδρόνικος, dixit οἱ περὶ τὸν Ἀνδρόνικον, quod re ipsa idem est. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 390, 9. Μιχάηλον] Cognomento Strascimirum, de quo in serie Bulgariae regum agimus pag. 323. DUCANG.

Pag. 390, 13. Διὰ τὸ νεωστὶ γεγενημένον περὶ τὴν τοῦ Καίσαρος θυγατέρα κῆδος] *Propter affinitatem, quam cum eo Grales contraxerat, ducta uxore filia Caesaris*. Ita vertendum; non, ut Wolfius, *propter recens contractam cum filia Caesaris affinitatem*. Nam qui uxorem ducit, is non dicitur affinitatem cum uxore contrahere, sed cum uxoris parentibus et cognatis. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 390, 16. Ἐκ' ἀδελφῆ] Theodora. Vide lib. VIII. cap. I. sect. 3. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 391, 4. Ἀδελφῆ δὲ ἦν αὕτη] Neda, quae aliis Dominica, Urosii regis Serviae filia, Stephani regis soror. Vide seriem regum Serviae n. 59. et 61. DUCANG.

Pag. 393, 17. Δίκασον κύρις κ. τ. λ.] David. Psalm. XXXIV. v. 1. Psalm. CVIII. v. 28. Isai. c. I. v. 2. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 394, 12. Τὴν Κράλαιναν] Simonidem, Andronici imp. ex Irene coniuge filiam, quae cum ad Irenes matris exsequias Constantinopolim venisset, uti narrat Gregoras lib. VII. cap. 30., ad coniugem redire renuisset, a quo cum per legatos a patre repeteretur, illaque ne ad reditum cogeretur monachicum habitum induisset, illius frater consanguineus Constantinus Despota lacerato eius cucullo invitam et plorantem ad coniugem remiserat. Idem Gregoras lib. VIII. cap. 1. DUCANG.

Pag. 395, 3. Ἐκ τοῦ Κράλη Σεβλίας] Ad quem missus Callicus legatus ab Andronico iuniore. Cantacuzen. lib. I. cap. 8. DUCANG.

Pag. 395, 8. Ὅσαι ἐπὶ χάρτον γραφεῖσαι] Duas chartarum species hic recenset Gregoras, alteram quam *chartam* vocat, alteram quam ex tenui linteo confectam scribit. Priore voce papyrum Aegyptiacam videtur innuere, quam Graeci recentiores *ξυλογάρτιον* vocabant: altera chartam ex linteo conceptis et contusis paratam, quam *χόρτινον χάρτην* dicunt. Vide Gloss. med. Graecit. in his vocibus. DUCANG.

Pag. 395, 12. Περὶ Χριστούπολιν] Quae urbs ad fugam ab Andronico iuniore delecta fuerat. Cantacuz. lib. I. cap. IV. VII. DUCANG.

Pag. 396, 2. Ὁ τοῦ βασιλέως υἱὸς Θεόδωρος] Is paullo ante ad patrem Constantinopolim venerat: uti narrat Cantacuz. lib. I. cap. LI. DUCANG.

Pag. 396, 17. Καὶ γενεῶν κουρᾶ] Supra lib. VII. cap. XII. DUCANG.

Pag. 396, 21. Τῷ δ' ἐπιγενομένῳ μηνὶ νοεμβρίῳ] An. Chr. MCCCXXVII. exeunte. BOIVIN.

Pag. 397, 17. Περὶ τὸ Πήγιον] Oppida duo hac appellatione observat Leunclavius in priore Onomastico Turcico, alterum quod Πήγιον μέγα vocat inter Selivream et Pontem minorem, Turcis *Bujuc-Zecmege*, I. *Ponte grande*, sive *Pons major*. Πήγιον autem nominatum censet a terra maris impetu abs se invicem divulsa, quae sinum hunc effecerit, ut eadem de causa divisum terrae motu a Sicilia Rhogium Italiae dictum. Alterum Rhegium μικρὸν dictum: Turci *Cutzuc-Zecmege*, I. *Pontem minorem* vocant, oppidum inter Pontem maiorem et Constantinopolim. Utrumque porro oppidum praeterea Ἄθυρον μέγα et Ἄθυρον μικρὸν Graecos appellare observat. Verum Ἄθύραν diversum esse oppidum a Rhegio, ex Procopio recte opinatur Ortelius, de quo quaedam notavimus ad Villharduinum n. CCXX. Rhegii porro Thracici passim mentio apud scriptores Byzantinos. DUCANG. Haec nota in Ducangii autographo cancellata erat. BOIVIN.

Pag. 398, 20. Ἡ πελεκυφόρους] Varangos, uti supra pag. 187. B. DUCANG.

Pag. 406, 3. Κώδωνας] Vide Gloss. med. Graecit. in hac voce. DUCANG.

Pag. 406, 19. Νεωτεροποιὸν] Soloecismus pro νεωτεροποιου, etc. BOIVIN.

Pag. 407, 4. Τὸ τῆς συνωμοσίας κ. τ. λ.] Canon 18. Concilii Chalcedon. BOIVIN.

Pag. 407, 8. Ἡ κατασκευὰς τυρεύοντες ἐπισκόπων] Wolfius legendum putat κατ' ἐπισκόπων etc. In vulgatis Canonum editionibus legitur ἐπισκόποις ἢ συγκληρικοῖς. Vide Balsamonis, Zonarae, et aliorum Commentarios. BOIVIN.

Pag. 407, 17. Ἀρχοντα τοῦ λαοῦ σου κ. τ. λ.] Exod. cap. XXII. v. 28. Act. cap. XXIII. v. 5. Petr. Epist. I. cap. 2. v. 17. BOIVIN.

Pag. 407, 20. Ἐν ἀδέσμῳ κατασχεθῆναι φυλακῇ] Cantacuzen. lib. I. cap. L. DUCANG.

Pag. 409, 6. Τοῦ δ' ἐπιόντος μηνὸς δεκεμβρίου] Cantacuzen. lib. I. cap. XXXI. LIII. LIV. DUCANG.

Pag. 409, 21. Ἄσαν Μιχαήλ] Ioannis Asanis Bulgariae regis filius primogenitus. Vide Famil. Byzant. pag. 325. DUCANG.

Pag. 411, 15. *Μιγάληλος γὰρ*] Cantacuz. lib. I. cap. LVI. LVII. LVIII. DUCANG.

Pag. 413, 24. *Ὁ Βασιλικὸς Νικηφόρος*] *Dubium utrum Βασιλικὸς* hoc loco sit nomen proprium, an dignitatis. Vide Ducangii Glossarium med. Graecit. in v. *Βασιλικοί*. Item eiusdem Glossar. med. Latin. in *Basilicus*. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 414, 1. *Ἐδόκει δὲ τοῖς ἤμιστα κρίνειν εἰδόσιν*] Wolfius legit *ἔφκει*, et ad eam lectionem accommodavit interpretationem suam. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 414, 13. *Ἀλλὰ τὸ φρούριον ἐκεῖνο στεφθεῶς ἀσφαλισάμενος*] Wolfius legebat, *ἀλλὰ τὸ φρούριον ἐκεῖνο Σέρρας ἀσφαλισάμενος*, et interpretabatur, *sed castellum Serrhas sibi commissum tenuit*: id quod plane absurdum erat, cum de Sertharum dedicatione paulo ante facta constaret ex ipsius Gregorae verbis, capite superiori, sect. IV. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 415, 6. *Κατὰ τὴν ἔκτην δηλ. τῆς ἀγ. τεσσαρακοστῆς ἑβδομάδα*] Wolfius legebat, *ἑβδομάδος*, vertebatque, *sexto die sanctae hebdomadis Quadragesimae*. Legendum *ἑβδομάδα*; et verendum, *sexta videlicet hebdomade sanctae Quadragesimae*. Graeci Quadragesimam, ut nos, in septem hebdomadas dividebant, quarum ultima non *ἀγία* sed *μεγάλη* dicebatur. Vide Glossar. med. Graecit. in v. *ἑβδομάς*. Nos hebdomadem sanctam vocamus. Sexta *ἑβδομάς* inibat *κυριακῇ πέμπτῃ τῶν ἁγίων νηστειῶν*, quae est nobis Dominica Passionis. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 415, 8. *Ἀγχοῦ τοῦ Μαυροποτάμου*] Quem Cantacuzenus *Μέλανα ποταμόν* dictum ait Histor. lib. I. cap. XVIII. Huc pertinet id quod legitur Cod. Reg. 2990. fol. 70. v. *ἡ λεγομένη νῦν Ἀργυρολίμνη, Γυρολίμνη γράφεται καὶ τὸ Μαυροπόταμον, μέλας ποταμός*. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 416, 7. *Νῆες μακρὰι τετταράκοντα*] Sabellicus decad. II. rerum Venet. lib. I. pag. 325. Petrus Iustinian. lib. IV. rerum Venet. sub init. DUCANG.

Pag. 416, 15. *Τὸν πρὸ τοῦ Ἱεροῦ πορθμὸν*] *Fretum, quod est ante Hierum*. De utroque *Hiero*, quorum alteram fuit Iovis Urii, alterum Serapidis, fuisse Gyllius lib. I. cap. II. de Bospore Thracio. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 417, 18. *Ὅποσα γεωργοῦσι λίμναι Κωπαίδες τε καὶ Μαιώτιδες καὶ ποταμοὶ Τανάϊδες*] Haec omnia Gregoras plurali numero, insolenter, et poetica audacia: quanquam et nos vulgo dicimus, *les Palus - Meotides*. Copsās, palus Boeotiae est. Nomen dedit urbs Κῶπαι, cuius meminerunt Homerus, Strabo, Stephanus, et alii. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 420, 5. *Ἐκμοχλεῦσαι ῥαδίως*] Capta urbs ab Andronico iunior anno Mundi iuxta Graecos VI. MDCCLXXXV. (Christi MCCCXXVIII.) Indict. XI. Maii XIX. Cantacuzen. lib. I. cap. LIX. DUCANG.

Pag. 420, 13. Πρὸς τὰ περὶ τὸν Ῥωμανὸν πύλην] *Ad Romanam portam*. Wolfius pro, *ad urbis moenia, Romani portae vicina*. Sic idem paulo supra, τὴν τοῦ Ῥωμανοῦ πύλην interpretabatur *Romanam portam*, pro *Romani portam*; quae sic dicta est a S. Romani aede vicina. Vide Constantinop. Christ. lib. I. sect. XV. n. LX. BOIVIN.

Pag. 422, 12. Πρὸς τὴν θείαν εἰκόνα] Quae tum in Palatio asservabatur. Vide Constantinopolim Christ. lib. IV. pag. 91. DUCANG.

Pag. 422, 15. Καὶ περιχυθεὶς τοῦδαφος] Non satis scio, an eum humi prostratum adorasse imaginem dicat, an pulvere conspersisse caput: an imam imaginis partem humi iacentem esse amplexum. WOLFIVS.

Pag. 424, 19. Τῇ σεβασμῆϊ τῆς Θεομήτορος εἰκόνι] Deiparas Hodegetriae, ut supra cap. XVII. DUCANGO.

Pag. 427, 10. Τετάρτη καὶ εἰκοστὴ τοῦ Μαῖου μηνός] Proinde die V. ab Urbe capta. DUCANG. Cantacuzenus Urbem ait a iunioris Andronico occupatam die Maii XIX., Gregoras die eiusdem mensis XXIV. Cave enim credas, id quod Ducangius credidit, Gregoram hoc loco voluisse assignare diem quintum ab Urbe capta. Immo diem ipsum captae Urbis ab eo poni hinc patet, quod ait, ἡ ἡμέρα ἐπέλη, ἐν ἣ ταῦτα πάντα τετέλεσται, dies quo haec omnia gesta sunt, nempe ea omnia quae toto capite superiori narravit. Superest itaque ut inquiramus, uter in die assignando erraverit, Gregorasne, an Cantacuzenus. Ipsa Cantacuzeni verba afferam. Ἐπολέμησαν δὲ (loquitur de utroque Andronico) ἐν ἐνὶ μηνὶ καὶ ἔσσιν ἕξ, ἀρχαμένων ἀπὸ τοῦ ἐνάτου καὶ εἰκοστοῦ ἔτους ἐπὶ τοῖς ὀπτακοσίοις καὶ ἑξακισχιλλίοις ἐν τετάρτῃ Ἰνδικτιῶνι, ἐννεακαιδέκατην ἄγοντος Ἀπριλλίου, ἄχρι τοῦ πέμπτου καὶ τριακοστοῦ ἔτους, ἐπὶ τοῖς ω'. καὶ γ'. ἐν πρώτῃ ἐπὶ δέκα Ἰνδικτιῶνι, Μαῖου ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα. Id est, ut fere vertit Pontanus, *Belligerant annos sex, mensem unum, incipientes nimirum anno ab orbe condito vicesimo nono supra sex millia et octingentos, Indictione quarta, decimo nono Aprilis die, et ad annum quintum et tricesimum supra mille octingentos, Indictionem undecimam, et decimum nonum diem Maii producentes*. Chronologia haec tota fere vitiosa est. *Belligerant, inquit, annos sex*: immo, *annos septem* (vide Gregor. lib. XII. cap. III.), siquidem anni totidem effluerunt a mense Aprilis Indictionis quartae ad mensem Maium Indictionis undecimae. Deinde initium belli ponit, *Aprilis die XIX.* quod a Gregora Hist. lib. VIII. cap. VI. sect. 4. ponitur *Aprilis die XX.* Tum ait bellum productum esse *ad annum quintum et tricesimum*, quod ipse dixit productum esse usque ad Indictionem undecimam, quae incidit in annum trigesimum sextum. Idem, ut summam annorum Mundi compleat, addit ω'. καὶ γ'. errore manifesto, pro ω'. καὶ ς. seu VI. MDCCC. Denique diem assignat eum quem su-



pra diximus, nempe *diem Maii XIX.* pro quo Gregoras diem posuit *eiusdem mensis XXIV.* Iudicet nunc aequus lector, utri potior fides habenda sit. Apud me certe Cantacuzenus hoc loco nullam meretur, cuius chronologia (si tamen ea eius esse existimanda est) tot habet vitia in verbis tam paucis. **BOIVIN.**

Pag. 428, 18. *Μειρακίσκοι*] Seu *ἀρχοντόπουλοι*, de quibus supra lib. VIII. pag. 181. B. **DUCANG.**

Pag. 428, 25. *Φησί*] Psalm. LVII. v. 10. **BOIVIN.**

Pag. 429, 4. *Ἀργεῖν τῆς ἱερωσύνης*] Quae voces, uti loquimur, *suspendere a divinis*, significant. Vide Gloss. med. Graecit. in *ἀργία*. Vide Cantacuz. lib. II. cap. II. **DUCANG.**

Pag. 429, 13. *Ὅν δὴ καὶ πρῶτον εἶδε δῆμος Ἡρακλεάτης*] *Quem primum populus Heracleoticus patrem bonum et Deo plenum vidit.* Ita interpretabatur Wolfius. Sed illud, *primum*, quorsum pertinet? Mallet, *quem et iam ante* (id est, *priusquam esset episcopus*) *vidit populus Heracleoticus* etc. Veriorem tamen existimo eam interpretationem, quae *Πρῶτον* dignitatis ecclesiasticae nomen esse statuit. Vide Glossar. med. Graecit. in v. *Πρῶτος*. **BOIVIN.**

Pag. 430, 5. *Τῶν Βουλγάρων ἄρχων*] Cantacuzen. lib. II. cap. III. **DUCANG.**

Pag. 431, 3. *Λείσασα ἡ μήτηρ*] Maria, seu Xene Armeniae regis Leonis II. filia, quae hic *μήτηρ ἀμφοτέρων* dicitur, scilicet Andronici iunioris imp. et Michaëlis Asanis Bulgariae regis, cuius socrus erat. Michaël enim Mariam Palaeologinam Andronici sororem uxorem duxerat. Vide stemma Palaeologorum in Famil. Byzant. **DUCANG.**

Pag. 431, 18. *Τῆς θείας γραφῆς*] Psalm. CI. v. 10. et CXXVI. v. 2. **BOIVIN.**

Pag. 432, 4. *Συνεργῶν ὁ πρωτοστράτωρ*] Synadenus. **DUCANG.**

Pag. 432, 23. *Ἐξάγεται καὶ ὁ Συργιάννης τῆς εἰρητῆς*] Cantacuzen. lib. II. cap. IV. **DUCANG.**

Pag. 433, 14. *Κατὰ Ὁρχάνου*] Cantacuzen. lib. II. cap. VI. VII. VIII. **DUCANG.**

Pag. 433, 15. *Καὶ ὅτι Νικαίαν*] Idem cap. XXIV. XXVI. **DUCANG.**

Pag. 434, 5. *Φιλοκρήνην*] Meminit istius loci etiam Cantacuzen. d. cap. VIII. **DUCANG.**

Pag. 434, 7. *Τὸν Ὁρχανον*] Chalcocondyles habet *Ὁρχάνην*, prima declinatione. **WOLFIIUS.**

Pag. 434, 10. *Πρῶτα μὲν φιλοῦς, ἔπειτα δ' ὀπλίτας*] Wolfius ita construebat, *ὀπλισάμενος, πρῶτα μὲν φιλοῦς, ἔπειτα δ' ὀπλίτας*, vertebatque, *et ipse primum nudos, deinde armatos . . . in armis esse iussit.* Construendum, *ἐπεὶ δ' ἑώρα πολέμιων ἐπίλους*,

πρῶτα μὲν ψιλοῦς, ἔπ. δ' ὅπλ. vertendumque ita ut edidimus. **BOIVIN.**

Pag. 437, 16. Συγχώρησιν ἔγγραφον] Interpres, *scriptam condonationem pro suggestu recitat: emendavimus, scriptam absolutionem in ambone recitat, quam συγχωροχάρτιον Graecos vocare, supra observatum.* **DUCANG.**

Pag. 437, 21. Τέτταρας ἐκλεξάμενος ἄνδρας] Qui dicti sunt καθολικοὶ κριταί. Exstat in Cod. Reg. 2525<sup>2</sup>. fol. 273. v. Ὁρκωμοτικὸν τῶν καθολικῶν κριτῶν, τῶν γενομένων παρὰ τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως κυροῦ Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου, γερονῶς καθ' ὃν καιρὸν ἐσφραγίσθησαν. Exstat ibidem fol. 274. Ὁρκωμοτικὸν τοῦ δικαιοφύλακος καὶ ἀρχidiaκόνου τοῦ Κλειδᾶ, qui erat unus e catholicis illis iudicibus. Ibidem denique fol. 275. πρόσταγμα ὀρκωμοτικόν, sive *ipsius imperatoris constitutio de eadem re.* Quae omnia pertinere existimo ad illos iudices, ab Andronico iuniore delectos. Vide et infra lib. XI. cap. III. sect. 4. **BOIVIN.**

Pag. 437, 23. Ὡν εἰς ἓκ τῶν ἐπισκόπων ἦν] *Apri* scilicet *metropolita*, de quo Cleidas Dicaeophylax et archidiaconus in suo Ὁρκωμοτικῷ. Cod. Reg. 2525<sup>2</sup>. fol. 274. **BOIVIN.**

Pag. 438, 13. Κατὰ Μαρτίνου] Vide Cantacuzen. lib. II. cap. X. XI. XII. XIII. Hist. Franco-Byzant. lib. VI. n. XXV. ubi ut Chios insula in Benedicti Zachariae Genuensis potestatem venerit, et ut ab Andronico recepta fuerit Martino illius domino captivo facto, atque ut a Genuensibus Ioanne imperante rursus capta fuerit, pluribus narramus. **DUCANG.**

Pag. 438, 17. Ὅσα καὶ δοῦλος] Sic Graeci quem *Vassallum* Latini vocant, efferre solent. Vide notas ad Alexiadem pag. 398. **DUCANG.**

Pag. 438, 22. Τῷ ἀδελφῷ] Benedicto Zachariae. **DUCANG.**

Pag. 439, 12. Ὀλίγων μέντοι] Cantacuzen. lib. II. cap. XIV. **DUCANG.**

Pag. 440, 18. Καὶ εἰσποιεῖται τὸν Συργιάννην] Istius adoptionis Syrgiannis non meminit Cantacuzenus, quam rursus attigit Gregoras lib. X. cap. VI. Ita Maria Palaeologina Bulgariae regina Swetislalum, qui Smiltzae in hoc regno successit, adoptasse legitur apud Orbinum in Hist. Slavorum. Vide Dissertat. XXII. ad Ioinvilam pag. 270. **DUCANG.**

Pag. 441, 19. Ἐς τὸ Ἀθήνης φρούριον] Id est in perpetuum carcerem, tametsi scribat Leunclavius in priore Onomastico Turcico ita appellatum castrum, quod eo conclusi tanquam perpetuis in carceribus oblivioni traderentur, idemque esse quod Graeci Νεόκαστρον, et Λαιμόκαστρον vocant ad V. ab Urbe lapidem, ad Bosporum in Europaeo situm littore. Quod si ita est, id porro nominis a Graecis eidem castro inditum fuerit, quomodo Persae simili de causa Ἀθήνης φρούριον in Perside appellarunt, de quo Agathias lib. IV. pag. 188. Procopius lib. I. Persic. etc. **DUCANG.**

Pag. 442, 3. Πῆ μὲν στήσεται, πῆ δὲ διαβήσεται] *Constructio cum ipsis* ἑστειρημένον τοῦ βλέπειν, ut sensus sit, *non videntem ubi staret, vel quo transiret.* Aliter Wolfius. BOIVIN.

Pag. 442, 11. Νᾶμα τῆς ὑπεράγνου θεομήτορος τῆς Πηγῆς] *Cantacuzenus lib. II. cap. XVII. et XX. Vide Constantinopolim Christ. lib. IV. sect. XV. n. XIII. ubi de istius fontis virtutibus multa.* DUCANG.

Pag. 443, 9. Ἄλλ' ἐκάλυψεν etc.] Psalm. LXVIII. v. 37. 21. 72. BOIVIN.

Pag. 444, 17. Ἐπίστρεψον] Psalm. CXIV. BOIVIN.

Pag. 446, 5. Καὶ φιλόχριστον] Epitheton vulgo datum monachis. DUCANG.

*Ibidem.* Βασιλέα Ἀντώνιον] In Wolfiana editione deerat vox βασιλέα. Eam nos ex Codice Regio restituiimus. BOIVIN.

Pag. 446, 13. Ζητῆσαι et δέξασθαι] Aoristi pro futuris. Sic supra lib. VIII. cap. VI. sect. 1. BOIVIN.

Pag. 446, 18. Ὅτ' ἐτέρου λοιπὸν τὴν χεῖρα χειραγ. ἄνω μὲν ἐρυθρὸν etc.] Id est, *Alio manum regente, Crucis sacrosanctae duo signa, rubrum quidem supra, infra vero nigrum apposuit, iussus scilicet oblati instrumento subscribere: non, ut interpretabatur Wolfius, alio manucente, supra rubram Crucem, inferne nigram gestans, vivere situs est.* BOIVIN.

Pag. 447, 5. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ] Ὑστερον πρότερον. Gregoras egit supra de rebus gestis anno Christi MCCCXXX. Praedictiones autem, de quibus agit hoc capite, Byzantium allatae sunt anno MCCCXXIX. Certe epistola, qua illas refutavit, data est ante annum MCCCXXX. BOIVIN.

Pag. 449, 3. Ὅποσα γὰρ, ἔφην, κ. τ. λ.] Exstat haec epistola in Codice Vaticano 1086. et inscribitur, τῷ Πεπαγωμένῳ, περὶ τῶν ἐλθουσῶν αὐτῷ τερατολογιῶν, τῶν μὲν ἄνωθεν ἐκ Τραπεζούντος, τῶν δὲ κάτωθεν ἐξ Ἰταλίας. BOIVIN.

Pag. 449, 16. Νιφάδεσι] Hom. II. III. 222. BOIVIN.

Pag. 450, 19. Τῶν μεσημβρινῶν] Calabros credo intelligit. Nam Calabria inter occasum et meridiem sita, si Byzantium spectes. BOIVIN.

Pag. 452, 18. Θέρους, οὔτε τὸ ἐφεξῆς κ. τ. λ.] Aestas anni 1330. solis defectionem habuit die Iunii XVI., de qua infra cap. XII. sect. 2. Item autumnus anni 1331. Nov. die XXX., ut infra quoque dicitur cap. ult. Itaque haec videntur scripta fuisse anno 1329. BOIVIN.

Pag. 454, 7. Τοῦ δ' ἐπιγενομένου ἥρος] Cantacuzen. lib. II. cap. XXI. XXV. DUCANG.

Pag. 455, 1. Τῆς ἐκκαιδεκάτης τοῦ Ιουλίου ἡμέρας \*) τὸν κδ' τοῦ Ϟ μοῖραν ἀμείβοντος τοῦ ἡλίου] Nostra aetate, XVI. Iulii sol

\*) Τετάρτην καὶ εἰκοστὴν τοῦ καρκίνου τμημαῦτα μοῖραν. BOIVIN.

tertium  $\Omega$  gradum, non autem 24  $\text{S}$  tenet. Quare videant of ἀστρολόγοι καὶ χρονολόγοι, an intra 200 annos 9 graduum discrimini conflari potuerit; atque, ipsine errent, an errarint Byzantini. WOLFIIUS.

Pag. 456, 13. Ἦν αὐτῷ παῖς etc.] Inde incipiebat caput, περὶ τῆς ἐπιβουλῆς τοῦ Κράλη παρὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, de insidiis quas Crali filius suus fecit, non, quas Crales filiis suis fecit, ut legebatur in Wolfiana editione. BOIVIN.

Pag. 456, 16. Τῇ τοῦ Καίσαρος θυνατοῖ] Maria Palaeologina Ioannis Palaeologi Caesaris filia, et Michaëlis Palaeologi imperatoris neptis. Vide Famil. Byzant. et seriem regum Serviae n. LXI. DUCANG.

Pag. 457, 16. Ἐς δὲ τοῦπιόν ἔτος] Cantacuz. lib. II. cap. XXVI. XXVII. Vide seriem regum Serviae in Famil. Byzant. n. XLVII. et XLVIII. DUCANG. Ἐς δὲ τοῦπιόν ἔτος] Proximo anno, scilicet post Michaëlis Bulgari cladem: anno autem non Christi, sed Mundi, eoque Byzantino, qui inibat mense Septembri. Is annus fuit Mundi VI. MDCCCXXXIX. Christi MCCCXXX exiens. BOIVIN.

Pag. 458, 12. Καὶ Νίκαιαν εἶλον] Ut Nicaea capta fuerit ab Orchane Sultano, anno scilicet Mahumetano DCCXXXIV. Christi MCCCXXXIII. narrat Leunclavius lib. IV. Hist. Musulman. tum ex annalibus Turcicis, tum ex Laonico, tum aliis scriptoribus pag. 180. 181. 190. Illa autem, ut et Nicomedia ab Orchane pariter capta, tum Graecis parebat, ut patet ex Gregora, lib. IX. cap. IX. et Cantacuz. lib. II. cap. XXIV. XXVI. quod ignorasse videtur Leunclavius, qui nescio quem Regulum Nicaeae praefuisse ait. Utriusque porro urbis frustra tentatae obsidionis, non vero captae, meminit ibidem Cantacuzenus: contra vero Phranz. lib. I. cap. XXVII. DUCANG.

Pag. 458, 15. Καὶ ἀγίων γυναικῶν λείψανα δύο] Nicaeae martyrium passas S. Antoninam XII. Iunii et S. Theodotam cum tribus filiis suis XXVIII. Iulii, habent Menaea: an istas intelligat Gregoras, incertum manet. DUCANG.

Pag. 458, 16. Τὰς οἰκήσεις ἐν τοῖς παραλίοις Βιθυνίας] Hinc scribit Leunclavius post captam Nicaeam, Orchanum ipsum diu hanc urbem Portae sive Regiae loco habuisse pag. 195. DUCANG.

Pag. 458, 23. Ὁ Μετοχίτης ἔλθων ἐκ τῆς ἑξορίας] Dialog. Φλωρέντιος, seu περὶ σοφίας, Cod. Reg. 3284. fol. 246. v. Μητροδώρος μὲν ἐκεῖνος (ita illic vocatur Metochites) ὁ περιττός τὴν σοφίαν, ᾧ φίλε Κριτόβουλε, ἐπειδὴ τὰ τῆς ἡγεμονίας ἐς Ἡρακλείδου (id est ad Andronicum iuniozem) μετακεκρυβευται, δεδήμενται μὲν τὴν οὐσίαν, πάνυ τοι πλείστην οὖσαν· αὐτὸς δ' ἐπὶ δυοῖν ἑξοστρακίζεται τοῖν ἐνιαυτοῖν. Ἐπειτα ἐπανελθὼν οἴκαδε, καὶ μικρὸν ἐπιβιούς, ἐτελεύτησε, νόσοις βαρβαῖαις τὸ σῶμα δαπανηθείς. Ita-

que Metochites in exilium missus, domum rediit post biennium, anno scilicet MCCCXXX. **BOIVIN.**

Pag. 459, 8. Ἡ τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ πενθερά] Vide Constantinopolim Christ. lib. IV. sect. XV. n. 5. ubi de Chorae monasterio et illius conditoribus ac instauratoribus multa. **DUCANG.**

Pag. 460, 6. Ἐπισκότησις ἡλιακή] Anno Chr. MCCCXXXI. die 30. Nov. Calvisio. **BOIVIN.**

Ibidem. Τοσαύτας ἡμέρας . . . ὅσα καὶ αὐτὸς ἦν ἔτη τὰ πάντα βεβιωκώς] Ergo dies LXXIV. Vide Possini observationes Pachymerianas lib. III. cap. VIII. sect. IV. ad Hist. Michaëlis. **BOIVIN.**

Pag. 460, 8. Ἐκλειψις σεληνιακή] Die 15. Decemb. **BOIVIN.**

Pag. 460, 9. Ἐν ἑσπέρῃ] i. e. vigilia ante diem festum. **BOIVIN.**

Pag. 460, 11. Κατ' αὐτὴν μὲν γε τὴν τοῦ φεβρουαρίου δωδεκάτην] Wolfius, codice usus male interpuncto, hæc coniungebat cum iis quæ præcedunt, et ita vesperam commemorationis D. Antonii conferebat in diem Februarii duodecimum. Bollandus ad diem XI. Februarii pag. 507. in indice præterminissorum annotat, S. Antonium patriarcham Constantinopolitanum hoc die (id est die XI. Februarii) memorari in catalogo generali Ferrarii: at in Martyrologio Romano et Menæis, XII. Februarii. Favent itaque Wolfianæ interpretationi Martyrologium Romanum et Menæa; nostræ Codex Regius, constructio ipsa verborum et catalogus Ferrarii. **BOIVIN.**

Pag. 460, 19. Ἐκ σιδήρου σταυρῶν] Quas quidem cruces Σιγνόχριστα appellabant. Vide Glossarium med. et infimæ Græcitatibus in hac voce. **DUCANG.**

Pag. 462, 1. Διὰ τὰ τῶν νηστῶν ἐκείνων ἡμερῶν] Quibus monachi ξηροφαγίαν observabant. Vide Glossar. med. Græcit. in hac voce, ubi istius ξηροφαγίας cibi recensentur, in quibus παγούρια seu cancri marini, proinde ὄστρακόδερμα recensentur. **DUCANG.**

Pag. 462, 15. Ἐγκόλπιον] Vide Gloss. med. Latin. et Græcit. in Encolpium, et Ἐγκόλπιον. **DUCANG.**

Pag. 462, 18. Ἀπὴλλαξεν] XIII. Februarii, circa horam XII. noctis, ut præfert adscripta nota Codici Cantacuz. lib. II. cap. XXVIII. anno Chr. MCCCXXXII. Indict. XV. **DUCANG.**

Pag. 463, 4. Εὗρηται γὰρ ἐκ πολλοῦ βιβλος] Vide notata ad lib. VIII. p. 188. C. **DUCANG.**

Pag. 463, 18. Μονὴν τοῦ Λιβός] De quo monasterio egimus in Constantinopoli Christ. lib. IV. sect. II. n. XXVI. **DUCANG.**

Pag. 463, 19. Ἐνθα δὴ καὶ τὸ πένθος κατ' ἔθος] Ubi de more exequiæ eius etc. Verterat Wolfius, ubi de more quotannis etc., quasi non solum κατ' ἔθος, sed et κατ' ἔτος, legisset. **BOIVIN.**

Pag. 463, 20. Ἐπὶ ἑννέα ἡμέρας] Vide Glossar. med. Graecit. in Ἐννέα. DUCANG.

Pag. 465, 1. Τῇ μὲντοι δευτέρῃ τοῦ πένθους] Hinc discimus tempus quo eae orationes funebres haberi solebant, statim scilicet post exactum novendiale. DUCANG.

Pag. 467, 20. Νῦν ἴδου] Sic supra p. 213. B. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 471, 12. Τίς δώσει] Ierem. cap. IX. v. 1. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 471, 15. Τὴν Ὀρφῆως ἐν τραγωδίαις δύναμιν] In tragicis lamentationibus, non in tragoediis. Nam Orpheum Tragoe-dias scripsisse, nemo hactenus dixit, quod sciam: ac longo post Orpheum tempore floruit is qui

*Ignotum Tragicæ genus invenisse Camoenæ  
Dicitur, et plaustri vexisse poemata Thespis.* ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 471, 22. Ἴνα τί δέδοται κ. τ. λ.] Iob. cap. III. v. 20. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 472, 5. Οἱ τοῦ βασιλέως Θρηνοὶ] Pro οἱ τῆς τοῦ βασιλέως τελευτῆς Θρ. Sic infra cap. II. sect. 2. τὴν τοῦ βασιλέως συμφορὰν, pro τὴν τῆς τοῦ βασιλέως τελευτῆς συμφ. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 472, 15. Τέταρτον μὲν δὴ καὶ ἑβδομηκοστὸν ἔτος] *Mortuus est (ut infra dicitur, huius cap. sect. ult.) anno Mundi VI. MDCCCXL. Christi MCCCXXXII. Ergo natus erat anno Mundi VI. MDCCCLXVI. Christi MCCLVIII. Vide annotata ad pag. 51. A. Cantacuzenus Hist. lib. II. cap. XXVIII. Andronicum avum obiisse ait annos natum LXXII. Ita de annorum numero biennium detrahit. Sed mihi, ut iam dixi, Cantacuzeni chronologia suspecta est. Vide annotata ad pag. 262. B.* ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 473, 20. Τῆς αὐτοῦ συμπαθοῦς γνώμης τεκμήριον] Ob pietatem et alias animi dotes etiam laudatur a Nicephero Xanthopulo:

*Τῆς εὐσεβείας Ἀνδρόνικος ὁ στῦλος,  
Ἀσύγκριτος νοῦς, ἐξηρημένη φύσις.* DUCANG.

Pag. 474, 10. Ἐξακισχιλιοστὸν] Christi MCCCXXXII, ut paullo ante notavimus. DUCANG.

Pag. 474, 11. Τηνικαῦτα δὲ καὶ τῷ νέῳ βασιλεῖ Ἀνδρ. Ἐκτον καὶ τριακοστὸν] Andronicus iunior, Indictione octava ineunte, annos natus erat XXVII. teste Cantacuzeno Hist. lib. I. cap. XL. porro annus is erat Christi MCCCXXIV. ad finem vergens. Anno igitur MCCCXXXII. cum avus eius Andronicus supremum diem obiit, nondum ipse explebat annum aetatis XXXV. Itaque nec de aetate Andronici iunioris Cantacuzenum inter et Gregoram convenit. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 474, 12. Ἐκτον καὶ τριακοστὸν] Natus igitur Andronicus iunior anno MCCXCVI. DUCANG.

*Pag. 474, 13. Τριάκοντα μεταξύ*] Obiit proinde Theodorus Metochita XIV. Martii anno MCCCXXXII. DUCANG.

*Pag. 475, 1. Ἐμοὶ δὲ ὃ παρόντες*] Abest haec Monodia a Codice Regio 2558. ut et Monodia in obitum Andronici senioris. Lectiones a vulgatis diversas suppediavit Codex Colbertinus, in quo hanc de Theodori Metochitae obitu lamentationem, cum variis recentiorum Graecorum opusculis coniunctam, reperimus. Caeterum Gregoras non Monodia solum, sed et Epitaphio Metochitam mortuum prosecutus est. En epigramma, quale occurrit initio Codicis Regii 2541.

*Τοῦ Γρηγοῦ ἐπίγραμμα, ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ μεγάλου  
Λογοθέτου.*

*Ὅς πάρος ἐν σοφίῃ μέγα κῦδος ἔην γε θνητῶν,*

*Βαιὸς ἄδὲ λᾶας τοῦ γε κέκευθε νέκυν.*

*Δῆμος σεπτῶν Μουσᾶων ὀλολύξατε πᾶσαι·*

*᾿Ωλετο κείνος ἀνήρ· ᾿ωλετο σοφίη πᾶσα.*

Scripterat credo, ᾿ωλετο πανσοφίῃ. Nam ᾿ωλετο σοφίη πᾶσα est nimis inconditum. Caetera, quanquam et ipsa minime modulata, non corrigo; cum sciam illius temporis poetas plerosque legum metricarum ignaros prorsus fuisse: cui quidem rei argumento sunt poëmata ipsius Metochitae, viri quidem docti, sed versificatoris pessimi, cuius sepulchro nefas fuit bonum epigramma inscribi. BOIVIN.

*Pag. 475, 8. Πρὸς ἀβύσσους κυθμένης*] Τὸ ἀβύσσους adiective usurpatum videtur. WOLFIIUS.

*Pag. 482, 1. Θέρους δὲ ἐπιγενομένου*] Cantacuzenus lib. III. cap. II. scribit Ioannem, cum pater obiit (an. scilicet MCCCCLVI. \*) Iunii XXV.) novennem fuisse. Proinde natus anno MCCCXXXVII. Laonicus duodennem fuisse ait. DUCANG.

*Pag. 482, 11. Κιντζούστρα*] Videtur legendum καὶ τζούστρα. De hac utraque apud Latinos usitatae decursionis ac monomachiae ludicrae specie dissertationes duas edidimus ad Ioinvillae historiam, VI. VII. ubi Gregorae et caeterorum scriptorum Graecorum eo spectantes locos multis expendimus, maxime pag. 168. DUCANG. *Καὶ ντζούστρα παρὰ Λατίνοις καλεῖται*] Ita Cod. Regius. At in Wolfiana editione legebatur *Κιντζούστρα*, vox, ut mihi videtur, facta ex Gallico *qui joustera?* Vide et notas Ducangii ad hunc locum. BOIVIN.

*Pag. 483, 3. Τόρνε*] Expressit Gallicum *Tournoi*. DUCANG. *Ὁ δ' ἔτερος τῶν ἀγώνων Τορνεμέν*] Ita idem Codex Regius, non *Τόρνε μὲν*, ut legebat Wolfius. Facta etiam haec vox ex Gallico vocabulo *Tornement*, vel *Tournoiment*, quod et *Torneamen* et *Tor-*

\* ) Immo MCCCXLI. Iunii XV. et natus anno MCCCXXXII. BOIVIN.

*neamentum* ab infimae Latinitatis scriptoribus dici solet. Cantacuzenus Hist. lib. I. cap. XLII. vocat Τερνεμένα. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 488, 7. Οὕτω μὲν πρότερον· νῦν δὲ συνεχῶς τελουμένου] Testis est Cantacuzenus eos ludos non fuisse in usu apud Byzantinos, antequam Andronicus iunior uxorem duxisset Annam Sabaudam. Ἐκ μέντοι Σαβωίας, inquit, οὐκ ὀλίγοι τῶν εὐπατριδῶν εἰς τὴν Ῥωμαίων ἀφικνούμενοι . . . τὴν λεγομένην Τζουστρίαν καὶ τὰ Τερνεμένα αὐτοὶ πρῶτοι ἰδίδαξαν Ῥωμαίους, οὕτω πρότερον περὶ τῶν τοιούτων εἰδότας οὐδέν. Unde suspicor legendum esse hoc loco apud Gregoram, τούτου τοίνυν οὕτω μὲν πρότερον, νῦν δὲ συνεχῶς τελουμένου, id est, hoc itaque certamen nunquam superiori aetate, at nunc quotidie celebrari solitum. Nec obstat quod idem Gregoras supra (huc cap. sect. 1.) dixerit, saepius iam antea eosdem ludos fuisse ab Andronico editos. Nam illud, saepius iam antea, non pertinet ad superiora saecula, sed ad ipsius Gregorae aetatem. Οὕτω in οὕτω mutatum passim in codicibus manuscriptis occurrit. Vide lib. XVII. infra cap. II. sect. 1. ΒΟΙΒΙΚ.

Pag. 488, 13. Ἀνέγκλητον] Vide eandem dissertation. VII. pag. 169. 170. DUCANG.

Pag. 488, 21. Τούτων τοίνυν] De hoc suscepto bello adversus Alexandrum Bulgarorum regem ab Andronico iuniore, et pace inita, agit Cantacuzenus lib. II. cap. XXVI. XXVII. DUCANG.

Pag. 486, 20. Ὁ τοῦ Καίσαρος μὲν υἱὸς] Ioannis Palaeologi, cuius supra meminit lib. IX. cap. XXXVI. filius, Constantini Porphyrogeniti Michæelis imp. filii nepos. Vide stemma Palaeologorum. DUCANG.

Pag. 488, 24. Ὁ δὲ γὰρ Συργιάννης] Cantacuzenus lib. II. cap. XXIV. DUCANG.

Pag. 489, 3. Τζαμπλάκωνος] Qui magni Papiae dignitate donatus dicitur Cantacuzen. lib. II. cap. XXVII. DUCANG.

Pag. 489, 20. Βασκαίνειν γὰρ ἔφαμεν αὐτῷ] Nusquam dixit Gregoras invidiasse aulicos Syrgianni. Itaque legendum ἔφασκεν, non ἔφαμεν. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 490, 11. Καὶ ἡ μήτηρ τοῦ βασιλέως] Cantacuzen. lib. II. cap. XXVIII. DUCANG. Cantacuzenus Hist. lib. II. cap. XXVIII. eam ait obiisse anno integro et dimidio post obitum senioris Andronici; quem constat mortuum anno Chr. MCCCXXXII. Februar. die XIII. Sic illam oportet obiisse anno Chr. MCCCXXXIII. mense Augusto. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 490, 14. Σὲ δὲ ὃ μέγιστε καὶ θειότατε βασιλεῦ] Haec oratio exstat in Codice Regio, in quo tamen aliae fere eiusmodi declamationes omissae sunt. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 491, 12. Καθάπερ ἐπὶ στερόχῳ κρηπίδος] Wolfio κρηπίς est crepido. Sed crepido consilii quid sit, non video. ΒΟΙΒΙΝ.



Pag. 493, 15. Χολοβάφινον] Vide Glossar. med. Græcit. in v. Χολόβαφος. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 495, 12. Ἦρος δὲ ἐπιστάντος] Cantacuzenus eod. lib. cap. XXIV. DUCANG. Ἦρος δ' ἐπιστάντος] Eodem anno, quo Ioannes Calecas patriarcha creatus est. Proinde anno Chr. MCCCXXXIII. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 496, 16. Διάδοχον τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου... Ἰωάννην τὸν ἐκ τῆς πόλ. Ἄπρω κατέστ.] Cantacuzenus Hist. lib. II. cap. XX. eam rem videtur conferre in annum Chr. MCCCXXXI. Gregoras Hist. lib. XVI. cap. IV. Ioannem ait circiter annos XIV. patriarcham fuisse. Cum Gregora consentit Cod. Reg. 3058<sup>4</sup>. fol. 98. ubi legitur, Ἰωάννης ἔνδοξος καὶ σοφὸς Ἰβαν ὁ Καλέκας ἔτη ιδ'. At constat ex testimonio non solum Gregorae, sed ipsius quoque Cantacuzeni, abrogatum esse Ioanni Caleca patriarchatum anno Chr. MCCCXLVII. ineunte. Oportet itaque Ioannem creatum esse patriarcham an. Chr. MCCCXXXIII. cum ab an. MCCCXXXIII. ad annum MCCCXLVII. anni numerentur quatuordecim. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 497, 19. Σφράντζης ὁ Παλαιολόγος] Cantacuzenus. cap. 25. Non desunt qui hoc Σφράντζης vocabulo Gallicum Francoïis exprimi putant, quod Georgio Sphranzae Historiae scriptori pro cognomento est. DUCANG.

Pag. 499, 19. Αἰσχρὸν γὰρ ἴσως] Homer. Π. β'. v. 298. DUCANG. Αἰσχρὸν γὰρ ἴσως κ. τ. λ.] Homer. Π. II. 298. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 501, 12. Τῷ δ' ἐφεξῆς ἔτει] Hic tempora confundere Gregoram observat Pontenus ex Cantacuzeno lib. IV. cap. 8. Missi enim hi duo episcopi anno 1349. Ioanne Palaeologo et eodem Cantacuzeno imperantibus, quorum alter Minorita fuit Guilelmus Chissimensis, alter ex ordine Praedicatorum Gaspertus Cenetensis episcopi. De hac legatione copiose egit Waddingus hoc anno. DUCANG. Pontanus ad Cantacuzeni lib. IV. cap. IX. Gregoram temere et iniuria reprehendit, ut *tempora confundentem*, atque eos legatos, qui Cantacuzeno imperante Byzantium venissent, *sub Andronico* pluribus ante annis *missos* affirmantem: dignus ipse gravi reprehensione, qui ignoret an. Chr. MCCCXXXIII. Andronico imperante, antistites duos Latinos a Papa Ioanne XXII. legatos Byzantium venisse, de ecclesiarum concordia acturos. Qua de re exstat epistola Ioannis XXII. data Avenione anno Chr. MCCCXXXIII. Non. Iul. Quod si Cantacuzenus de missis ad Andronicum legatis tacet, de missis ad se multa narrat, non ea est Gregorae sed ipsius Cantacuzeni negligentia. Ducangius in notis Pontanus secutus est. ΒΟΙΒΙΝ.

Ibidem. Ἐπίσκοποι δύο] Franciscus de Camerino, Vosprensis, seu Bospori \*) archiepiscopus, et Ricardus episcopus Cherso-

\*) Exstat in Cod. Reg. 2950. pag. 147. inter opuscula Barlaami ἀπάντησις πρὸς τὰ ἐπιχειρήματα, ἃ πρὸς αὐτὸν εἶπεν ὁ ἀρχιεπίσκοπος Βοσπόρου. ΒΟΙΒΙΝ.

nensis. Vide Annales ecclesiast. Odorici Raynaldi, ad an. 1333. num. 17. 18. 19. item ad an. 1334. num. 4. 5. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 507, 22. "Ο και παρ' αὐτοῖς δὴ τοῖς Ἰταλοῖς . . . σκο-  
δαζόμενον ἴσμεν] Graeci Latinis Theologiae passim obiciunt istud  
cacoëthes argumentandi per syllogismos. Vide annotata ad Vitam  
Gregorae. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 508, 10. Καὶ οὐχ ἦτον Πλάτωνι τῷ Ἀρίστωνος. Θεὸν  
γὰρ φησι νοῆσαι μὲν etc.] Iustinus Martyr in Paraeneticis ad Grae-  
cos haec verba non Platoni sed Mercurio tribuit. Ἐρμού δέ, in-  
quit, σαφῶς καὶ φανερώς λέγοντος, Θεὸν νοῆσαι μὲν ἐστὶ χαλεπὸν,  
φράσαι δὲ ἀδύνατον. Idem Iustinus in Apologia I. haec, quae fere  
idem sonant, Socrati tribuit, τὸν δὲ πατέρα καὶ δημιουργὸν πάντων  
οὐθ' εὐρεῖν φάδιον, οὐθ' εὐρόντα εἰς πάντας εἰπεῖν ἀσφαλές.  
**ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 508, 12. "Ο δὴ μικρὸν ὁ μέγας ἐν Θεολογίᾳ Γρηγόριος  
ἡγησάμενος] Vide notas Billii ad illud Gregorii Nazianzeni dictum.  
**ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 508, 14. Θεὸν φράσαι μὲν κ. τ. λ.] Gregor. Naz. orat. II.  
De Theologia. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 509, 5. Φησὶ γὰρ ὁ Νύσσης Γρηγόριος] Ὁμολογοῦμεν  
γὰρ ἀνεπαισχύντως ἡμεῖς, μήτε τινα λόγον διὰ ρητορικῆς τεθη-  
γμένον ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας παρεσκευάσθαι, μήτε δεινότητα διαλεκτι-  
κῆς ἀγχιολίας εἰς συμμαχίαν κατὰ τῶν ἀντιτεταγμένων προβάλλε-  
σθαι, ἣ καὶ τὴν ἀλήθειαν πολλάκις εἰς ὑπόνοιαν ψεύδους ἐπὶ  
τῶν ἀπειρῶν ἀντιμεθίστησιν. Gregor. Nyss. lib. II. contra Euno-  
mium, eodem sensu, sed non iisdem verbis. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 510, 12. Σκότος ἀποκρυφὴν κ. τ. λ.] Iob. cap. XXII.  
v. 14. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 510, 21. Γρηγόριος κ. τ. λ.] Ad Evagrium de Divini-  
tate. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 511, 14. Κύριος ἔκτισέ με κ. τ. λ.] Proverb. cap. IX.  
v. 22. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 511, 15. Βασίλειος περὶ τῆς ἐμφαινομένης τῷ κόσμῳ  
σοφ. εἰρησθαι] Basilii Magni lib. IV. adversus Eunomium, ad  
illa verba, ΚΤΡΠΙΟΣ ΕΚΤΙΣΕ ΜΕ, ἀνάγκη οὖν, inquit, εἰς  
τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ νοεῖν. εἴποι δ' ἂν τις καὶ τὸν Σολομῶντα  
περὶ τῆς σοφίας εἰρηκέναι, ἧς καὶ ὁ Ἀπόστολος μὲμνηται, εἰπὼν  
ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔγνω κόσμος διὰ τῆς σο-  
φίας τὸν Θεόν. Fortasse ad ea verba Gregoras respexit. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 511, 21. Φάσκει τὸν λόγον] Gregor. Naz. oratione II.  
de Filio. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 513, 6. Ἐλπὲ μοι, φάσκων κ. τ. λ.] Gregor. Naz. ora-  
tione de Spiritu sancto. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 513, 11. Καὶ ἡμέρας αἰῶνος] Dies saeculi, non, ut  
vertebat Wolfius, aeternitatis. Nam dies aeternitatis numerare non  
magis facile est, quam in Dei profunda descendere. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 513, 24. Ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ὄρων κ. τ. λ.] Gregor. Naz. oratione prima de Filio. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 514, 5. Οὐδ' ὀνόματα κ. τ. λ.] Gregor. Naz. ad Evangelium de Divinitate. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 515, 8. Ἀποστόλου] Ad Romanos cap. VIII. v. 9. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 516, 8. Ὡς σιωπῇ τὰ σφίσι λεγόμενα δέχεσθαι] *Ut quidquid illi dixerint, taciti ipsi admittant, non, ut interpretabatur Wolfius, ut quidquid dixeris, taciti ferant.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 518, 19. Φησὶν] Gregor. Naz. oratione περὶ δόγματος. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 519, 13. Ὁ γε μὴν βασιλεὺς etc.] Vitiosa constructio. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 520, 1. Ταῦτα διεξελθὼν δμῶστοιχα λέγειν ἔδοξα etc.] Leo Allatius de eccles. Occid. et Orient. perp. consens. lib. II. cap. XVI. sect. 2. Pontificis Romani Benedicti XII. ad Robertum Siciliae regem epistolam profert; datam Avenione III. Kal. Sept. an. Chr. MCCCXXXIX. eique epistolae subiungit acta eodem anno inter eundem Benedictum Papam et Andronici iunioris legatos, Barlaamum et Stephanum Dandulum, qui de ecclesiarum concordia acturi Avenionem venerant. Denique, his omnibus velut praestructis, haec ipse addit de suo: *Concordia tamen subsecuta non est, Nicephori Gregorae omnia tum, et favore principis et eloquentiae nervis, susque deque miscentis pervicacia, qui proluxa oratione patriarcham ipsum, Dyrrhachinum episcopum, et alios replures, seductos, in suam traxit sententiam, ne legati Pontificis audirentur, repudiarenturque omnia, quae concordiam similem stabilire viderentur.* Leo Allatius tempora confundit. Nam oratio illa Gregorae non ad an. Chr. MCCCXXXIX. aut MCCCXL. pertinet, sed ad an. MCCCXXXIII. ut supra dictum est. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 520, 8. Καὶ ὁ δεσπότης] Andronici senioris imp. filius secundo genitus ex Anna prima uxore. Vide stemma Palaeolog. et scriptores ibi laudatos. **ΔΥCΑΝΘ.**

Pag. 523, 9. Κάρουλον τὸν τῆς Ἰταλίας ῥῆγα] Fallitur Gregoras. Robertus enim tum Italiae imperabat, cum Ioannis XXII. P. P. suasu ipse ac Latini principes invicem convenerunt ad comprimendas crebras Turcorum in Christianorum ditiones excursiones, anno scilicet 1326. **ΔΥCΑΝΘ.**

Pag. 525, 10. Οἱ δὲ Ῥόδιοι] Milites ordinis Hospitalis Hierosolymitani, qui Rhodum anno 1310. Turcis abstulerant. **ΔΥCΑΝΘ.**

Pag. 525, 12. Ὁ τῶν Κυκλάδων νήσων ἡγεμονεύων] Nicolaus Sanutus, qui Naxi, interdum Aegeopelagi Ducem sese inscribebat. Vide Hist. Franco-Byzant. lib. VII. n. 20. *Infra Κυκλάδων νήσων ἀρχηγός.* **ΔΥCΑΝΘ.**

Pag. 525, 18. Τῆς Μιτυλήνης] Cantacuzen. lib. II. cap. 29. ubi de capta a Catauia Mitylene agit. DUCANO.

Pag. 525, 22. Ὁ τῶν Φωκαίων ἀρχηγὸς Κατάνης] Dominicus Catanias, Andreae qui Phocaeam novam subiugaverat filius, ut est apud Cantacuz. lib. II. cap. 13. Duplex enim fuit Phocaea, altera quam antiquam, altera quam novam vocant, Gregoras παραλαν. Hanc postremam iure clientelae deinceps ex pacto cum Andronico seniore inito tenuere Catanias. DUCANO.

Pag. 530, 10. Καντακουζηνήν] Theodoram Palaeologinam. Vide stemma Cantacuzenorum. DUCANO.

Pag. 531, 15. Καὶ μετὰ βραχὺ συλλαβὸν τοὺς τὴν βασιλ. λάθρα σφετερ.] Anno, ut opinor, Chr. MCCCXXXVII. quanquam ex Cantacuzeni chronologia argui possit factum id esse anno MCCCXXXVI. ut ad paginam sequentem infra statim annotabimus. BOIVIN.

Pag. 534, 2. Μόνους δὲ τοὺς τοῦ Ἀσάν υἱοὺς etc.] Cantacuzenus lib. III. cap. XVII. testatur eos in carcere fuisse ἐπ' ἔτεσιν ἕξ. Id si verum est, oportet eos in carcerem coniectos fuisse ante annum MCCCXXXVII. siquidem ultimus eius sexennii annus incidit in annum Chr. MCCCXLI. exeuntem, ut ex eodem Cantacuzeno constat. At fortasse Cantacuzenus ad annos Mundi respexit, eosque inchoatos pro completis haberi voluit. Scilicet Asanis liberi in carcere manserunt ab anno Mundi VI. MDCCCXLV. inchoato ad annum Mundi VI. MDCCCL. ineuntem, hoc est per sex annos, quorum primus et ultimus non integri, immo nec dimidii quidem fuerunt. BOIVIN.

Pag. 536, 7. Ἡ δὲ περὶ τὴν κ. τ. λ.] Solaris ponitur a Calvisio Martii die 2. anno Chr. MCCCXXXVII. BOIVIN.

Pag. 536, 9. Βασίλειος] Vide stemma imperatorum Trapezuntinorum. DUCANO.

Pag. 536, 11. Ἐπέμφθη δ' αὐτῷ καὶ σύζυγος Εὐδοκία] Ea Irene vocatur infra pag. 424. BOIVIN.

Pag. 536, 18. Ἰωάννης ὁ Κόντος] Hist. Franco-Byzant. lib. VI. n. 27. lib. VII. n. 20. et pag. 320. DUCANO.

Pag. 536, 17. Τῆς δὲ δίκης οὐ σιωπῶν εἰθισμένης, ἐς τέλος ἐν τοῖς τοιοῦτοις βιαῶς] Male haec interpuncta sunt. Sic autem debent interpungi, τῆς δὲ δίκης οὐ σιωπῶν εἰθισμένης ἐς τέλος ἐν τοῖς τοιοῦτοις, βιαῶς καὶ οὗτος τοῦ ἕξιν ἀπερφόγη, id est, Cum autem Vindicta ad extremum in his rebus tacere non soleat, violenta morte ipse quoque sublatus est etc. Aliter Petavius, codicis male interpuncti lectione deceptus. BOIVIN.

Pag. 537, 3. Ἀνωτέρω φθασ.] Lib. IX. cap. IX. sect. 5. BOIVIN.

Pag. 539, 2. Ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ θέρους ἰσαμένου] Ineunte eadem aestate. Cantacuzenus Hist. lib. II. cap. XXXIV. victoriam

de Turcia aestate exeunte reportatam affirmat, idque post Aetolicam expeditionem, de qua Gregoras capite VI. infra. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 539, 5. "Ορχανος ὁ Ἀτουμάν] Leg. ὁ Ἀτμάν, vel ὁ Ὀτμάν, filius Othmanis, orientalis Bithyniae satrapa, Cantacuzeno lib. III. cap. 9. Hanc Orchanis expeditionem contra Byzantium ad annum 1330. refert Ioannes Villaneus lib. X. cap. 152. **DUANG.**

Pag. 539, 8. Τὴν μὲν ἐξ Ἰερου] *Ab Hiero*, non, ut vertebat Wolfius, *a templo*. Vide annotata supra ad pag. 255. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 543, 9. Πλειονα τὴν στοργὴν καὶ στερόδ. πρὸς τὸν σύζυγον ἔσχε] *Maiore et firmiore affectu maritum diligebat*, non, *a marito diligebatur*, ut interpretabatur Wolfius, qui legebat πρὸς τὴν σύζ. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 544, 20. Διὰ τὴν τοῦ δεσπότου αὐτῶν τελευταίην] Cantacuzen. lib. II. cap. 32. 33. **DUANG.**

Pag. 545, 16. Νικομήδεια] Quam paullo ante manu et armis inexpugnabilem fame expugnare adortus fuerat Orchanes, uti scribit Cantacuzen. lib. II. cap. 26. Ut porro tandem illa capta fuerit, narrat Leunclavius lib. IV. Hist. Musulm. pag. 186. **DUANG.**

Pag. 545, 18. Τῷ μέντοι κατὰ ταῦτα ἐνιαυτῷ οὐδὲν ἰστορίας ἄξιον πέπρακται] Anno, ut mihi videtur, Mundi VI. MDCCCXLVII. cuius anni quatuor primi menses pertinent ad an. Chr. MCCCXXXVIII., octo reliqui ad an. MCCCXXXIX. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 545, 22. Τῷ δ' ἐξῆς ἔτι] Anno scilicet Mundi VI. MDCCCXLVIII. cuius pars prima pertinet ad an. Chr. MCCCXXXIX. altera ad an. MCCCXL. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 546, 9. Αὐτόθι κατοικεῖν ἔγνωκε τοῦ λοιποῦ] Vide lib. XIII. infra cap. VI. sect. 3. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 546, 11. Ὁ Πρωτοστράτωρ] Cantacuzen. lib. II. cap. 34. **DUANG.**

Pag. 546, 13. Τὴν θυγατέρα αὐτοῦ] Cantacuzen. lib. II. cap. 34. **DUANG.**

Pag. 548, 6. Καὶ καθιστᾶσιν ἡγεμόνα τῆς πολιτείας] Simonem Buccanegram. Vide Ioannem Villaneum lib. XI. cap. 101. lib. XII. cap. 26. Petrum Bizarrum lib. VI. Historiae Genuensis sub anno 1339. **DUANG.**

Pag. 548, 24. Καὶ Βασίλειος] Vide stemma Trapezuntinorum imperatorum. **DUANG.**

Pag. 550, 15. Παῖσας μέντοι μικρὸν ἐς Ἀκαρνανίαν ἀπήει] Haec verba ab interprete per incogitantiam ommissa fuerant. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 551, 13. Καὶ οἱ μὲν προσεχώρουν τῷ Τζαννητῆ etc.] Cum his coniungenda ea quae leguntur infra lib. XIII. cap. XI. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 552, 20. Καὶ ὅσα τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐνδοξότεραν καθίστησι] *Et quaecunque nomina illustriorem faciunt Romani imperii (id est, Romanorum imperatorum) gloriam: non, ut vertebat*

Petavius, tum ea praedicare, quibus Romanum imperium illustris fecerat. Sic infra, *Εὐχίτας τς ὀνομάζων αὐτοῦς καὶ Ὀμφαλοψύχους, καὶ ὅσα τοῦτοις ἐπόμενα, Euchitās eos et Omphalopsychos, et aliis eiusmodi nominibus appellans.* BOIVIN.

Pag. 552, 21. *Καὶ (ἐν ᾧς ἐν πεφαιλαῖω . . .) αὐτοῦ γὰρ ἅμα τῷ βασιλεῖ]* Vide annotata ad lib. I. pag. 3. C. Petavius hoc loco non assecutus est mentem auctoris, latentem scilicet sub insolenti verborum constructione. Similis constructio occurrit lib. IX. cap. X. sect. 8. BOIVIN.

Pag. 553, 2. *Περὶ ὧν ὕστερον πλατύτερον λέξομεν]* De iis Gregoras nihil amplius dicturus est. BOIVIN.

Pag. 553, 11. *Καὶ ἡ Φωκαίων πόλις]* *Phocaeorum civitas*, non *Phocensium*, ut vertebat Petavius. *Phocenses* sunt populi *Phocidis*, quae est Aethiopiae pars: *Phocaei*, cives urbis *Phocaeae*; de quibus Horatius,

*Nulla sit hac potior sententia: Phocaeorum  
Velut profugit execrata civitas  
Agros atque lares proprios etc.* BOIVIN.

Pag. 553, 19. *Καὶ οἱ Ἀκαρνανεῖς]* Cantacuzen. lib. II. cap. 34. DUCANG.

Pag. 554, 3. *Ἡ τοῦ μεγάλου δομεστίκου καθέστηκε σιωπή]* Vel natura taciturnum fuisse significat Cantacuzenum, cui ut successori aut raptori imperii passim adulari videtur: aut, si hoc non vult, ex iis quae desunt in codice, rectius intelligeretur hic locus. WOLFIIUS.

Pag. 554, 8. *Ἐαρος δ' ἐπιόντος]* Idem Cantacuzen. lib. II. cap. 40. DUCANG.

Pag. 554, 16. *Τρεῖς ὄντες αὐτοί]* Vertendum ita ut edidimus, non quemadmodum Wolfius. BOIVIN.

Pag. 555, 10. *Ῥάκος Ῥωμαϊκὸν ὑποδύς]* *Habitus indutus Romanum*, id est, *Byzantinum* seu *Graecum*. *Ῥάκος* proprie est *habitus monasticus*. BOIVIN.

Pag. 555, 11. *Καὶ Βαρλαάμ]* Totam Barlaami historiam describit pariter Cantacuzen. lib. II. cap. 39. 40. Gretserus ad eundem Cantacuzen. pag. 925. DUCANG.

Pag. 556, 1. *Τῷ διαλόγῳ]* Exstat in Codice Regio 3284. fol. 242. BOIVIN.

Pag. 556, 13. *Ἡρακλεῖδαι καὶ Κεκροπίδαι]* *Heraclidae*, iunioris Andronici factio; *Cecropidae*, senioris. BOIVIN.

Pag. 556, 13. *Ἀντὶ δὲ Νικηφόρου, Νικαγόρας]* Item *Μητρόδαρος*, pro *Θεόδωρος ὁ Μετοχίτης*. *Ξενοφάνης*, pro *Βαρλαάμ*. Vide Gregorae Vitam huic volumini praefixam. BOIVIN.

Pag. 556, 20. *Κάντεῦθεν ὑγιέστερα τὰ Λατίνων ἐπισηφίσηται δόγματα]* Tamen Barlaamus per illud tempus scripsit pro Graecis contra Latinos. Exstant in Cod. Reg. 2950. *Βαρλαάμ μοναχοῦ*

καὶ φιλοσόφου λόγοι κατὰ τῶν ἐξ ὧν καὶ αὐτὸς εἶλε το γένος Ἰταλῶν etc. *Barlaami monachi et philosophi orationes adversus Italos, a quibus et ipse genus ducebat.* Eae sunt orationes viginti: quibus praefixum epigramma minime elegans, in quo lector iubetur gratias Deo maximas agere, quod Latinus contra Latinos praeclaras illas orationes scripserit. **βοιων.**

Pag. 557, 16. Καὶ σφαλλομένης εὐχῆς] Exstant in Cod. Reg. 2404. fol. 305. v. capita aliquot περὶ προσευχῆς, variis Palaemae opusculis subiuncta, addito hoc titulo, τοῦ αὐτοῦ κεφάλαια περὶ προσευχῆς καὶ καρδίας καθαρότητος. Eorum unum, quod et primum in eo codice occurrit, ita habet: Ἐπειδὴ τὸ θεῖον αὐτοαγαθότης ἐστὶ, καὶ ἕλεος αὐτόρημα, καὶ ἄβυσσος χρηστότητος, μᾶλλον δὲ καὶ τῆς ἀβύσσου ταύτης περιληπτικὸν ὡσπερέχον (fort. ὡς ὑπερέχον) παντός τε ὀνόματος ὀνομαζομένου, καὶ νοουμένου πράγματος, τῇ πρὸς αὐτὸ ἐνώσει μόνῃ τύχοι ἂν τις τοῦ ἐλέους. ἐνοῦται δὲ τις ταύτῃ τῇ κοινωσίᾳ κατὰ τὸ ἐγγωροῦν τῶν ὁμοίων ἀρετῶν, καὶ τῇ κοινωσίᾳ τῆς κατὰ τὴν εὐχὴν πρὸς τὸν θεὸν δεήσεώς τε καὶ ἀλτέσεως. ἀλλ' ἢ μὲν ἀρετῶν κοινωσία, δι' ὁμοιότητα, πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ θεοῦ ἐπιτήδειον τὸν σπουδαῖον πέφυκε κατασκευάζειν, οὐ μέντοι καὶ ἐνοῦν. ἢ δὲ τῆς εὐχῆς δύναμις αὐτὴν ἱερουργεῖ καὶ τελεσιουργεῖ τὴν τοῦ ἀνθρώπου πρὸς τὸ θεῖον ἀνάτασιν τε καὶ ἔνωσιν, σύνδεσμος οὖσα τῶν λογικῶν πρὸς τὸν κτίσαντα κτισμάτων· ὅταν μέντοι τῶν παθῶν καὶ τῶν λογισμῶν δι' ἐμπόρου κατανύξεως ὑπεραναβῆ τὰ τῆς εὐχῆς. τῷ γὰρ ἐμπαθεῖ νῶ ἐνωθῆναι τὸν θεόν, ἀδύνατον· ὡσθ' ὁ νοῦς, μέχρις ἂν τοιοῦτος ἢ εὐχόμενος, οὐδὲ τοῦ ἐλέους ἔτυχῃ· καθόσον δὲ τῶν λογισμῶν ἀνανεῦεν δύναται, κατὰ τοσοῦτον καὶ τοῦ πένθους γίνεται· ἀναλόγως δὲ τῷ πένθει, καὶ τοῦ ἐλέους τῆς παρακλήσεως μεταλαγχάνει· κἂν τούτοις ἐγγρονόσας μετὰ ταπεινώσεως, καὶ τὸ παθητικὸν ἅπαν μετασκευάζει τῆς ψυχῆς. Id est, interprete C. V. Cl. Capperonnero: *Quoniam Deus ipsa per se bonitas est, et misericordia, et bonitatis abyssus; seu potius hanc abyssum comprehendit, utpote qui sit supra id omne quod nominatur et intelligitur, misericordiam consequi nemo potest, nisi quatenus cum ipso Deo unitur. Neque enim cum ipso unitur quispiam, nisi similitum, quoad eius fieri potest, virtutum particeps fiat, et laudis ac precum, quas Deo inter orandum fundimus, habeat communionem. Id tamen intercedit discriminis virtutem inter et precationem, quod virtutum communio, propter huiusmodi similitudinem, virum probum ad susceptionem divinitatis aptum efficiat, non vero cum ea uniat; vis autem precum hominis ad Deum subvectionem et unionem perficiat, consecret, et rationales creaturas cum creatore arctissimo vinculo devinciat: dummodo pravos affectus et peccata per igneam compunctionem transcendat oratio. Nam fieri nequit, ut mens inordinatis affectibus commota cum Deo uniat. Sicque quamdiu mens orat hoc modo affecta, pondum est*

*misericordiam consecuta: sed quantum a peccatis emergere potest, tantum etiam progreditur ad luctum, et pro sui luctus modulo misericordiae consolationem obtinet; ita ut si hoc in statu fuerit humiliter immorata, omnes animae affectus commutet.* Caetera, quae proxime subsequuntur, eiusdem argumenti κεφάλαια omitto. Aestimet lector ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 557, 22. Ἦκεν ἡ προθεσμία] Iunii dies XI. ut mox ostendemus. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 559, 9. Ἐσπέρας γε μὴν ἰούσης, τὸ θέατρον διελύετο. καὶ ὁ μὲν Βαρλαάμ etc.] Caeterum sub vesperam spectaculum illud absolutum est. Ac Barlaamus quidem etc. Ita vertendum; non, ut vertebat Wolfius: Caeterum sub vesperam spectaculo illo absoluto, Barlaamus ignominiam illam gravissime ferens, plenis velis in Italiam abiit; quorum verborum hic videtur esse sensus, Barlaamum ea ipsa die, qua Concilium habitum sit, plenis velis in Italiam abiisse, id quod ut absurdum ita etiam falsum est. Constat quippe Barlaamum ex eo aliquamdiu Byzantii subatitisse, nec in patriam reversum esse, nisi post obitum Andronici iunioris. Vide Cantacuz. lib. II. cap. XL. pag. 336. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 559, 16. Ἐλαθε τῇ ὕστεραία] Postridie scilicet eius diei, quo Concilium habitum fuerat. Itaque Concilium habitum est die Iunii XI. Nam obiit imperator die Iunii XV. cum dies quatuor continuos aeger decubisset; ut statim ostendetur. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 560, 1. Ἐπὶ τρίτην ἑγγύς σου ἡμέραν] Imperator duobus diebus gravi sopore oppressus, tertio excitatus est: tum idem paulo post in soporem relapsus, ad tertium fere diem iacuit. Itaque dies saltem quatuor continuos decubuit. Cantacuzenus quatri-duo iacuisse eum in lecto significat. At Pontanus, Cantacuzeni interpres, ex quatuor diebus septem effecit. Nam cum a Cantacuzeno ὕστεραία, δευτέρα, τρίτη, τετάρτη positae forent, atque eae quidem suis quaeque symptomatis distinctae; ipse eam quae Graece δευτέρα esset, tertiam vocavit; quae τρίτη, tertiam a tertia, id est sextam posuit: denique (in fine capituli) eam diem, quae a Cantacuzeno τετάρτη diceretur, non quartam interpretatus est, sed Mercurii diem; nec advertit, diem Iunii XV. anno Mundi VI. MDCCLXIX. Christi MCCCXLI. non incidisse in feriam quartam, quae est Mercurii dies, sed in feriam sextam, quae est Veneris. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 560, 3. Κατὰ τὸ ζῶμαθ] Christi 1341. ΔΥΣΑΝΘ.

Pag. 560, 5. Τὰ τῆς αὐτοκρατορίας ἔτη] Haec, quae cancellis inclusa sunt, cum Wolfius non invenisset in suo Codice, annos imperii viginti assignavit Andronico iuniori. Atque hinc factum puto, ut in ipsa huiusce Historiae inscriptione idem Wolfius summam annorum ampliaverit, numeraveritque annos CXLV. pro CXXXVII. ut supra annotavimus ad titul. libri primi. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 560, 6. Ἐτη δυοκαίδεκα ἦν] Immo anni tredecim, et dies viginti duo. Nam Andronicus iunior Urbis potitus est anno



Mundi VI. MDCCCXXXVI. Christi MCCCXXVIII. ea nocte quae intercessit inter Maii diem XXIII. et XXIV. ut dictum supra lib. IX. cap. VI. et VII. Obiit autem anno Mundi VI. MDCCCXLIX. Christi MCCCXLI. Iunii die XV. ΒΟΙΥΙΧ.

Pag. 560, 8. Τῆ δὲ τρίτῃ τοῦ πένθους] Tertio post novendialia die. Vide supra notata ad lib. X. cap. 1. DUCANG.

Pag. 563, 4. Ἡμᾶς ἀποδύσασθαι] Haud scio an desit aliquid, de splendore vestium. Sed si nihil deest, mutationem certe vestitus significat τὸ ἀποδύσασθαι, quasi esset μετενδύσασθαι. WOLFIUS.

Pag. 564, 9. Οἱ τῆς ἐκκλησίας ἱεροὶ προστάται] Haec verba ex Gregorae naenia affert Cantacuzen. lib. IV. cap. 24. atque ex iis malam fidem Gregorae carpit. DUCANG.

Pag. 565, 13. Ἡδὺς καὶ χαρίεις τὸ εἶδος] Cantacuz. lib. II. cap. 21. extr. de Andronico iun. πᾶσι γὰρ οὐκ ἐπέραστος μόνον, ἀλλὰ καὶ θαύματος ἄξια ὄψις ἦν. DUCANG.

Pag. 566, 4. Ἐτρεφε γὰρ κύνας] Cantacuzen. lib. I. cap. 5. DUCANG.

Pag. 567, 1. Ὡς αἱ τοῦ ἐπιπέδου] Vide Gloss. med. Graecit. in v. προκύψις. DUCANG.

Pag. 567, 19. Πυραμίδος] Vide idem Gloss. in hac voce. DUCANG.

Pag. 568, 12. Μεγίστων καὶ περιφανῶν οἰκῶν] Aedium quae aedi Sophianae adiunctae erant, sacerdotibus et clericis addictae. DUCANG.

Pag. 568, 17. Φθορὰ καὶ κατάλυσις κατορχήσατο] Post haec verba, quibus clauditur liber undecimus, eadem manu in Codice Regio 2558. scriptum legitur: Ἐν ἔτει 579<sup>η</sup> μηνὶ δεκεμβρίῳ, δ', ἦλθεν ὁ βασιλεὺς κύριος Ἰωάννης ὁ υἱὸς κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ βασιλέως ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰρηνικῶς, προγεγονότων ὄρκων μετὰ συμφωνιῶν. τῆ δεκάτῃ δὲ τοῦ αὐτοῦ δεκεμβρίου, ἐξῆλθεν ὁ αὐθέντης ἡμῶν ὁ βασιλεὺς κύριος Μανουήλ, ἀναβὰς εἰς τὰ κάτεργα τῶν Βενετικῶν, καὶ ἀπεδήμησεν εἰς τὴν Φραγγίαν, ἐνεκεν βοήθειας τῆς εἰρημένης Κωνσταντινουπόλεως. Quae sequuntur, alia manu scripta sunt. Ἐν ἔτει 579<sup>η</sup>. Ἰνδικτ. ἡ. μαρτίου κθ'. ἡμέρα παρασκευῆ μεγάλη, ἦλθεν ὁ μακαρίτης βασιλεὺς κύριος Μανουήλ. ἐν τῷ λιμένι τῶν Κερχεῶν (Κερχεῶν), καὶ τῇ ἡ' ἀπριλλίου ἤρξατο ἀνακαθαίρειν καὶ ἀνοικοδομεῖν τὸ ἑξαμίλιον, ὅπερ ἐνὶ τῷ μηκος οὐργυιῆς (pro οὐργυιαῖς) γὰρ ἀνέστησε δὲ πύργους ἐπ' αὐτῷ ὀγν'. εὐρέθησαν καὶ γραμματα ἐν μαρμάρῳ λαξευτά, κατὰ τὸ μέρος τὸ ἐν τῇ Ἑλλάδι, λέγοντα οὕτως· ΦΩΣ ΕΚ ΦΩΤΟΣ, ΘΕΟΣ ΑΛΗΘΙΝΟΣ ΕΚ ΘΕΟΥ ΑΛΗΘΙΝΟΥ, ΦΤΛΑΞΗ ΤΟΝ ΑΤΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΝ, ΚΑΙ ΤΟΝ ΠΙΣΤΟΝ ΑΤΤΟΥ ΔΟΥΛΟΝ ΒΙΚΤΟΡΙΝΟΝ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΕΝ ΤΗ ΕΛΛΑΔΙ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΑΣ, ΤΟΥΣ ΕΚ ΘΕΟΥ ΖΩΝΤΑΣ. Ἐν ἔτει 579<sup>η</sup>. Ἰνδικτ. ζ'. δεκεμβ. κ'. ἦλθεν ὁ μακαρίτης δεσπότης κύριος Κων-

σταντίνος εἰς τὸν Μιξηθράν, καὶ ἰδέβη εἰς τὴν πόλιν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ μακαριότης δεσπότης κύριος Θεόδωρος· καὶ μετὰ ταῦτα ἀπῆλθεν ὁ αὐτὸς δεσπότης κύριος Κωνσταντίνος ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει γεγωνῶς βασιλεὺς ἐν τῷ 579ῳ ἔτει. BOIVIN.

Pag. 571, 1. Πρὸ ἐτῶν ἑγγύς πον ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα] Libri undecim priores historiam continent annorum CXXXVII. Vide quae annotavimus ad titulum libri primi. BOIVIN.

Pag. 572, 18. Ἠλικιώταις ἰδίᾳ γέγονεν εἶναι] Legendum fortasse, ἡλικιώταις διαγέγονεν εἶναι. Sic lib. XIII, cap. XII, sect. 8. διαγέγονε κεχηῆσθαι. BOIVIN.

Pag. 576, 18. Παρὰ τὴν τῶν Ὀδηγῶν μονήν] Usi Augusta triduo mansit post coniugis obitum, in Palatium regressa. Cantacuz. lib. III, cap. 1. Istius aedis mentio in priore Historia non semel occurrit, de qua pluribus egimus in Constantinop. Christ. lib. IV, sect. II, n. 24. DUCANG.



Pag. 576, 21. Ἐννατον τῆς ἡλικίας] Natus quippe Ioannes Didymotichi XVIII. Iunii, anno Chr. 1332. uti notat Gregoras lib. X, cap. 3. Vide Cantacuzen. lib. III, cap. 2. DUCANG. Ἐννατον τῆς ἡλικίας ἔτος ἀμείβοντα] Verti, qui tum nonum aetatis annum explebat. Malim nunc, excedebat. Nam et ea est vis verbi ἀμείβειν, et huic interpretationi favet id, quod de Ioanne legitur infra lib. XV, cap. XI, sect. 8. ubi dicitur uxorem duxisse Helenam sexdecim annos natus. BOIVIN.

Pag. 576, 22. Μιχαήλ] Vide Famil. Byzant. DUCANG.


Pag. 577, 6. Ἀλεξίῳ δὲ τῷ Ἀποκαύκῳ] Exstat in Bibliotheca Regia Codex ingens chartaceus Graecus, quo continentur Opera Hippocratis fere universa. Eius libri initio imagines duae in membranarum pictae occurrunt. I. Hippocrates in hemicyclo sedens, dextra calamus, laeva librum tenet resignatum. II. Magnus Dux Apocaucus in cathedra sedet: quem pone stat puer, librum in pluteo apertum manu sinistra apprehensum tenens, et legenti similis. Ad utramque imaginem accessere Hippocratis et Apocauci laudes mutuae, senariis Iambicis comprehensae, eaeque in marginibus tabellarum exaratae. Figuram Apocauci, viri post Cantacuzenum in hac Byzantinae Historiae parte celebratissimi, aeri incidi curavimus, his scilicet notis inserendam. Quoniam autem Apocaucus proximus in Codice Regio assidet et eum prior compellat Hippocrates, ideo huius quoque imaginem, Chalcographi manu delineatam, in lucem edimus. Iambos ipsos aeri insculpi non necesse esse duximus, quos typis exprimi facilius foret. Ex iis porro Iambis apparet Apocaucum, quantumvis publicis negotiis districtum, studuisse Medicinae; immo et eiusce artis peritissimum fuisse. Ita quippe Hippocrates pictum in adversa pagina Apocaucum alloquitur:

Ἰατρικῆς μὲν τῆς κρατίστες ἐν τέχναις  
 Δεινός τις εἶλε τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἔραως,  
 Ἐκ παιδὸς εὐθύς ἐντακεῖς εὐμηγάνως,  
 Καὶ προσπαθῶς ἔχουσαν ἔλκων τὴν φύσιν

cat. p. 1236. *Stroph. 67*



*Phot. 100*



Πρὸς συμπαθῆ παιδευσιν ὀλκαῖς ἐμφύτοις.  
 Καὶ δὴ συνάψας καὶ πυκνοὺς ταύτη πόνοους,  
 Ὑπερφνοῦς ἔδοξα τυγχάνειν κλέους,  
 Καινὸν τι θαῦμα χρηματίζων τῷ βίῳ.  
 Σοφῶς δὲ πᾶσιν ἐκκαλύψας τὴν τέχνην,  
 Ἰσποκράτεις ἔδειξα συγχοῦς τῷ χρόνῳ,  
 Δεινὰς ὅτι μάλιστα πρὸς ταύτην φύσεις·  
 Νόει Γαληνόν, Ἄετιον, τοὺς πάνυ,  
 Τὴν Ἀρεταίου καὶ σοφοῦ Παύλου χάριν·  
 Μεθ' ὧν Ὀριβάσιος ἢ κλειῶ φύσις·  
 Ἄλλοι τε συγχοὶ σύνδρομοι τὴν ἀξίαν,  
 Ὡν λαμπρὸν ἐμπέφηνε τῷ βίῳ κλέος.  
 Ἄλλὰ παραιρεῖται τι τῆς εὐδοξίας  
 Τὸ τῶν πόνων ἀπληστον, οἷς ὁ πᾶς βίος  
 Ἄληκτον ἦν σπουδάσμα πρὸς τοῦτο βλέπον.  
 Σὺ δὲ στρατηγὲ τῶν ἀρίστων Ἀύσονων,  
 Κοινὲ στρατάρχα τῶν διπλῶν στρατευμάτων,  
 Ὁ γῆν τε καὶ θάλατταν ἀσχετῶς τρέχων,  
 Διεξαγωγεῦ τῶν κατ' αὐτοὺς πραγμάτων,  
 Ἐπήβολος φρήν τῶν σοφῶν βουλευμάτων,  
 Ὁ τῆς δικῆς πρῦτανις εὐστάθμοις μέτροις,  
 Ἡ πρὸς λόγους ἀπληστος ἐξόχως φύσις,  
 Ὁ τεχνικὸς νοῦς πρὸς κτίσεις εὐμηχάνους,  
 Πῶς εἰς τοσαῦτα κερματίζων τὰς φρένας,  
 Ὡν εἰς ἕκαστον ἀρκέσαι τις ἂν μόλις,  
 Καὶ λαμπρὸς οὕτω τοῖς πᾶσιν διδεδυγμένος,  
 Ἐπεῖτα βλέψας πρὸς μακρὰν οὕτω τέχνην,  
 Πρὸς ἣν βραχὺς πᾶς ἐστὶν ἀνθρώπου βίος,  
 Οὕτως ἀνείλου θάττον αὐτὴν ἢ λόγος;  
 Καὶ πᾶσαν ἐξέπληξας ἐν τούτῳ φύσιν,  
 Ὡστε χρένον τε καὶ λόγους καὶ τὴν φύσιν,  
 Σπουδῆν τε πᾶσαν τὴν ἐμὴν οὐ μετρίαν,  
 Ὅδοῦ πάρεργον, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου,  
 Καὶ παιδιὰν ἤλεγξας ὄντα σοῦ σθένους.  
 Ὅντως ξένην ἄριστε πλουτήσας φύσιν,  
 Ξένως ἐχρήσω πᾶσι τοῖς κοινοῖς τρόποις·  
 Καὶ σφόδρα θαυμάζειν με φιλῶν τοῖς λόγοις,  
 Ἐδειξας ἔργοις ὡς βραχὺς τίς μου λόγος.  
 Τὰς ψυχικὰς γὰρ οὐ νοσήσας δυνάμεις  
 Ἐκ τῆς ἐνύλου συμφορῆς διαρτίας,  
 Εὐθρόστος οὕτω ταῖς ἐνεργείαις ἔφους,  
 Τοὺς γνωστικὸς εἰς ἄκρον εὐεκτῶν τόνους.  
 Ἄλλ' εὐχαρίστως οἷς φιλεῖς ἡμᾶς ἔχων,  
 Ὁ πάντα χρηστὸς, ἢ τρισολβία φύσις,  
 Χάριν θεῶν σὺ τῶν καλῶν εἰδὼς ἔχε,  
 Παρ' οὐ καλὸν πέφυκεν ἀνθρώποις ἅπαν.

Ita quidem Hippocrates; quem sic contra Apocaneus:

Ἐγὼ σοφῶν κράτιστε τῶν ὑμνουμένων,  
 Ἄει διαφθρῶν τοῖς λογισμοῖς τήν\*) . . . .  
 Καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἔξερεν\*\*) . . . . .  
 Ἐξ ἧς μαθεῖν πάρεστιν ἐνθέους λόγους,  
 Πολλοῖς μὲν ἔσχον ἐντυχεῖν σοφῶν λόγοις,  
 Σοφῶς ἀναπτύσσουσι τήν\*\*\*). . . . .  
 Παρ' ὧν ἀφορμὰς δασιλεῖς ἦν λαμβάνειν,  
 Πρὸς θαῦμα τοῦ κτίσαντος ἀββήτοις τρόποις.  
 Ἐπεὶ δὲ τῶν σῶν εὐκλειῶν σπουδασμάτων  
 Πολὺς τις ἔρρει θαύματος γέμων λόγος,  
 Ὡς τῆς ἐν ἡμῖν τοῦ θεοῦ τεχνουργίας  
 Τοὺς μυστικούς τρανοῦντος ἐμφύτους λόγους,  
 Πολὺν μὲν ἔσχον ἐντυχεῖν τούτοις πόθον,  
 Λαμπραῖς ἐπ' αὐτοῖς ἐντροφῶν ταῖς ἐπιταῖς.

Tum idem interiectis aliquot versibus,

Ἐπεὶ δὲ καὶ νένευκα λοιπὸν πρὸς πόνοους,  
 Ὁρμημένος τάχιστα πληροῦν τὸν πόθον,  
 Καὶ δὴ προσέσχον ἐμμελῶς τοῖς βιβλίοις,  
 Καὶ τὴν ὅλην δέδωκα τῇ τέχνῃ σχέσειν.  
 Ἄλλὰ τὸ λοιπὸν τίς παραστήσει λόγος;

Reliqua omitto, quae et nimis multa sunt, et ad institutum minus pertinent. Porro Apocaneum legendis Medicorum scriptis deditum fuisse, discimus etiam ex Actuario, qui suos de Methodo medendi libros ei, ad Hyperboreos Scythas legato eunti, nuncupavit. Vide Lambecium de Bibliotheca Caesar. lib. VI. pag. 113. ΒΟΥΙΝΙΗ.

Pag. 577, 6. Καὶ τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτὸν δορυφορίαν ] Id ipsum tradit Cantac. lib. I. cap. I. DUCANG.

Pag. 577, 7. Φονεύσας τὸν βασιλέα ] Cantacuz. lib. III. cap. 13. DUCANG.

Pag. 577, 9. Ἡ τῶ θεῶ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου ] Filio secundo genito Andronici senioris imp. de quo in Famil. Byzant. DUCANG.

Pag. 577, 10. Ἡ Συργιάννη ] Cuius ille studiosissimus erat. DUCANG.

Pag. 578, 6. Καντακουζηνόν, συνωθῶν τὰ ἔρυσθρα ] Idem narrat Cantacuz. lib. II. cap. 40. pag. 337. DUCANG.

Pag. 578, 7. Ἀνάγκην πολλὰκις ἐπενεγκόντος τοῦ βασιλέως ] Cantacuz. Hist. lib. II. cap. IX. et XIV. ΒΟΥΙΝΙΗ.

Pag. 578, 23. Τὰς ἐννέα πενθίμους ἡμέρας ] Cantacuzen. *μπα* δὲ τὴν ἐννάτην τῶν ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι συνήθως γενομένων ἡ-

\*) κτίειν, ὀρίνορ. ΒΟΥΙΝΙΗ.

\*\*) Fort. ἔξερενῶν σύνθεσιν. ΒΟΥΙΝΙΗ.

\*\*\*) Fort. ἡμῶν φύσιν. ΒΟΥΙΝΙΗ.

σμῶν: quibus quidem novem diebus ex coniugibus superstes domi se continebat, ut est apud Codinum de Offic. cap. 21. n. 4. Vide Gloss. med. Graecit. in *Ἐννατα*. DUCANG.

Pag. 579, 3. Ὁ πατριάρχης] Cantacuzen. lib. III. cap. 2. ut patriarcha rerum administrationem ambiverit multis enarrat. DUCANG.

Pag. 579, 24. Ἐμοὶ δ' οὐ τοιούτων] Conferendus ipse Cantacuzenus lib. III. cap. 4. 5. 6. DUCANG.

Pag. 581, 2. Τῶν περὶ βασιλείας προτιθ. ] Lib. VIII. c. III. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 581, 9. Φυγὰς ἐς τὴν Θράκην κ. τ. λ.] Lib. VIII. cap. VI. sect. 4. BOIVIN.

Pag. 581, 22. Κατὰ τὴν ἑπταετῆ περίοδον ἐκείνην] *Bellum scilicet avi et nepotis*. Vide quae annotavimus supra ad pag. 262. B. BOIVIN.

Pag. 583, 17. Τὸν δρόμον τετέλεκα κ. τ. λ.] Paulus ad Timoth. Ep. II. cap. 4. v. 7. BOIVIN.

Pag. 584, 3. Ἀπόκωνος] Quem Ἀπόκωνχον cum  $\chi$  vocat Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 585, 5. Ἐξ ἀσήμου γένους] Infra cap. 9. εἰς γὰρ ὕψος ἐξ ἀσήμου τύχης ἀρθεῖς etc. lib. XIII. cap. 8. ἐξ ἄλλων εἰς τὸ στρατήγιον παρεληλυθώς. Cantacuz. lib. I. cap. 4. ἄνδρα γένους μὲν ἀφανοῦς ὄντα, καὶ ταῖς τῶν δημοσίων πράξεσιν ἡσχολημένον. τὴν δημοσίαν γὰρ ἄλλων τότε τὴν διάθεσιν ἐποιεῖτο. cap. 23. τὸν δὲ Ἀπόκωνχον, ἀσημον μὲν ὄντα, καὶ ἐξ ἀσήμων, καὶ οὐπῶ χθὲς καὶ πρώην τοῖς τῶν δημοσίων φόρων πράκταις ὑπογραμματεύοντα. Idem lib. III. cap. 14. οὗτος . . . ἐκ Βιθυνίας ἀρμημένος, καὶ ἄσημος ἐκ φανύλων φύς, τὰ πρῶτα μὲν ὑπεγραμματεύεσε πολλοῖς τῶν τὰ δημοσία χρήματα εἰσπραττόντων ὀλίγου ἔνεκα μισθοῦ. Adde cap. 44. DUCANG.

Pag. 585, 13. Τῶν Ἐπιβατῶν φρούριον] Castellum munitissimum, haud procul a Selybria. Cantacuz. lib. I. cap. 24. lib. III. cap. 10. lib. IV. cap. 47. Gregoras ipse infra cap. 9. DUCANG.

Pag. 585, 20. Τῆς νήσου Πριγκίπου] Vide Gloss. med. Graecit. in *Πριγκίψ*. DUCANG.

Pag. 586, 7. Καὶ εἰ τινὲς που τῶν ἐν τέλει] *Verti, et si qui ex ducibus*. Malim, *ex proceribus, vel ex magistratibus*. BOIVIN.

Pag. 586, 20. Αἰψά τοι αἶμα κελαινὸν κ. τ. λ.] Homer. Iliad. I, 303. BOIVIN.

Pag. 590, 14. Εἰ μὴ γὰρ ταῖς τῶν ἐμῶν διακτῶν καινοφανείαις] Gregoras hunc librum, et quinque deinceps continuos, saeviente in Acindynianos persecutione scripsit, nondum tamen domo inclusus; immo, ut opinor, ante habitam Synodum Palamiticam. Decimum octavum et novem sequentes testatur ipse scripsisse se habita iam Synodo, domi manere iussum et ab monachis custodibus obsessum. Vigesimum octavum, et reliquos usque ad tri-

gesimum octavum, recepta iam libertate, variis temporibus videtur condidisse. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 591, 11. Περσῶν] Xenoph. lib. I. de Cyri inst. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 591, 25. Τῶν ἔξω σοφῶν] Cantacuz. lib. III. cap. 5. **ΔΟΥΚΑΝΓ.**

Pag. 596, 4. Καὶ Πελοποννησίων Ἀσίων] Quibus tum praeerat. **ΔΟΥΚΑΝΓ.**

Pag. 596, 13. Μετὰ μέντοι τὰς τοῦ Ἀρκτούρου ἐπιτολάς] Anno Christi MCCCXLI. quo anno oriebatur Arcturus die XXVI vel XXVII. mensis Augusti. Vide Michaëlis Angeli Blondi tabulas annuas. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 596, 16. Ἀλεξάνδρου τοῦ τῶν Μυσῶν βασιλέως] Is Sismanum Michaëlis decessoris filium, qui post patris caedem Constantinopolin se receperat, sibi in manus tradi tum contendebat, ac renuenti Augustae bellum minabatur. Cantacuzen. lib. III. cap. 7. **ΔΟΥΚΑΝΓ.**

Pag. 597, 4. Ἀμούρ] Cantacuzen. d. cap. Ἀμούρ ὁ τοῦ Ἀτίνης, τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν δυνατάτος. Agit de hoc Satrapa Turcico alibi non semel Laonicus lib. I. pag. 7. 12. Edit. Reg. Ὁμούρ appellat. Vide Leunclav. in Pandecte Turcico n. 13. Alterius Turcici pariter Satrapae eiusdem nominis meminit Pachymeres lib. X. cap. 25. sub Andronico seniore. **ΔΟΥΚΑΝΓ.**

Pag. 597, 5. Ἀνωτέρω] Lib. VII. cap. I. sect. 1. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 597, 12. Λυδίας γὰρ καὶ Ἰωνίας οὗτος ὧν ἡγεμῶν] Illis temporibus Sarchanem Lydiae praefuisse tradit Cantacuzenus Hist. lib. III. cap. IX. Eundem lib. II. cap. XIII. Ioniae Satrapam facit. Itaque Amurius divisum cum Sarchane earum provinciarum imperium habuit. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 599, 13. Ἀπέδρα κ. τ. λ.] De ea re fusius infra cap. 9. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 600, 6. Ὁμώμοκον ὄρκον] Cuiusmodi fuerit istud patriarchae sacramentum, pluribus docet idem Cantacuzen. cap. VI. extremo, ubi de utriusque reconciliatione. **ΔΟΥΚΑΝΓ.**

Pag. 600, 10. Τὴν ταχίστην αὐτίς ἐξήει] Septemb. die 28. cf. Cantac. lib. III. cap. 16. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 601, 7. Μεθ' ἡλίον περιμένον] Legendum μήθ' ἡλίον etc. Quaquam ne sic quidem satis liquet, quaenam sit mens auctoris. Puto ἡλίον hoc loco esse *ipsum tempus*, cuius beneficio discimus quaenam consilia optima sint. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 602, 6. Ἀπόκαυκος γὰρ ἐκείνος] Ut Apocaucus, dum capere imperatorem adolescentem et regnare meditatur, deprehensus in arcem suam Epibatensem fugerit, narrat idem Cantacuzen. cap. 10. **ΔΟΥΚΑΝΓ.**

Pag. 603, 15. Ἐπὶ δυσὶν ἐμακάριξε τούτοις] An intelligit duas partes consilii ab imperatore dati, ut arcem everteret, et Apocaucum in custodiam daret? **ΒΟΙΒΙΝ.**



Pag. 604, 11. *Ἐπήντησεν ἐξῴων ὁ Ἀπόικανος*] Rem narrat Cantacuz. cap. 16. DUCANG.

Pag. 767, 5. Ἦν δ' ὄμως περιδεὴς ὁ Φακεωλάτος] Quippe proposuerant Genuenses Galataei praemium ac impunitatem ei qui illum monti traderet. Cantacuzen. loco laudato. DUCANG.

Pag. 767, 12. Τῆς ὀργῆς ἐκείνης] Causam, cur Anna impe-

matrix a patriarcha alienata sit, pluribus exponit Cantacuz. lib. III. cap. 98. DUCANG.

Pag. 768, 3. *Διὰ τὴν τοῦ τόμου κατάλυσιν*] De quo quidem Tomo, et Synodo Constantinopolitana, et controversia inter Barlaamum et Gregorium Palamam, fuse egit Cantacuzen. lib. II. cap. 39. 40. ubi consulendus Gretserus. DUCANG.

Pag. 768, 4. *Ἐπεὶ δ' ἔτυγεν . . . . . δέσμιον ἐκ πολλοῦ κατέχουσα τὸν Παλαμᾶν*] Exstant in Codice Regio 2409. cum alia multa Palamae scripta theologica, tum epistolae aliquot apologeticae, in quibus Palamas hanc vitae suae partem fuse enarrat. Inde nos, quae ad Chronologiam pertinebant, selecta quaedam excerpimus. Sunt autem haec. Palamas coepit suspectus esse circa initia belli civilis A. C. MCCCXLII. Cod. Reg. fol. 296. v. *Περὶ πού τὰ μέσα τῶν πρὸ τοῦ σωτηρίου πάθους νησιτίμων ἡμερῶν*, id est, *circiter mediam Quadragesimam*, patriarcha Palamae significat, suspectum eum sibi et Augustae esse, petitque ab eo, ut secum ad hanc veniat, delendae eius suspicionis causa, fol. 295. v. lin. ult. In Dominica Palmarum appellit Byzantium *ὁ Πρῶτος*, id est, *Primus* monasteriorum montis Atho moderator, fol. 296. v. lin. 3. Exacta Dominicae Passionis hebdomade, ac sequenti ineunte, Palamas patriarcham invisit et Augustam, ibid. lin. 6. Statim post Dominicam *τῶν ἁγίων πατέρων*, intra octavam Ascensionis, confert se in monasterium e regione Byzantii situm, ibid. infima pag. Inde, verno tempore, in aliam domum a tumultu nautico remotam transit, fol. 297. lin. 3. Paucis diebus interiectis quaesitus a quodam ecclesiae ministro, nec inventus, in Urbem redit, ibid. lin. 4. Ineunte autumno Heracleam secedit, et ibi per quatuor menses commoratur, fol. 285. lin. 6. fol. 284. v. in inf. pag. fol. 299. v. in fine pag. Inde A. C. MCCCXLIII. reversus, in aedibus S. Sophiae commoratur per integrum duorum mensium spatium, fol. 284. v. med. pag. Comprehenditur et in custodiam datur *ἔαρος μεσοῦντος*, hoc est, circa initium mensis Maii, fol. 285. lin. 7. Ignatius, patriarcha Antiochenus, Byzantium venit anno post Andronici iunioris mortem tertio completo, A. C. MCCCXLIV. fol. 283. v. lin. 20. Palamas, ad monachos montis Atho scribens A. C. MCCCXLVI., ait se *περικλεισμένον ἀκριτῶς ἐπὶ δυσὶν ἐνιαυτοῖς ἤδη*, id est, annum iam alterum elapsum esse, ex quo inclusus teneatur, fol. 299. infra med. pag. Nondum eo tempore coacta erat in eum Synodus. Ibid. Ignatius, patriarcha Antiochenus, Byzantio excedit, literis ad patriarcham Constantinopolitanum contra Palamam scriptis, fol. 282. v. lin. 1. Haec Regius ille Codex. Aliquanto post Palamas carcere emissus, anno ipso (ut opinor) MCCCXLVI. Tamen Cantacuzenus lib. III. cap. ult. pag. 699. scribit, Palamam adhuc in carcere fuisse eo tempore quo ipse Urbem cepit; atque eum, cum Andronico Asane eductum e custodia, venisse ad se ait Annae Augustae missu legatum. BOIVIN.

Pag. 768, 11. Τὴν γνώμην περιφανῶς μετήνεγκε . . . τὴν τε περὶ τὰ δόγμα γνώμην ἐκείνου κυροῦσα etc.] Huc pertinet Palamae ad Augustam epistola, quae exstat in Codice Regio 2409. supra laudato, fol. 53. Ea est eiusmodi.

Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης ἐπιστολὴ  
πρὸς τὴν θεοστεφῆ βασιλίδα, κυρὰν Ἄνναν  
τὴν Παλαιολογίαν.

Οὐδὲν οὕτως ἀναγκαιότατον οὐδὲ λυσιτελέστατον τε ἅμα καὶ προεπιδέστατον τοῖς τοῦ Χριστωνύμου γένους κατ' εὐδοκίαν ἐκ θεοῦ βασιλεύουσιν, ὡς τὸ χρῆσθαι τῇ δυνάμει τῆς ἐκ θεοῦ βασιλείας, ὑπὲρ τῆς αἰδίου τοῦ θεοῦ βασιλείας, ἢ παρὰ τῶν νῦν αὐθις ἀντικειμένων ἡμῖν εἰς κτίσμα φρενοβλαβῶς κατασπᾶται. καὶ τοῦτο συνεῖς εἶπερ τις ὁ πολὺς ἐκείνος καὶ τὰ πάντα θαυμάσιος ἡμῶν βασιλεὺς, ἔδειξεν ἔργῳ τὴν βασιλείαν ἐκ θεοῦ δεδεγμένος, ἅτε ζῆλον ἔνθεον ὑπὲρ τῆς ἐκείνου βασιλείας ἀνηρημένος, καὶ κατασπᾶσας εἰς τέλος τοὺς τὸ ὕψος ἐκείνης ταπεινοῦν ἡρημένους. τοῦτο καὶ ἡ κρατίστη σὴ βασιλεία, δέσποινα ἡμῶν ἅγια, δι' ὧν ἦδη πράττεις, ἐναργῶς διατελεῖς παριστώσα· καὶ εἴη σοι τὴν κρᾶξιν εἰς τέλος ἀγαγεῖν, καὶ τοὺς τῇ εὐσεβείᾳ πάλιν, ὡς ἐκείνου μηκέθ' ἡμῖν ὄντος, ἀναιδῶς ἀντιστάντας, εἰς τέλος καθελείν, ἔν' ἐκείνω; καθάπερ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς πᾶσιν, οὕτω καὶ τὸν ὑπὲρ θεοῦ ζῆλον ἰσοστάσιος εἴης. ἐπεὶ δὲ τῷ θεοκινήτῳ ζῆλῳ τὴν βασιλικωτάτην ἐν ἀρεταῖς συγκεκραμένην ἔχουσα φρόνησιν, ζητεῖς καλῶς ποιοῦσα μαθεῖν ὡς ἐν ἐπιτόμῳ καὶ κατὰ τὸ ἐγχαροῦν σαφῶς, τὰ παρ' ἡμῶν καὶ τὴν ἀντιθέτων ἡμῶν καὶ φρονούμενα καὶ λεγόμενα περὶ τοῦ θειοτάτου φωτὸς, οὕτω ταῦτ' ἔχει. Καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ οἱ ἅγιοι ἔστιν οὗ θεότητα ὀνομάζουσι, καὶ τὸ φῶς καθ' ὃ λάμπας ἀπόρρητως ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τοῦ Θαβωρίου ὄρους περιήστραψε τοὺς συναναβάντας μαθητάς, θεότητα ὀνομάζουσιν. ὡς οὖν ἡμῶν ἄκτιστον εἶναι φρονούντων μετὰ τῆς ὑπὲρ πᾶσαν ἔκφανσιν οὐσίας, καὶ τὴν τοῖς ἀξίοις ἐπιφαινομένην ταύτην ἔλλαμψιν, δύο θεότητας ἀκτίστους προεβύειν, ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην ὁ Ἀκλύδυνος κατηγορεῖ, καθάπερ καὶ ὁ Βαρλαάμ. αὐτὸς δὲ μόνην ἄκτιστον εἶναι λέγει θεότητα, καθάπερ καὶ πρότερον ἐκείνος, τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ· τὴν δὲ θείαν ἐκείνην ἔλλαμψιν, κτιστήν. ἐπεὶ δὲ κτιστὴν εἶναι λέγει τὴν θείαν ἔλλαμψιν ἐκείνην, καὶ ὑφειμένην εἶναι λέγει πάντως. οὐκοῦν δύο λέγει καὶ αὐτὸς θεότητας, ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην. φανερόν οὖν ὡς πρὸς ἀπάτην τῶν ἀκουόντων, τὴν ὑπερκειμένην καὶ ὑφειμένην ἡμῶν κατηγορεῖ θεότητα. τοῦτο δὲ ἔστιν ἀληθῶς δι' ὃ ἡμῶν κατηγορεῖ, ὅτι τὸ θεῖον καὶ ἀπόρρητον ἐκεῖνο φῶς, ὃ κτιστὸν εἶναι φησὶν αὐτὸς, ἄκτιστον εἶναι προεβύομεν ἡμεῖς, καθάπερ οἱ τε θεοφόροι πατέρες καὶ Χριστὸς αὐτὸς ὁ κατὰ τοῦτο λάμ-

φας, και βασιλειαν τοῦ Θεοῦ τοῦτο καλέσας, ἐδίδαξαν ἡμᾶς. οὐ γὰρ ἔστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ δούλη και κτιστή. μόνη γὰρ αὐτῆ παντός μᾶλλον ἀβασίλευτος και ἀήττητος, και χρόνον παντός και αἰῶνος ἐπέκεινα. οὕτως οὖν ἡμεῖς ἕνα κατά τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἐν μιᾷ Θεότητι σέβουμεν Θεὸν, οὐ κατά τὴν οὐσίαν μόνην ἄκτιστον, ἀλλὰ και κατά τὰ περὶ τὴν οὐσίαν θεωρούμενα και θεολογούμενα, τὴν δύναμιν, τὴν θέλησιν, τὴν ἀγαθότητα, τὸ φῶς, τὴν ζωὴν, και τὰ τοιαῦτα· και ὡς μιᾶς και τῆς αὐτῆς οὔσης τῶν τριῶν προσώπων και τῆς οὐσίας και τῆς ἑλλάμψεως, και ἀπλῶς πάσης δυνάμεως και ἐνεργείας θείας. ὁ δὲ Ἀκίνδυνος ἀθέσμως εἰς κτιστὰ και ἄκτιστα τὸν ἕνα Θεὸν διχοτομεῖ, και εἰς δύο Θεότητας ἐκφύλους, και ὄντως ὑπερκειμένην τε και ὑφειμένην, τὴν μίαν κατατέμνει Θεότητα τοῦ πατρὸς και τοῦ υἱοῦ και τοῦ ἁγίου πνεύματος· τὴν μὲν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ὑπερκειμένην λέγων, ὡς μόνην κατ' αὐτὸν ἄκτιστον Θεότητα· τὸ δὲ φῶς ἐκείνο, ὑφειμένην ὡς κτιστὴν Θεότητα. ποιεῖ δὲ κτιστὴν ἐντεῦθεν και τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ. οὐ γὰρ ἡ ἑλλάμψις κτιστὴ, ἄκτιστον αὐτὸ οὐκ ἔστι. τὸ δὲ πλῆθος τῶν ἄλλων πονηρῶν αἰρέσεων, αἷς ἐντεῦθεν περιπίπτει, ἡ τοῦ νῦν γραμματος συντομία οὐ χωρεῖ. καθάπερ δὲ ὁ Σαβέλλιος, ἐν τῷ μὴ διαφέρειν λέγειν τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν, μὴ ἔχειν υἱόν τὸν πατέρα ἔδογματιζεν, οὕτως ὁ Ἀκίνδυνος, ὅταν λέγῃ μηδὲν διαφέρειν τὴν θείαν ἐκείνην ἑλλάμψιν και ἐνεργεῖαν τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἔχειν φησὶν ἐνεργεῖαν τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ. ὁ δὲ τοῦτο λέγων, μετὰ τοῦ Μεσσαλιανὸς εἶναι, και ἀναιρεῖ τελῶς τὸν Θεὸν, ἑαυτὸν ἄθεον ὑπάρχοντα δεικνύς. τὸ γὰρ μὴ ἔχον ἐνεργεῖαν, οὐδαμῶς ἔστι κατά τοὺς θεολόγους. διὰ τοῦτο τὸ θεῖον ἐκείνο και προσκυνητὸν στόμα τοῦ τρισμακαρίστου και ἁγίου μου αὐθέντου και βασιλέως, διὰ τοῦ συνοδικοῦ φησι τόμου· ὡς εἰ και πρὸς τοσοῦτον ὕψος θεωρίας ἀνέδραμον ἐν τῷ Θαβῶρ οἱ τοῦ κυρίου μύσται, χάριν και δόξαν εἶδον θείαν, ἀλλ' οὐ τὴν φύσιν αὐτὴν τὴν χορηγοῦσαν τὴν χάριν. και γὰρ ἴσμεν ἐκείνην, ὑπὸ τῶν θείων λογίων μεμνημένοι, ἀμέθεκτον, ἀληπτον, ἀόρατον, και αὐταῖς ταῖς ὑπερκοσμίοις και ἀνωτάτω δυνάμεσι. νῦν δ' οἱ καταφρονήσαντες και Θεοῦ και τῶν ἐκ Θεοῦ ἁγίων, και τοῦ ἐκ Θεοῦ βασιλέως ἡμῶν ἐκείνου και τῆς συνοδικῆς ἐξετάσεώς τε και ἀποφάσεως, και τῶν ἐπὶ ταύτῃ φρικωδεστάτων δεσμῶν και ἀναθεματισμῶν, ἡμᾶς μὲν οὕτως εὐσεβῶς φρονούντας, και τοὺς ἡμῖν ὁμοφρονούντας ἀποκηρύττουσιν, Ἀκίνδυνον δὲ και τοὺς οἷος αὐτὸς, τάναντία δυσσεβῶς φρονούντας, συνηγοροῦσι και στηρίξουσι, παντὶ τρόπῳ, κοινωνοὺς ἔχειν και συλλειτουργοὺς σπουδάζοντες. Hanc epistolam puto primordium ac primum velut fundamentum fuisse ininitae ab Augusta cum Palama adversus patriarcham societatis. **βοιβιχ.**

Pag. 769, 18. Παύλου] Ad Galatas cap. I. v. 8. **βοιβιχ.**

Pag. 770, 3. Κακῶς μὲν ἀφίει κ. τ. λ.] Hom. Iliad. I. 25.

**βοιβιχ.**

Pag. 770, 13. Ἡμεῖς (λέγων) κ. τ. λ.] Gregor. Nazianz. Orat. I. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 772, 12. Καὶ ἄμα τῶν ὄρων κ. τ. λ.] Vide supra lib. XII. cap. VI. sect. 4. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 773, 3. Ἐπεὶ γὰρ] Conferendus ad hoc caput Cantacuzenus lib. III. cap. 97. et 99. DUCANG.

Pag. 774, 12. Ἡ χρυσεὶα καλεῖται] Novo vocabulo: nam χρυσὴ semper appellatur a scriptoribus Byzantinis: quae quidem porta tum erat obstructa, seu ἀπωκοδομημένη, uti scribit Cantacuzen. d. cap. 99. quod et infra indicat his verbis, διῶρυττον τὴν χρυσὴν πύλην etc. DUCANG.

Pag. 774, 21. Ἐς τοὺς ἀντικρυ τῶν βασιλέων ὑφορόφους οὐκούς] Cantacuzen. ἐπὶ τὸν Πορφυρογεννήτου κατέλυσεν οἶκον. Ex quibus Porphyrogenetae aedis situm docemur. DUCANG.

Pag. 775, 1. Ἦγε δ' ὁ φεβρουάριος τηνικαῦτα τρίτην ἡμέραν] Capta igitur Constantinopoli a Cantacuzeno III. Febr. anno mundi iuxta Graecos VI. MDCCCLV. Christi MCCCXLVII. Indict. XV. Idem Cantacuz. cap. 100. extremo. DUCANG. Cantacuzeno Hist. lib. III. cap. ult. is dies est Februarii VII. Ait quippe se ab Anna Augusta admissum esse in Palatium Februarii die VIII. Constat autem admissum fuisse postridie quam ingressus in Urbem fuerat. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 775, 3. Τῆς ἀκροπόλεως ταύτης ἐντὸς συγκλεισθεῖσα] Infra πύρ καὶ φρυγάναν φακέλλους ὑφῆψαν τὴν πρὸς τῷ τεμένει Βλαχερνῶν τῆς ἀκροπόλεως πύλην. Cantacuzen. cap. 100. τὸ ἐν Βλαχερναις φρούριον vocat, de quo copiose egimus in Constantinopoli Christ. lib. II. sect. V. n. 7. In eo igitur Palatio tum morabatur Anna imperatrix. DUCANG.

Pag. 775, 10. Ἐκ Γαλάτου] Idem habet Cantacuz. cap. 99. DUCANG.

Pag. 775, 19. Τὴν ἀπὸ Σκυθῶν φῆσιν] Proverbium, quo rursum infra cap. 31. utitur. Id est, convitiis respondere. DUCANG.

Pag. 776, 19. Πρὸ δυοῖν πον κ. τ. λ.] Vide Cantacuz. lib. III. cap. 78. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 776, 23. Πρόσεχε σφρανὲ κ. τ. λ.] Deuteron. cap. XXXIII. v. 1. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 778, 18. Ὅθεν τῆς ὑστεραίας ἐπιούσης] Postridie quam Cantacuzenus in Urbem fuerat intromissus. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 780, 1. Καὶ ἀνοιχθέντων ἤδη τῶν βασιλείων] Februarii die quarta, si Gregorae credendum; octava, si Cantacuzeno; quem minime certe probabile est erravisse in eo die assignando, quo imperii sedem invasit. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 781, 12. Κατὰ τῆς τοῦ πατριάρχου καθαιρέσεως] De qua Ioannis patriarchae Constantinopolitani abdicatione Cantacuzen. lib. III. cap. 99. lib. IV. cap. 3. DUCANG.

Pag. 783, 22. Ἐσπέρας γάρ] Psalm. XXIX. v. 6. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 784, 17. Τῇ τε τῆς ἐπισκοπῆς καθαιρέσει προσεπῆγε



καθαίρεισιν] Scripserat, puto, Gregoras, τῇ τε τῆς ἐπισκοπῆς καθαίρεισει τὴν τῆς ἱερωσύνης προσεπῆγε καθαίρεισιν, id est, *Episcopalis dignitatis abrogationi etiam sacerdotii abrogationem adiecit.* ΒΟΙΝΙΚ.

Pag. 784, 18. Ἐν τῇ τοῦ θελοῦ Βασιλεῖου μονῇ] Id silet Cantacuzenus. De hoc monasterio egimus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. VI. n. 12. DUCANG.

Pag. 786, 7. Ἰσίδωρον] Cantacuzen. lib. IV. cap. 3. DUCANG. Huc pertinet Ignatii, patriarchae Antiocheni, Tomus contra hunc Isidorum; qui Tomus exstat apud Leonem Allatum (de libris ecclesiasticis Graec. Dissert. II.) Novembri mense promulgatus, Indict. XIII. hoc est anno Christi MCCCXLIV. exeunte. Palamas in oratione, quae adversus Ioannem Calecam patriarcham scripta exstat Cod. Reg. 2409. fol. 280. v. suam et Isidori causam agit his verbis: Ἀλλὰ καὶ μετὰ τὰς συνόδους ἀμποτέρας ἐκείνας, καὶ τὸν ἐπ' ἐκείναις τόμον, ὕστερον οὐκ ὀλίγον χρόνον, ὑποψηφίους Μονεμβασίας τὸν τε Παλαμῶν, καθ' οὗ νῦν μαίνεται, καὶ τὸν αὐτῶ συνηγωνισμένον ἐν πᾶσιν ἱερὸν ἢ Ἰσίδωρον, μετὰ πάσης ποιεῖται τῆς ἐκκλησίας, αὐτὸς ὁ νῦν λέγων ἐξ ἀρχῆς ἀμφιβόλους αὐτοὺς εὐθὺς εἶναι περὶ τὸ σέβας, καὶ ἔτι μᾶλλον προϋόντος τοῦ λόγου. πῶς οὖν τηλικαύτην ψῆφον σὺν πᾶσι τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐπ' αὐτοὺς ἤγε, καὶ προκαθηγεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας ἡξίον, καὶ πρὸς τοσοῦτον διδασκαλικὸν ἀνεβίβαζε θρόνον, εἰ μὴδὲ τῆς εὐσεβείας ἀσφαλῶς ἔχειν ἠγεῖτο τούτους· ἀλλὰ τὸν μὲν Παλαμῶν πολλὰ βιασάμενος, καὶ δι' ἑαυτοῦ καὶ δι' ἑτέρων πλεῖστα παρακαλέσας, ὡς οὐκ εἶχε κατὰ τοῦτο πειθόμενον, καὶ μάρτυρες τούτου μετὰ πολλῶν ἑτέρων καὶ τῶν Μονεμβασιωτῶν οἱ τηνικαῦτα παρόντες· ὡς οὐκ μὴ κατὰ τοῦτο πειθῆνιον εἶχε, Θεσσαλονικεῦσιν ἐπιστήσειν ἰσχυρίζετο, βία μείζονι κεκρημένος. τὸν δὲ τοῦ πνεύματος ὄντως ἄνθρωπον, καὶ τὰ πάντα ἱερὸν τε καὶ χρηστὸν ἢ Ἰσίδωρον, ὡς πάντες ἂν συμφαίεν οἱ τὸν ἄνδρα εἰδότες, πολλαῖς τῶν Μονεμβασιωτῶν παρακλήσεσι, δέξασθαι πείθει τὴν τούτων ἱερὰν προστασίαν, καὶ τὸν εἰθισμένον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἱεραρχικὸν ἀσπασμὸν ἐκτελέσαντα, συνεδρεῦειν ἐντεῦθεν καὶ συλλειτουργεῖν ὁσημέραι, τῷ νῦν ἐξ ἀρχῆς ἀμφιβόλους ἡμᾶς εἶναι περὶ τὸ σέβας ψευδογραφοῦντι. πῶς γὰρ ἀμφιβόλον εἶχε περὶ τὸ σέβας, ὃν συλλειτουργὸν εἶχε, καὶ τῆς εὐσεβείας διδάσκαλον προὔχειριστο; ἀλλ' ἐπεσπάσατό φησι τὴν δίκην ἐφ' ἑαυτὸν καὶ ὁ ὑποψηφίος Μονεμβασίας. οὐκοῦν ὑποψηφίος ἦν· εἰ δ' ὑποψηφίος, οὐκ ἀμφιβόλος ἦν, καὶ ταῦτ' ἐξ ἀρχῆς. τίνος δὲ καὶ χάριν ὁ ὑποψηφίος οὗτος ἐπεσπάσατο τὴν δίκην ἐφ' ἑαυτὸν; ὡς τὰ αὐτὰ, φησι, τῷ Παλαμῶ φρονῶν. καὶ μὴν οὗτος τῶν ἐκ Θετταλίας τῷ Παλαμῶ συνελλυθῶτων εἰς ἦν, καὶ φανερωῶς ἐξ ἀρχῆς τοῦ αὐτοῦ φρονήματος ὑπῆρχεν αὐτῷ, κὰν ταῖς συνόδοις ἐκείναις παρῆξία συνηγορῶν. πῶς οὖν μετὰ τὰς συνόδους ἐκείνας ὑποψηφίος ἡμῖν ἐγγόνει; μᾶλλον δὲ πῶς οὐκ ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς ἐκεῖνος μὲν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἔμεινεν εὐσεβείας, ἣς καὶ πρότερον ἦν, καὶ δι' ἣν ἐξεδήμησε τῆς πατρίδος, καὶ ὑπερ

ἤς ἠγωνίσαστο, καὶ τῆς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγωνίας ἄθλον τὴν ψῆφον ἀπενεγκάμενος τότε εὐθύς, νῦν ὕστερον ταύτης, τῆς οἰκείας εὐσεβείας ἔνεκα, καὶ τὴν τιμὴν τῆς ἀρχιερωσύνης καὶ τὴν ταύτης ἀφαιρέσιν ἔθετο παρ' οὐδέν, ὑμεῖς δὲ τὸ σέβας, ὅπερ ἐπέκτησθε ψηφισόμενοι τοῦτον, ἐξομοσάμενοι νῦν, ἅτε τοῖς Βαριλακαμίταις προσθέμενοι, μὴ συμμεταθέμενον τὸ φρόνημα τοῦτον παραπλησίως ὑμῖν ἀπεψηφίσασθε νῦν. ἀλλ' οὐδ' ὁμολογίαν ἐπέισθη φησὶ δοῦναι τοῦ οἰκείου φρονήματος ἀπαιτηθεῖς, ὥσπερ οὐδ' ὁ Παλαμαῆς ἐπέισθη. βαβαὶ τῆς ἀναιδούς καὶ ἀπροφασίστου ψευδοῤῥημοσύνης. ὧντας σύνοδος ἀθετούντων εἰσὶ, κατὰ τὸν Ἱερεμίαν. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 786, 10. Ἐξόμολογία σύστημα] Haec etiam fuse narrat Cantacuzen. d. cap. III. **DUCANG.**

Pag. 786, 11. Καὶ πρώτον μὲν] Ut Isidorum patriarcham Constantinopolitanum episcopi anathemati semel ac iterum subiecerint, silet Cantacuzenus. **DUCANG.**

Pag. 786, 13. Ἐς τὴν Στεφάνου τοῦ θεοῦ πρωτομάργτυρος μονὴν] De variis S. Stephani aedibus Constantinopoli egimus in Constantinop. Christ. lib. IV. sect. VI. n. 89. et seqq. **DUCANG.**

Pag. 787, 16. Τὸ γὰρ θαῦμα τῆς οἰκουμένης] Similia narrat Cantacuz. lib. IV. cap. 4. et ut deinceps tum ab Anna imperatrice, tum ab ipsomet Cantacuzeno, ac denique ab Ioanne Palaeologo solo imperante, rursus aedes Sophiana instaurata sit. **DUCANG.**

Pag. 787, 22. Τοῦ γὰρ δημοσίου βήματος] Condidit nempe μεγάλη στοὰ μετὰ τοῦ βήματος, inquit Cantacuzenus. **DUCANG.**

Pag. 787, 23. Ἐφ' οὗ τοὺς βασιλικούς ἔδει τεθῆναι θρόνους] Erant igitur ea tempestate throni imperatorii in ipso Bematē, seu intra cancellos. Vide Constantinopolim Christ. lib. III. sect. 49. **DUCANG.**

Pag. 788, 2. Τοῦ θεραπευτικοῦ τάγματος] Diaconos intelligit, quibus in Bematē locus dabatur, dum sacra peragebatur liturgia. Alioquin extra Bema consistebant. Vide eandem Constantinopolim Christ. lib. III. sect. 82. **DUCANG.** Τοῦ θεραπευτικοῦ τάγματος] Verti, *Aulicorum ordini*. At melius Ducangius, cuius notas sero consului. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 788, 6. Καὶ ἦσαν οἱ τοὺς βασιλικούς] Cantacuzen. lib. IV. cap. 4. **DUCANG.**

Pag. 788, 10. Τῆς πρώτης καὶ εἰκοστῆς τοῦ Μαΐου] Hic dies, quem Gregoras Maii vigesimum primum numerat, a Cantacuzeno numeratur decimus tertius eiusdem mensis. Utri chronologo potior hac in re fides habenda est? Cantacuzeno certe; assignanti videlicet eum diem, quo ipse sit coronatus. Gregoras, eo quod Cantacuzenus bis esset coronatus, semel quidem Orestiaide seu Adrianopoli, an. Chr. MCCCXLVI. mensis Maii die XXI. iterum autem Byzantii, an. Chr. MCCCXLVII. eodem mense, et non eodem die, primae et secundae στεφνηφορίας dies facile potuit confundere, non item Cantacuzenus. **ΒΟΙΒΙΝ.**

Pag. 788, 13. *Τὴν συνήθη πεποιηκότες ἐμφάνειαν*] Seu παράστασις, de qua supra quaedam attigimus. DUCANG.

Pag. 791, 16. *Ἐβδόμη γὰρ μετὰ τὴν ἀναγόρευσιν*] XII. Kal. Iun. Cantacuzen. lib. IV. cap. 4. proinde anno integro ac completo, ex quo Adrianopoli a patriarcha Hierosolymitano coronatus fuerat, eodem die festo, ut idem narrat lib. III. cap. 11. DUCANG. *Ἐβδόμη γὰρ μετὰ τὴν ἀναγόρ.*] Immo ὀδόγη, quo die Constantini Magni et Helenae eius coniugis memoria celebratur, inquit Cantacuz. Histor. lib. IV. cap. IV. pag. 718. Itaque is dies fuit Maii vigesimus primus; non autem, ut Gregoras putavit, vigesimus octavus. BOIVIN.

Pag. 791, 20. *Τοῦ μὲν ἑξκαιδεκάτους ὄντος*] Vide quae annotavimus supra ad pag. 357. A. BOIVIN.

Pag. 793, 13. *Καὶ τοῦτον ἐπίσκοπον χειροτονεῖ Θεσσαλονικέων*] Cantacuz. lib. IV. cap. 15. DUCANG.

Pag. 793, 19. *Οἱ πραγματεῖαν εἰς μῆκος ἰδίαν πεποίηται* etc.] Fortasse Ephesi archiepiscopum his verbis indicat; de quo Cyparissiotēs, Palamicarum Transgressionum lib. I. serm. IV. cap. 10. in fine. BOIVIN.

Pag. 795, 1. *Πλὴν τῆς παραλίου Μηδείας*] Ita Cantacuzen. lib. IV. cap. 10. *Μήδειαν τὴν κατὰ Πόντον παράλιον πόλιν* vocat; cuius quidem nescio an alii meminerint, nisi illa sit de qua agit Tzetzes Chil. IV. sect. 72. ubi observat cum *εἰ* scribi, cum *Μηδία* appelletur, Medorum regio, per *ε*.

*Μηδείας τῆς Αλήτου μὲν ἦτα σὺν διφθόγγῳ.*

Illius porro situm mox describit Gregoras: *ἢ γε μὲν Θρακικῆ Μηδεία, ἢ δυτικωτέραν τε ἔχει Βυζαντίου τὴν θέσιν, καὶ πρὸς τῷ ἄκρῳ τοῦ Εὐξείνου κειμένη Πόντου σταδίου ἐντεῦθεν ἀπέχει μικρὸν τι τετρακοσίων ἐπέκεινα.* DUCANG.

Pag. 795, 5. *Βέρβοια μὲν*] Cantacuzenus lib. IV. cap. 4. ut Manuele filio expulso Berrhoeenses Crali urbem tradiderint narrat. DUCANG.

Pag. 795, 9. *Θεσσαλονίκη δ' οὐκ ἤρρασκεν*] Cantacuzen. lib. IV. cap. 15. extr. DUCANG.

Pag. 796, 1. *Καὶ Ζηλωτῶν*] De quibus hic et alibi non semel idem Cantacuzenus. DUCANG.

Pag. 797, 2. *Σεβαστοκράτορες δ' ἐπὶ τούτοις*] Cantacuzen. lib. IV. cap. 5. DUCANG.

Pag. 797, 4. *Καὶ τοῖς τῷ τοιούτῳ προσήκουσιν ἀξιώματι παρασήμοις*] Codin. de Offic. Aulae Constantinop. cap. III. n. 16. descriptis eiusmodi insignibus Sebastocratoricae dignitatis, haec subdit: *ὁ δὲ βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνός, τοὺς γυναικαδέλφους αὐτοῦ Ἰωάννην καὶ Μανουὴλ τοὺς Ἀσανίους τιμήσας Σεβαστοκράτορας, δέδωκεν αὐτοῖς φορεῖν ταμπάρια καὶ κάλτζας, οἷα καὶ οἱ Ασπῶται.* Quid vero sit ταμπάριον, diximus in Gloss. med. Lat. in *Tabardum*, et in Gloss. med. Graecit. DUCANG.

Pag. 797, 8. Ὁ Παλαιολόγος Ἀνδρόνικος] Cantacuzen. lib. III. cap. 71. Gregoras lib. III. cap. 10. DUCANG.

Pag. 797, 10. Ἀνωτέρω] Lib. XIV. cap. V. sect. 6. BOIVIN.

Pag. 797, 13. Τῶν Ἀδῆλων λέγω μονήν] Vide notata ad lib. XII. pag. 389. E. DUCANG. Ducangius putabat Gregoram hoc loco Ἀδῆλων μονήν vocare illud monasterium, quod alibi Ἀυδῆρων μονήν vocavisset. At non verisimile est. Nam alibi quidem de monasterio Auderorum seu Abderorum, tanquam de utriusque Asanis carcere, locutus est: hic autem Adelorum monasterii meminit, ut eius loci in quo alter Asanes praedia habuerit, sibi iampridem assignata a Cantacuzeno. Vide annotata ad pag. 389. E. BOIVIN.

Pag. 797, 17. Νόσημα τοῖς ἀνθρώποις] Pestilentiam pariter hanc insignem, quae tum grassata est, eleganter describit Cantacuz. lib. IV. cap. 8. DUCANG.

Pag. 798, 17. Καὶ ὁ Ἀνδρόνικος] Cantacuzen. loco laudato. DUCANG.

Pag. 798, 18. Τῶν μέντοι πραγμάτων] Hanc Matthaeo filio propositam defectionem attigit Cantacuzenus lib. IV. cap. 7. 8. ubi de Ioanne Asane silet. DUCANG.

Pag. 804, 6. Παρ' οὐδέσιν Ἑλλανοδίκαις] Ἑλλανοδίκτης est proprie iudex iustus, incorruptus, et (ut Pindarus Olymp. Ode III. loquitur) ἀτρεκής. Vertendum erat, apud ullum iustum iudicem, non apud ullum Graeciae iudicem. BOIVIN.

Pag. 805, 2. Ἐδόκει βέλτιον Εὐρήνην] Cantacuzen. lib. IV. cap. 8. DUCANG.

Pag. 805, 23. Ἐγὼ (φησὶν) ὦ παῖ, τὴν παροιμίαν, τὴν αἰετὶ Λιβύῃ etc.] Est hoc initium epistolae ad Chrysoloram scriptae. Unde suspicor longam hanc orationem non ab Irene Augusta, sed a Gregora fuisse lucubratam. Vide Indicam epistolarum Gregorae. BOIVIN.

Pag. 813, 10. Τὸν πατριάρχην ἐκβεβληκῶς] Cantacuzenus lib. IV. cap. 3. Didymoticho, ubi morbum cum aliqua mentis alienatione contraxerat, in Urbem adduci praecipisse scribit, quo a medicis curaretur, ex eoque postmodum decessisse. Ita dissident invicem Cantacuzenus et Gregoras, uterque pro libito, seu potius . . . DUCANG.

Pag. 813, 15. Πατριαρχεύσας περὶ ποντὰ τεσσαρακαίδεκα] Vide annotata ad pag. 306. A. BOIVIN.

Pag. 814, 13. Τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀποτεμώμενος μέρος] Τῶν κατὰ Χαλκιδικὴν πόλεων praefecturam datam Matthaeo filio indicat Cantacuzenus lib. IV. cap. 10. DUCANG.

Pag. 818, 11. Πρὸς δ' αὖ τὰς ἐνόρκους ἐπαγγελίας] Atqui eum noluisse illis flagitantibus quicquam promittere, legimus supra lib. XIV. cap. V. sect. 4. et 5. BOIVIN.

Pag. 830, 15. Μετὰ πλειόνων ἢ τὸ πρότερον αὐθις τῶν ἐκισκόπων etc.] Itaque adversus Palamam Synodus coacta est a Ioanne

patriarcha. Atque illud est Concilium, de quo Gregoras (Historiae lib. XIX. cap. I. n. 18.) veterem ait famam percubuisse, tanquam haeresim omnium maximam correcturo, coactisque ex omni paene orbe patriarchis et episcopis octavi et ultimi Concilii nomen habituro. Tamen Ioannes Cyparissiotas Palamicarum Transgressionum lib. I. serm. IV. cap. 4. duos tantum et viginti pontifices adversus Palamam coivisse testatur. De tempore, quo ea Synodus habita sit, non plane constat. Ego habitam puto circiter an. Christi MCCCXLV. Certe eam ante illud tempus coactam haud fuisse colligitur ex ipsius Palamae verbis, quae exstant Cod. Reg. 2409. fol. 299. ubi ait se περικεκλεισμένον ἐπὶ δυσὶν ὄλοις ἐνιαυτοῖς ἤδη tum haec addit, πόσοι δὲ ποσάκις πρὸς αὐτὸν (Ioannem scilicet patriarcham) εἰπόν τε καὶ γεγράφασι, εἰ μὴ τὰς μεγίστας ἐκείνας συνόδους στέργεις, γενέσθω πάλιν ἑτέρα, μόνον ἐκ τῶν ἰκανῶν τὰ τοιαῦτα συνοροῦν. ὁ δὲ καὶ ἐκείνας φησὶ στέργειν, καὶ τὸν ἐπ' ἐκείναις γεγραμμένον τόμον ἀθετεῖν μὴ δύνασθαι· καὶ δι' ἔργων καὶ λόγων ἀκυροῖ τὰ παρ' ἐκείνων ἐγγράφως πεκυρωμένα, καὶ πρὸ τῶν συνόδων ἐκείνων ἐν τῷ ἀγιορειτικῷ τόμῳ διειλημμένα μηδὲν ἤττον· καὶ πρὸ τούτου πάλιν, ἐν αὐτοῖς τοῖς θεοπαράδοτοις λόγοις, κἀν τοῖς ἱεροῖς τῶν θεοφόρων πατέρων συγγράμμασι. τούτων οὖν ἀπάντων οὐκ οἶδ' ὅπως οὗτος ἀλόγησας ἀρετίως, εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὐθις εἰσήγαγεν, ἢ ταῖς προϋπηρηγμέναις ἀπηγόρευται συνόδοις, ἵνα μὴ μόνον ἡ πολιτεία φεῦ, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ, στασιάζῃ τε καὶ ταράττηται etc. Ex his, inquam, verbis colligitur, illam quam dicimus Synodum non coactam fuisse ante annum Christi MCCCXLV. quo anno Palamas haec ipsa scribebat. Etenim epistolam, in qua haec leguntur, anno Christi MCCCXLV. datam fuisse perspicuum est ex eo, quod Palamas ibidem dicat, *sese duobus iam annis carcere inclusum teneri*, qui anno Christi MCCCXLIII. Maio mense in custodiam datus fuerat, ut supra ostendimus ad pag. 482. B. Itaque per annos decem habita sunt de iisdem rebus Concilia saltem quatuor. Primum an. Chr. MCCCXLI. Iunii die XV. adversus Barlaamum. Secundum circa an. MCCCXLV. adversus Palamam. Tertium an. MCCCXLVII. adversus Ioannem Calecam patriarcham. Quartum denique an. MCCCCLI. Maio mense, adversus Gregoram et alios Acindynianos. (Ioan. Cyparissiotas meminit *τελευταίας συνόδου*, quam ait coactam fuisse ab Ephesi metropolitae, Palam. Transgress. lib. I. serm. IV. cap. 16. in fine.) Tomi vero promulgati sunt multo plures: nempe Tomus Hagioriticus, de quo Palamas, Cod. Reg. 2409. fol. 267. Tomus Synodicus in Barlaamum et in Acindynum, editus mense Augusto anni MCCCXLI. de quo Lambecius Biblioth. Caesar. lib. IV. pag. 30. Tomus Ignatii patriarchae Antiocheni contra Isidorum, editus an. MCCCXLIV. Novembri mense; laudatus ab Allatio in Dissert. de libris Eccles. Graec. pag. 188. Tomi contra Palamam varii, variis temporibus a Ioanne patriarcha editi; id quod ipse Palamas testa-

tur his verbis: ὡςπερ εἰς ἑστί Χριστός ἀληθινός ὁ ἐπὶ πάντων θεός, Ἀντίχριστοι δὲ πολλοὶ γέγονασιν, . . . οὕτω καὶ συνοδικὸς τόμος κατ' εὐσέβειαν ἐφ' ἡμῶν τῆς ἀληθείας συνήγορος, εἰς ἀντίστοιχοι δὲ καὶ νῦν γέγονασιν πολλοί. . . τρίτος οὖν ἐστὶν οὗτος τῶν παρὰ τοῦ τῆς Βασιλευμένης συναίνεσιν Ἀπιδύναμην προελομένου νῦν ἐξηγηγημένων, καὶ παρ' ἡμῶν ἐξεληλεγμένων. Cod. Reg. 2409. fol. 287. His addatur Tomus contra Ioannem patriarcham editus mense Februario anni MCCCXLVII. de quo Lambecius Bibl. Caesar. lib. VI. pag. 28. Item Tomus et Anathematismi in Palamam editi mense Iulio eiusdem anni, quorum meminit L. Allatius Graec. Orthod. Tom. II. pag. 795. et de Eccl. Occident. et Orient. perp. cons. pag. 803. Denique Tomus contra Gregoram et eiusdem sectae propugnatores, editus mense Augusto anni MCCCLI. qui quidem Tomus exstat in Auctario novissimo Bibliothecae Graecorum Patrum, Parte altera pag. 185. **βοϊνικ.**

Pag. 831, 3. Ὁ ἀπόστολος] Ad Galat. cap. II. v. 18. **βοϊνικ.**

Pag. 835, 3. Ἐπὶ πόδα τε ἀνεχώρουσιν αἰσχρῶς] Hanc Latinorum ad Smyrnam cladem describit Ioannes Villaneus lib. XII. cap. 38. **DUCANG.** Non hanc, sed eam, quae triennio praecesserat. **βοϊνικ.**

Pag. 835, 5. Πληγέντος Ἀμοῦρ] De caeso Amurio silet Villaneus. **DUCANG.** Ioannes scilicet: nec mirum. Nam haec gesta sunt A. C. 1348. in cuius initio desinit Ioann. Villanei Historia. **βοϊνικ.**

Pag. 835, 14. Κατὰ τῶν νεφρῶν] Cantacuz. lib. IV. cap. 10. **DUCANG.**

Pag. 835, 19. Ἡ τῶν ἐν τοῖς Γαλάτου Λατίνων ἐπανάστασις] De qua copiose Cantacuz. lib. IV. cap. 11. 12. **DUCANG.**

Pag. 835, 24. Περσικὴ δύναμις] Rem narrat Cantacuzenus lib. IV. cap. 10. extr. **DUCANG.**

Pag. 838, 4. Ἐπὶ τῶν ἐλαφρῶν ἐκείνων τουρῶν] Dixit supra, τοὺς ἐλαφροτάτους τοξότας in extremo agmine collocatos. Hinc suspicor legendum esse hoc loco τοξοτῶν. Quodsi quis malit legere Τούρκων, haud intercedam. **βοϊνικ.**

Pag. 839, 16. Ὡς μὴδὲ πυρφόρον etc.] Qui ignem ante aciem praeferebant, ii πυρφόροι ἱερέες dicebantur. Vide Scholiam ad illos versus Phoenissarum Euripid.

Ἐπεὶ δ' ἀφείδη πυρρός, ὡς Τυρσηνικῆς  
Σάλπιγγος ἤχη, σῆμα φοινίου μάχης.

Adde Lucianum, Tzetsem, Zenobium, etc. **βοϊνικ.**

Pag. 841, 2. Τοῖς ἐν Γαλάτου Λατίνοις] Cantacuz. lib. IV. cap. 11. **DUCANG.**

Pag. 842, 6. Οἰκίας τε διωρόφους] Pace cum Cantacuzeno composita obtinuerunt Genuenses Galatini, ut quod supra oppida-

ham erat regionis ad habitandum sibi concederetur. Cantacuz. DUCANG.

Pag. 844, 15. *Θαλαττοκρατεῖν βουλευθεῖσι*] Cantacuzen. *ἔνε-  
νόουν γὰρ οὐδὲν μικρὸν, ἀλλὰ θαλαττοκρατεῖν ἰβούλοντο.* DUCANG.

Pag. 844, 20. *Πρὸς Ἱερὸν*] De quo egimus ad Alexiadem  
pag. 361. Notarum. DUCANG. *Πρὸς Ἱερὸν*] De quo supra ad pag.  
255. C. *βοινικ.*

Pag. 847, 14. *Πρὸς τὰς τοῦ ποταμοῦ ἐκβολὰς*] *Barbissae*,  
qui in sinum Ceratinum effluit. DUCANG.

Pag. 854, 7. *Καὶ ἡθροίζετο ναπηγηῶν*] Ut naves constru-  
ctae sint a Graecis, narrat etiam Cantacuzenus pag. 144. DUCANG.

Pag. 854, 8. *Περὶ τὸν τοῦ Βυζαντίου ἱππόδρομον νεώριον*] *Quod Ἐπασκάλον* videtur vocare Cantacuzenus. Unde colligere  
licet, navale Hippodromi et Heptascalum illud, (unum) idemque  
esse. Nam in Heptasculo constructas naves scribit, quas in Neorio  
Hippodromi Gregoras. Vide Constantinop. Christ. lib. I. sect. 17.  
DUCANG.

Pag. 854, 18. *Πρὸς κατασκευὴν*] Vide Cantacuzen. Histor.  
lib. IV. cap. 5. et 6. *βοινικ.*

Pag. 868, 5. *Παρὰ τὰς τοῦ ποταμοῦ δηλαδὴ ἐκβολὰς*] *Bar-  
bysae*, seu *Barbyssi*, vulgo *Chartarici*, de quo Gyllius lib. II. cap.  
3. de Bosporo Thrac. *βοινικ.*

*Ibidem.* *Ἐνθα καὶ τὸ τοῦ θαλαττίου κέρως ἀναπαύεται ἄκρον*] *De marino illo Cornu, seu Ceratino sinu, multa Gyllius lib. I. cap.  
5. de Bosporo Thracio. βοινικ.*

Pag. 859, 2. *Καὶ τὴν ὀθόνην καθέλκειν*] *Quod vulgo dici-  
mus, baisser le pavillon.* Idem Gregoras lib. V. prioris Historiae,  
cap. IV. *οὐπω διεπέτασε τὰς ὀθόνας, ἀλλ' ἔμεινεν ἡρεμοῦσα*, ubi  
interpres, *velis nondum expansis: mox τότε καὶ αὐτὴ διαπετάσασθε*  
*τὰς ὀθόνας, λαμβάνει τὴν πολεμίαν.* DUCANG.

Pag. 859, 8. *Καὶ τοὺς ἔνδον ἅπαντας ἐμπικρῶσι*] Cantacu-  
zenus rem aliter narrat lib. IV. cap. XI. pag. 744. et 745. *βοινικ.*

Pag. 860, 12. *Μετὰ πολλῶν καὶ μεγάλων θυρεῶν*] *Nostri*  
*Pavesade* vocant. DUCANG.

Pag. 860, 17. *Δημητρίου τοῦ μάρτυρος ἴδονται τὸ Ἱερὸν*] *De qua S. Demetrii aede et illius situ copiose egimus in Constanti-  
nop. Christ. lib. IV. sect. VI. n. 38. DUCANG.*

Pag. 860, 23. *Κάτω τὴν ψάμμον*] *Saburiam...* DUCANG.

Pag. 861, 14. *Ἡμιπέθρον μείον*] *Cod. MS. ad marginem,*  
*σημῶσαι ὅτι τὸ κλέθρον ἐστὶ πηχέων ῥηγ'.* DUCANG.

Pag. 862, 2. *Οἱ δ' ὀπότρομοι γινόμενοι*] *Hanc Graecanica-  
rum navium cladem multis etiam narrat Cantacuzenus d. cap. XI.*  
*extr. DUCANG.*

Pag. 862, 12. *Ἐστιάτορας αὐτοὺς τοῖς ἐαυτῶν δαιτυμόσιν etc.]*  
*Interpretatus sum, piscibus convivatoribus suis epulum ipsi daturi;*

id quod Gregoras ipse, ni fallor, sensit. Homeri Scholiastes, ad hunc Odysseae δ. 621. versum,

*Δαιτυμόνες δ' ἐς δώματ' Ἴσαν θελου βασιλῆος,*

*δαιτυμόνος* interpretatur *ἐστιάτορας*: et vim utrumque significandi, *conviviam* nempe et *convivatorem*, ei vocabulo competere docent Lexicographi. Tamen apud Gregorium Nazianzen. Orat. XXXVIII. *ἐστιάτωρ* et *δαιτυμῶν* opponuntur: immo et apud Gregoram ipsum Hist. lib. XXIII. pag. 582. lin. ult. *βοϊνιν*.

Pag. 869, 1. *Ἄλλο μὲν ἴσως ἂν τινοσ ἦν* etc.] Gregoras initio huius libri ea repetit, quae in fine superioris iam dixit. Itaque aut prima haec, aut illa ultima recidenda sunt. *βοϊνιν*.

Pag. 870, 16. *Ἦν γὰρ τοῖς οἰκειοῖς ὀνειροῖς προσέχων ὁ ἄνθρωπος*] Vide annotata ad pag. 650. E. infra. *βοϊνιν*.

Pag. 871, 7. *Τῆς παρούσης μετέστη ζωῆς*] Isidorus patriarchatum inivit anno Chr. MCCCXLVII. Sedit annos duos, menses septem et dies quindecim; ut constat ex Codice MS. quo usus est Phil. Labbeus. Vide Apparatum Histor. Byzant. pag. 37. Ergo patriarcha esse desiit an. Chr. MCCCXLIX. exeunte. *βοϊνιν*.

Pag. 871, 12. *Ἀπὸ σιαπάνης ὁμοῦ κ. τ. λ.*] Sic supra lib. III. cap. 3. sect. 6. *βοϊνιν*.

Pag. 873, 14. *Τῶν ἐπισκόπων τῆς τέως σωζομένης ἐπαρχίας*] Sic infra cap. III. sect. 3. *κάκειδῃ Θράκης ἐπέκεινα πλείων οὐκ ἦν ἐπαρχία Ῥωμαίοις, μόνους τοὺς Θρακικοὺς εὐθὺς μεταπέμπεται ἐπισκόπους*. Vide et lib. XXI. cap. ult. ubi de imperii finibus illo tempore valde angustis. *βοϊνιν*.

*Ibidem*. *Τῆς τέως σωζομένης κ. τ. λ.*] Sic infra cap. III. sect. 3. *βοϊνιν*.

Pag. 876, 7. *Ἀνωτέρω*] Lib. XIV. cap. 7. *βοϊνιν*.

Pag. 876; 23. *Τοῦ ἔτους*] Mense Septembri, anno mundi 6859. *ινεunte*. *βοϊνιν*.

Pag. 877, 2. *Ἐς Βυζάντιον κ. τ. λ.*] Bizar. de bello Veneto lib. II. *βοϊνιν*.

Pag. 877, 12. *Ἐτι τε Χερσῶνος*] Eius nominis urbs in Chersoneso Taurica a Geographis ponitur, eaque episcopalis sedes fuit. Vide annotata ad pag. 309. E. *βοϊνιν*.

Pag. 877, 15. *Μελέτην ἔχοντες ὄσον οὐδέπω καὶ τριήρεσι συγκαῖς τὸν ἀγέλα τοῦ Πόντου συγκλ. καὶ τὸ τοῦ Σαρ.*] Interpretatus sum, *et iam fere meditabantur plurimis triremibus Ponti fauces obsidere, atque in Sarapidis fano tyrannicum violentumque portorium imponere iis, qui etc.* Videat lector an malit, *et iam fere meditabantur, magno triremium numero obsessis Ponti faucibus et Serapidis fano, tyrannicum violentumque portorium imponere iis, qui etc.* De Serapidis fano vide Gyllium lib. I. cap. 2. de Bospero Thracio. *βοϊνιν*.

Pag. 880, 20. *Ἐλληφόσι*] Pro *ελληφότες*. *βοϊνιν*.



*Pag.* 881, 1. Ἐπεὶ δ' ἡ παρασκευὴ τῶν ὀπλῶν etc.] Hoc loco Gregoras innuit se ad Synodi Palamiticae historiam scribendam accessisse circiter illud tempus, quo triremes Venetae quatuordecim in Byzantinos portus delatae sunt; nempe anno Christi MCCCLI. vere ineunte. Aliunde tamen constat hunc librum, et novem deinceps continuos, ab eo scriptos fuisse an. Chr. MCCCLII. mensibus Iulio et Augusto, ut in Vita eius observavimus. **ΒΟΙΝΙΝ.**

*Pag.* 882, 4. Ἐξημεθεῖν γὰρ ἰσως etc.] Tota constructio perplexa et saebrosa est. ἄφθογγον γλώττης πάροδον χαρίζεσθαι dithyrambum sapit. **ΒΟΙΝΙΝ.**

*Pag.* 883, 4. Πᾶς γὰρ] Ioan. cap. III. v. 20. **ΒΟΙΝΙΝ.**

*Pag.* 883, 15. Ὡδίνουσιν ὄρος, κατὰ τὴν παροιμίαν, τκεῖν ἔξεγίνετο μὴν] Apud Gregorium Cyprium sic proverbium effertur, ὦδινεν ὄρος, εἶτα μὴν ἀπέτεκεν: quod est ambiguum. Gregoras ambiguo casu deceptus, ex Nominativo Accusativum fecit, et ὦδινεν ὄρος interpretatus est montem parturiebat, pro mons parturiebat. Apud Phaedrum nulla ἀμφιβολία,

• Mons parturibat, gemitus immanes ciens etc.

apud Horatium nonnulla, Parturient montes etc. Montes casus est ambiguus. **ΒΟΙΝΙΝ.**

*Pag.* 883, 19. Οὐ πλείους ἀριθμῶ τῶν δύο καὶ εἴκοσιν ὄντας] Subscripserunt tamen metropolitae viginti septem; propria quidem manu, viginti quinque; duae autem διὰ γνομῶν, seu per vicarios. Item episcopi septem. Vide Pseudosynodum Palamiticam, editam a Combefisio in Auctario noviss. Biblioth. Patrum Graec. **ΒΟΙΝΙΝ.**

*Pag.* 883, 22. Ὡν οἱ μὲν τῶν ἐξ ἀρότρου καὶ σκαπάνης etc.] Philotheus patriarcha Antirrheth. I. (Cod. Reg. 1996. fol. 11. v.) pro episcopis, quos Gregoras ut agrestes et imperitos notaverat, sic respondet: Ἀλλὰ καὶ τὴν ιδιωτείαν καὶ τὴν ἀγροικίαν ἐγκαλεῖς τῷ χορῷ τῶν τῆς ἐκκλησίας ποιμένων καὶ διδασκάλων τουτῶν, καὶ μηδαμῶς δεῖναι τῷ καταλόγῳ φῆς ἵνα μηδένα τὸν εἰδῶτα γράφειν τε καὶ λογογραφεῖν σὺν ἐπιστημῇ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῶν τόμον τὸν ἱερὸν ἀμαθῶς, ὡς ἂν αὐτὸς φάη, καὶ μὴ κατὰ νόμους τῆς ὑπὸ σοῦ προσκυνουμένης ῥητορικῆς συντεταχθῆι· μᾶλλον δ' οὐ κατὰ τὰς σὰς δόξας, καὶ τὰς καινὰς καὶ προσφάτους θεολογίας, ἢ γλασσαλγίας, καὶ τὸ τῆς γνώμης αὐθέκαστον. ἐγὼ δ' εἰ μὲν πολὺν τινα λόγον ἤδειν τουτουσι τοὺς μακαρίους ποιουμένους τοῦ πράγματος, καὶ προῦργου τιθεμένους ταυτὶ, πολλοὺς ἂν σοι καὶ ταυτηνὶ τὴν σοφίαν σοφοῦς καὶ ῥήτορας καὶ λογογράφους τῶν προϋχόντων ἱερέων τούτων ὑπέδειξα, καὶ οὐ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτοῖς ἐπομένων, Δουκῆς τινος ἄλλου, καὶ Τιμοθέους, καὶ Ἀπολλῶς, εἰ δὲ βούλει, Διονυσίου καὶ Κλήμεντος, ὅσον τὰ ἐς λόγους φημι, καὶ τὴν ὑπὸ σοῦ θαυμαζομένην

σοφίαν, ὑπὲρ τοὺς σοὺς δηλαδὴ μυσταγωγούς; Δημοσθένην τε καὶ Ἀριστοτέλην, καὶ τὸν παρ' ὑμῖν θρυλλούμενον Πλάτωνα· ἐπειδὴ τοιούτους αὐτοὺς παρατρέχεις δι' ἑκουσίον ἄγνοιαν· καὶ ἡμαθεῖς ἂν, ὡς οὐκ ἀπὸ σκαπάνης καὶ λατομίας, οὐδ' ἀπὸ κόπης ἐπὶ βῆμα, κατὰ τὰς σὰς λογογραφίας ἢ λοιδορίας, ἀλλ' ἀπὸ σοφίας ἐπὶ σοφίαν ἦλθον, τῆς καταργουμένης, τὴν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πνεύματος ἐνεργουμένην, τὴν πρώτην, τὴν ἀνωθεν, τὴν ἀγνήν, τὴν εἰρηνικὴν, τὴν μεστὴν ἐλέους καὶ καρπῶν ἀγαθῶν κατὰ τοὺς ἑμοὺς Θεολόγους, καὶ ἀπὸ τῶν θύραθεν μουσείων τε καὶ τοῦ βήματος, ἐπὶ τὴν ἱερὰν ταύτην σχολὴν, καὶ τὸ θεῖον βῆμα, καὶ τὰ ἄδυστα, καὶ τὸ μέγα καὶ ὑπερουράνιον ὄντως θεοσιαστήριον. νῦν δ' ὀλίγος αὐτοῖς τῶν λόγων τῆς ἔξω σοφίας ὁ λόγος. Ἰσασι καὶ γὰρ ὄντες ἀλίεων τε καὶ ἀγροίκων μαθηταί, ἐκείνων φημι τῶν ὑπὸ Χριστοῦ τῆς αὐτοσοφίας πρώτων κληθέντων εἰς ἀποστόλους etc. **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 885, 10. *Αἱ τεττάρων ἤδη ἐτῶν ἐπαγγελίαι*] *Nempe Cantacuzenus, statim fere atque imperii sede potitus est, promissit se coacturum esse eiusmodi Synodum.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 889, 23. *Τῶν πάλαι σοφῶν*] *Ecclesiastes cap. XII. v. 11.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 890, 9. *᾽Ὀδίνησεν ἀδικίαν*] *Psalm. VII. v. 15.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 891, 23. *᾽Ορῶ κατὰ πλήθος λόντας ἡμῖν ἄνδρας λογάδας*] *De quibus longe aliter patriarcha Philotheus Antirrheth. I. Cod. Reg. 1996. fol. 14.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 896, 21. *Τῶν Ναζιραίων*] *Homīnum scilicet, qui austeriorem vitae disciplinam professi sunt.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 897, 2. *Ἀναίμονες καὶ αὐτοὶ κ. τ. λ.*] *Homer. Iliad. V. 342.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 901, 13. *Καὶ οὖς ἐν τοῖς ἀντιόρητικοῖς τε καὶ στηλιτευτικοῖς*] *Prioribus scilicet, non posterioribus. Vide Indicem operum Gregorae Dogmaticorum.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 901, 17. *᾽Οδόντες χρόνον παρατρέγουσι etc.*] *Gregoras, quo tempore haec scribebat, nondum expleverat annum aetatis LVII. Siquidem haec scripsit anno Chr. MCCCCLII. aetate fere media, ut supra annotavimus. Constat autem natum esse an. MCCXCV.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 902, 6. *Κούρητις τ' ἐπίκουροι etc.*] *Apud Homerum legitur,*

*Κούρητις τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι.*

Item apud Gregorium Nazianzenum, *Carm. περὶ εὐτελείας ἀνθρώπινου βίου.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 902, 23. *Εἰ παρ' ὄλην μικροῦ τὴν ἱστορίαν etc.*] *Hinc lector aestimet, quanta habenda sit Gregorae fides in iis, quae de Cantacuzeno per omnem Historiam memoravit.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 903, 6. *Νῦν δ' ἀνακαλυπτήρια . . . . . θύειν*] *Id est, arcana revelare. Vide annotata ad pag. 416. D.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

Pag. 905, 3. *Λεῖν*] *Pro δεῖ.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

*Pag. 905, 9. Ἀρχάμενος δ' ἄνωθεν διεξήει, πῶς διαβόλησ etc.]* Hanc Cantacuzeni orationem confer cum prooemio Tomi Palamitici, a Combefisio editi. **ΒΟΙΥΙΝ.**

*Pag. 905, 23. Ἐτέρων]* Philosophica scilicet, non dogmatica. **ΒΟΙΥΙΝ.**

*Pag. 906, 1. Ἐσθίνους]* Gregorae ipsi. Qua de re supra lib. II. cap. 10. **ΒΟΙΥΙΝ.**

*Pag. 910, 19. Ὅσοι ἂν ἐν Καρὸς εἶναι κωλύσῃ μοῖρα]* De hominibus contemptissimis dici solet. Ita Achilles de Agamemnone apud Homerum,

*Ἐχθρὰ δέ μοι τοῦ δῶρα· τίω δέ μιν ἐν Καρὸς αἴσῃ.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

*Pag. 911, 13. Φάσκει Γρηγόριος]* Gregor. Nazianz. Orat. I. **ΒΟΙΥΙΝ.**

*Pag. 915, 4. Τὴν Δισβίαν οἰκοδομήν, ἣ τοῖς λίθοις etc.]* Sic D. Basilius ad nepotes cap. VI. *κατὰ τὴν Δωρικὴν παροιμίαν, τὸν λίθον ποιεῖ τὴν σπάρτον ἄγοντας.* Item Plutarchus, *πρὸς στάθμῃ πέτρον τίθεσθαι, μῆτι πρὸς πέτρῳ στάθμῃν.* Sensus est, *oportere se regulis, non regulas sibi submittere.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

*Pag. 915, 18. Ἐγὼ, φησὶ, ἀπ' ἑμαντοῦ λαλεῶ οὐδὲν, ἀλλ' ὅσα etc.]* Non ea ipsa sunt verba, quae leguntur apud Ioannem cap. XIV. v. 10. Gregoras non hoc loco solum, sed et alibi passim, memoriae nimis fidit. **ΒΟΙΥΙΝ.**

*Pag. 916, 14. Εἰ τις ὑμῖν εὐαγγελίζεται etc.]* Et haec quoque Gregoras, fallaci memoriae confisus. Nam apud Paulum ad Galat. cap. I. versu octavo legitur: *Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς, ἣ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζεται ὑμῖν, παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἴστω.* Versu autem nono, *εἰ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται, παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἴστω.* **ΒΟΙΥΙΝ.**

*Pag. 918, 14. Γρηγορίῳ]* In Encomio S. Athanasii. **ΒΟΙΥΙΝ.**

*Pag. 919, 2. Γρηγόριος ὁ Δριμύς]* Pachymeres in Historia Andronici lib. VII. cap. 15. narrat quendam, cognomento *Drimyn*, sacerdotii dignitatem ausum sibi arrogare, eundemque se ab Laecaribus oriundum iactitantem, novas res molitum esse, ac demum coniuratione deprehensa carceris perpetui poenam subiisse. In eum exstat Athanasii patriarchae *Γράμμα σηηλιτευτικόν*, cuius supra meminimus ad pag. 110. B. Fortasse is ipse est, quem Gregoras hoc loco magistrum Palamae facit. Nec obstat, quod qui contra imperatorem coniuravit, is ab Athanasio Ioannes nominetur. Potuit enim cucullo tandem induto nomen mutare, ac pro *Ioanne* dici *Gregorius*. **ΒΟΙΥΙΝ.**

*Pag. 923, 3. Ὁ ταῖς ὑπεροχαῖς εἰμι τῶν τιμῶν etc.]* Fuit Barlaamus Abbas monasterii S. Salvatoris Constantinop. Idem ad papam legatus ivit an. Chr. MCCCXXXIX. Vide Odoricum Raynaldum ad eum annum, num. 19. et seq. Vide et Cantacuzen. Histor. lib. II. cap. XXXIX. **ΒΟΙΥΙΝ.**

*Pag. 925, 12. Σισίνιον τὸν Νοβατιανόν*] Ita Graeci passim; pro *Novatianόν*. De isto Sisinnio Ludovicus Targius, Vir sacrorum Canonum et Historiae Ecclesiasticae peritissimus, consensit mihi respondit: [ „Nec S. Athanasius in iis quae plurima scripsit de magna Synodo, nec quisquam alius scriptor, cuius ad nos monumenta de illa eadem Synodo pervenerint, ullius Sisinnii nomen aut operam memorat adversus Arium in Nicaeno conventu. Unus Socrates Historiae suae lib. I. cap. 10. et post ipsum, atque ex ipso, Herm. Sozomenus cap. XXII. libri itidem primi Eccles. Hist. Acesium ab Constantino imperatore arcessitum narrant, qui calculo suo comprobaret Nicaenam definitionem: quod factum qua fide quo auctore referat Socrates, qui uno fere saeculo post Nicaenam Synodum vixit, aliis aestimandum relinquo. In quam rem fac, ut consulas eruditissimi Henrici Valesii Notam ad memoratum Socratis Historiae locum. Ipsum vero sublestae fidei habet vir in scriptis veterum perspicax. Caeterum idem Socrates lib. V. cap. 10. Sisinnii cuiusdam meminit, qui sacro Lectoris munereungebatur apud Agellium Novatianorum episcopum; cuius in dignitatem aliquanto post subvectus apud eundem Historicum legitur, lib. V. cap. 21. et lib. VI. cap. 1. Huius autem Sisinnii sententiam secutus Agellius, postulanti Nectario Constantinopoleos antistiti salubre dederat consilium adversus Arianorum Macedonianorumque sectas, quibus misere vexabatur Oriens. Verum, ne de isto Sisinnio Gregoras intelligi possit, obstat primae Synodi nomen; nisi forte primam Constantinopoli habitam generalem accipias: quod quidem mihi non fit credibile. Itaque hoc proclive est suspicari, Nicephorum Gregoram, virum immensae eruditionis et lectionis, cum haberet in mente duo haec Novatiensium antistitum nomina, quorum permagni fuerat opera adversus Arianorum dementiam, unum pro alio, ut facile factu fuit, inseruisse: nisi quis malit in librarii culpam reicere mutationem nominis; quam posteriorem coniecturam nescio an satis iuvet duorum istorum vocabulorum Graece scriptorum similitudo. Certe haec nomina *Σισίνιος*, *Ἀλέσιος*, quamquam syllabis iisdem desinunt, tamen reliquarum fere literarum structura sic inter se discrepant, ut non oscitantem scribam difficulter fallere posse videantur. Sed de ista permutatione vix certi quicquam pronuntiare licet absque benigniori Codicum Gregorae manuscriptorum copia, eorundemque diligenti collatione.“] Ipsa sunt verba Viri doctissimi, cui pro amicitiae iure, quae mihi cum eo summa intercedit, nodum hunc expediendum delegavi, dignum scilicet eo vindice; certe difficiliorem, quam ut ipse possem solvere. *ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 929, 21. Γρηγόριος*] In laudem Athanasii. *ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 932, 22. Ἐκεί*] I. e. in contingentibus, in bonis non necessariis. Vide supra lib. VIII. cap. VII. sect. 2. initio. *ΒΟΙΒΙΝ.*

*Ibidem. Εἰ ὁ πάντων ἐκεί προμηθεύς τὰ τοῦ βίου τε*

πρὸ etc.] Locns communis, iam a Gregora tractatus, idque iisdem verbis, Hist. lib. VIII. cap. VII. sect. 2. **BOIVIN.**

Pag. 938, 14. Ὁ θεῖος ἀπόστολος] Paul. ad Corinth. II. cap. XII. v. 8. 9. 10. **BOIVIN.**

Pag. 934, 2. Τὴν μὲν οὖν τῶν εὐσεβῶν πίστιν πάτριον τοῖς ἀναγκαίοις ἀποδιδόναι] Si post πάτριον subauditur ἐστὶ, vertendum erit, ac orthodoxorum quidem fidem in res necessarias referri, solenne est et antiquum. Alioqui πάτριον est epitheton, quod coniunctum cum πίστιν, fidem patriam significat, ita ut interpretati sumus. **BOIVIN.**

Pag. 934, 16. Ἀπόστολος] Paul. ad Corinth. II. cap. XI. v. 8. Ibid. v. 14. et 15. **BOIVIN.**

Pag. 935, 17. Ἀπόστολον λεγ.] Paul. ad Corinth. I. cap. XIII. v. 2. ad Philipp. cap. III. v. 13. **BOIVIN.**

Pag. 937, 3. Ὡς ἂν ἡ συμφωνία διηλεκτῆς] Ita quoque exemplar Vaticanum, in quo omissum aliquid suspicor. Certe haec male cohaerent. **BOIVIN.**

Pag. 939, 8. Νεκρικῶν ἡμῖν διαλόγων] Disputationibus scilicet Barlaami et Acindyni cum Palama. **BOIVIN.**

Pag. 939, 10. Ἐκεῖθεν] Ex quo priores illae disputationes habitae sunt. **BOIVIN.**

Pag. 939, 15. Ὅμως ὑμῖν οὐκ κ. τ. λ.] Gregoras lectores allequitur, non autem eos, qui tum aderant in Concilio: id quod diligenter observandum. **BOIVIN.**

Pag. 939, 18. Βοήθημα γοῦν κ. τ. λ.] Thaborium scilicet lumen. **BOIVIN.**

Pag. 939, 21. Ὀνειδον] Pro ὄνειδος. Barbare. **BOIVIN.**

Pag. 939, 22. Ἄμας κ. τ. λ.] Gregor. Cypr. in Proverb. Heinsius σκάφας interpretatur ligones. **BOIVIN.**

Pag. 940, 6. Ταῦτὸν ἐκείνω κ. τ. λ.] Lumen scilicet increatum, quod sit Palamas videre se. **BOIVIN.**

Pag. 940, 7. Αὐτῷ] Dativ. pro accusat. **BOIVIN.**

Pag. 940, 18. Ὡν ἓνα Θεόδωρον τὸν Γραπτὸν etc.] Exstat inter Codd. MSS. Regios Volumen ingens chartaceum, quo continentur libri pro Imaginibus contra Iconomachos scripti. li libri sunt, *Apologia pro Fide Orthodoxa; Antirrhētici tres contra Mammonam; Eusebii denique et Eriphanidae refutatio.* Ei Codici praefixum est nomen Theodori Grapti tanquam auctoris. In calce legitur: Τὸ παρὸν βιβλίον τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Γραπτῶ, τῷ μακρῷ χρόνῳ ἀφανισθὲν, τῇ περὶ τὰς θείας γραφὰς φιλευσεβεῖ σπουδῇ καὶ φιλοκαλίᾳ τοῦ ἁγίου ἡμῶν αὐθέντου καὶ βασιλέως κυροῦ Ἰωασαφ τοῦ Καντακουζηνοῦ ζητηθὲν, ἐνδὸς μόνου βιβλίου εὐρεθέντος, κάκεινου πάνυ μὲν σαθοῦ διὰ παλαιότητα χρόνου, ἐσφαλμένον δὲ καὶ τῇ τοῦ γεγραφότος ἐκείνο ἰδιωτεῖα, μετεγράφη εἰς ἀφέλειαν τῶν ἐντευχομένων, ἐν ἔτει ζωσῶς. μηνὶ μαρτίῳ. ἰνδικτ. ζ'. Id est, *Praesens hoc opus S. Theodori Grapti, longo tempore obscuratum, tandem religioso in divinas scripturas studio*

ac laudabili curiositate Divi Domini nostri et imperatoris Dom. Iosaphi Cantacuzeni perquisitum, unico exemplari reperto, eoque ob vetustatem admodum corrupto, ac praeterea librarii ipsius ignorantia depravato, in usum eorum qui lecturi sunt transcriptum est, anno mundi VI. MDCCLXXVI. mense Martio, Indict. VI. (Christi MCCCLXVIII.) Vetus exemplar, ex quo Cantacuzenus describi suum curavit, ipsum quoque exstat in Bibliotheca Regia, et hanc inscriptionem praefert: ΤΟΤ ΜΑΚΑΡΙΟΤ ΘΕΟΔΩΡΟΤ ΑΔ ..... Τ ΘΕΟΦΑΝΟΤΕ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΜΩΜΗΤΟΤ ΚΑΙ ΚΑΘΑΡ..... ΠΙΣΤΕΩΣ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΔΟΞΑΖΟΝΤΩΝ ..... ΠΡΟΣΕΚΕΚΤΗΝΚΕΝΑΙ. Ea Codicis pervetusti inscriptione deceptus Cantacuzenus, Theodori Grapti libros eos esse credidit, qui Nicephori patriarchae erant: manavitque ea opinio ad omnes illius saeculi eruditos. Nam et Palamitae, inter quos eminebant Cantacuzenus ipse, Philotheusque patriarcha; et Palamitarum adversarii Gregoras, Cyparissiota (Cod. Reg. 2408. fol. 105. 154. 175. 195. 196. 199. 263. 375.), et alii, Opera ea Theodori Grapti genuina esse uno omnes ore pronuntiarunt. Caeterum Cantacuzenus, et caeteri, si praefixum vetustissimo exemplari titulum propius attentiusque inspexissent, commissam in ea parte fraudem statim animadvertissent; primam scilicet Tituli lineam, in qua Theodori nomen occurreret, manu recentiori exaratam esse. Cui rei argumento est primum ipsa positio illius lineae: est enim altior quam quae illi in eiusdem folii versi tergo respondet; eoque fit ut prima pagina subsequentem caeterasque omnes uno versu excedat, quod apud librarios vitium est, scripturae accuratae legibus contrarium. Deinde versus ille, in quo Theodori nomen legitur, non eodem scriptus est atramento, quo caeteri qui proximi sequuntur. Denique ipsa scripturae lineamenta diversa sunt, ut necum fatebitur quisquis litteras contulerit, praesertim E, Θ, Μ, et Τ, quarum formam aliam esse in primo versu, aliam in secundo et tertio, facile erit cuivis perspicere. Eiusce facinoris auctorem suspicari licet vel Palamam, vel Palamitam aliquem, penes quem fuerit is Codex, antequam ad Cantacuzenum pervenisset: nec enim Cantacuzenum ipsum ausim falsi insimulare. Gregoras Historiae lib. XXI. infra cap. III. (sect. VIII. vide et lib. XXIII. pag. 676. E. et 677. A.) eiusmodi fraudes, immo maiores obiicit Palamitis. *Neque enim in nos solos (inquit) manus ii armant sanguinarias; sed ex ipsis sacris libris recisa multa auferunt, folia chartacea bins et quaterna acutis culttris descant, et ex divinis scripturis ea avellunt, quae validum et expugnatum difficile robur opponentia, ad suum libitum iniquis interpretationibus detorquere non possunt.* Porro intererat Palamitarum, ut libris illis, quibus multa continerentur eorum erroribus contraria, Theodori Grapti potius quam Nicephori (patriarchae videlicet Constantinopolitani) nomen inscriberetur. Initio certe Theodorus Graptus parvi

ab illis factus; quanquam iidem postea, eius testimoniis ad suum sensum accommodatis, miris laudibus ipsum ornaverint. Exstat apud Gregoram in libro nondum edito (Cod. Reg. 2952. fol. 157.) gravis querela de Palamita quodam, qui de Theodoro Grapto et de eius libris non satis reverenter loqueretur. *Ecqua enim* (inquiēbat Palamae sectator) *novit illum ecclesia? Quis nostrorum illius unquam meminit? Tum addebat, quaecumque is contra Iconomachos scripta composuisse diceretur, ea erroribus gravissimis soatere. Quod si alii quipiam nonnulla interseruisent spuria et supposititia, et iis nomen illius inscripissent, ipsum quidem irreprehensum futurum, non item eius libros: sin ea eius essent reipsa et indubitate, iam cum simul cum libris reiiciendum, et in haeticorum numero ponendum.* Haec Palamita ille, in quem Gregoras acribus verbis invehitur, ad Cantacuzenum ipsum conversus. *Equem Tu*, inquit, *hunc dererpens in sanctum illum Patrem sapientemque doctorem armas novum Archilochum, ac potius Archilochi simium? ... Cur haec praesente te abiectissimus furibundusque homunculus evomuit?* etc. (Vide et annotata infra ad pag. 598. F.) Non mirum itaque homines improbos, quales illi videntur fuisse, vetustissimum Codicem nactos, cui auctoris nomen non esset inscriptum, nomen praefixisse illud, quod arbitrarentur contemptius obscuriusque esse, quam ut magnae contra eos auctoritatis esse posset. Ut ut sit, manifestum certe est, interpolatum fuisse Codicis antiquissimi titulum, additamque esse recentiori manu, ut diximus, eam lineam, in qua Theodori Grapti nomen legitur. Superest iam ut ostendamus, librorum, eo volumine comprehensorum, auctorem esse patriarcham Nicephorum. Primo constat Nicephorum multa pro imaginibus contra Iconomachos variis temporibus scripta edidisse. Ignatius Diaconus, qui eius vitam scripsit, eum ait aliquanto post Nicaenam Synodum, cum esset adhuc laicus, in fidei hostes insurrexisse. *τότε δὴ, inquit, καὶ ὁ μέγας Νικηφόρος, τὰ νίκης ἐπιφερόμενος σήμαντρα, κατὰ τῶν τῆς πίστεως ἀντιπάλων τορόν τι καὶ ἐνυάλιον ἀνεκρούετο μέλος, Χριστὸν εἶναι πιστούμενος ἀπεργραπτόν κατὰ τὸ τῆς θεότητος, ἀπλοῦν καὶ ἀνεκασφον· περιγραπτόν δὲ καὶ γραπτόν κατὰ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος, ἀπτόν τε καὶ σύνθετον, οἷς τὸ εἰκονίζεσθαι ἀραρότως ἐπακολουθήσοι.* Quibus Ignatii verbis indicari puto *Apolo-giam pro Fide*. In Synodica Epistola Orientalium ad imperatorem Theophilum memoratur liber contra Christi imaginem a Ioanne Anagnosta editus, idemque a Nicephoro refutatus. Theophanes Confessor integram de Copronymi obitu narrationem, ex tertio contra Mammonam Antirrhethico translata, Chronico suo inse-ruit; atque eius narrationis auctor in Codice Ioyeusano Nicephorus patriarcha indicatur, teste Petavio. Vide fragmentum, Breviario Chronico Nicephori patriarchae subiuncta, Edition. Petav. Cum Codice Ioyeusano consentit Michaël Glycas, Annalium parte II. pag. 137. Edit. Reg. ubi excerpta ex secundo contra Mammonam

Antirrbetico verba tanquam Nicephori laudantur. Praeterea et in Anastasii Quaestionibus, et in Panoplia dogmatica Euthymii Zygabeni, Nicephoro patriarchae, tanquam vero auctori, asseruntur varia fragmenta, excerpta ex iis libris quos Cantacuzeniani Codicis titulus corruptus perperam Theodoro Grapto adscribit. Denique ii ipsi libri in Codicibus multis praeferunt nomen patriarchae Nicephori. Unus autem caeteris omnibus longe antiquior, nec longe post aetatem auctoris scriptus (is est Codex No. 354. Colbertinus) non ea solum continet quae Cantacuzenianus, sed et duos praeterea libros, quorum primus est *de Testimoniis Macarii Magneti*, in altero agitur *de Divina Imagine, quae ab Iconomachis Idolum dicta fuerat*: item quaeritur *quid sit γραπτόν et περιγραπτόν*: tum *quomodo intelligendum illud, non facies ullam imaginem etc.* Eius Codicis Titulus, omnibus partibus integer et nulla fraude corruptus, ita habet, ΤΟΤ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΤ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΠΟΛΕΩΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΤ ΛΟΓΟΣ ΤΗΕΡ ΤΗΣ ΑΜΩΜΗΤΟΤ ΚΑΙ ΚΑΘΑΡΑΣ ΚΑΙ ΕΙΛΙΚΡΙΝΟΤΣ ΗΜΩΝ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ ΠΙΣΤΕΩΣ, ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΔΟΞΑΖΟΝΤΩΝ ΕΙΔΩΛΟΙΣ ΠΡΟΣΚΕΚΤΝΗΚΕΝΑΙ. Itaque minime dubium est, quin ea Nicephori patriarchae Opera sint, quae Cantacuzenus, Gregoras, Philotheus, Ioannes Cyparissiota, et alii complures, Theodori Grapti esse putaverunt. ΒΟΙΒΙΧ.

Pag. 940, 19. Εὐσεβίω τῶν τότε λογίων τῷ πρώτῳ] Gregoras in libro nondum edito, cuius initium Περί μὲν οὖν τῆς ὄρα- τῆς τοῦ κυρίου θεοφανείας, queritur fraude adversariorum surreptos sibi Theodori Grapti libros. Καί τοι, inquit, διὰ τὰς περιστη- κυίας κάμει πρὸς τῶν διωκτῶν συμφορὰς, οὐδ' ἔσχον ὅπως ἐπ' αὐ- τῶν κλακείσας τὰς ἐκείνου βίβλους παμπόλλους οὐσας ἀνειληφῶς, ἐξ ὧν καὶ ὅθεν πολλαίκις ἀναλαμβάνων πρότερον ἐθεώρουν, προθεῖ- ναι νῦν ἡμῖν (ὕμῖν) τὰ πολλῶ τῶν εἰρημένων πλείω τε καὶ ἐναρ- γέστερα. Venia itaque ei danda est, quod quae contra Eusebium Caesariensem scripta essent, iis putaverit refelli Eusebium aliquem recentiorem, ipsius videlicet Theodori Grapti aequalem. Ignoscendum pariter, quae de Christi in coelum translati corpore Eusebius dixisset, ea ad Christum in monte transfiguratum pertinere existi- manti. ΒΟΙΒΙΧ.

Pag. 940, 21. Πρῶτον μὲν οὖν εἰσάγει λέγοντα ἐκεῖνον, ὡς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ etc.] Haec et quae sequuntur, verba sunt Eusebii, excerpta ex eius ad Constantiam epistola, quam et Nicaena Synodus secunda ab Iconomachis laudatam (Action. VI. Edit. Labb. p. 494.) explosit, et Nicephorus patriarcha (non, ut Gregoras putabat, Theodorus Graptus) libro singulari refutare instituit. Eius epistolae fragmenta antehac dispersa, pleraque anec-



data, iuvabit (credo) lectores suo quaeque nunc demum loco red-  
dita et collecta habere. Sunt autem haec.

*Εὐσεβίου ἐπιστολὴ πρὸς Κωνσταντίαν τὴν βασίλισσαν.*

Ἔπει δὲ καὶ περὶ τινος εἰκόνης ὡς δὴ τοῦ Χριστοῦ γέγραπας,  
εἰκόνα βουλομένη σοὶ ταύτην ὑφ' ἡμῶν πεμφθῆναι· τίνα λέγεις  
καὶ ποίαν ταύτην, ἣν φῆς τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα; [Οὐκ οἶδα πό-  
θεν αὐτῇ ὀρηθθεῖσα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διαγράψαι εἰκόνα προσ-  
τάττεις. ποίαν τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα ἐπιζητεῖς;\*)] πότιρον τὴν ἀλη-  
θῆ καὶ ἀμετάλλακτον, καὶ φύσει τοὺς αὐτοῦ χαρακτηῖρας φέρουσαν·  
ἢ ταύτην ἣν δι' ἡμᾶς ἀνείληφεν, τῆς τοῦ δούλου μορφῆς περι-  
θέμενος τὸ σχῆμα; [ὁ γὰρ \*\*] τοῦ Θεοῦ λόγος καὶ Θεός, μορφὴν  
δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιωματι σαρκὸς ἁμαρτίας τὴν ἁμαρτίαν κατέ-  
κρινεν, ἣ φησὶν ὁ Θεὸς ἀπόστολος. οὕτως ἡμᾶς τῆς παλαιᾶς πι-  
πρίας καὶ δαιμονικῆς δουλείας τῷ τιμῷ αἵματι λυτρωσάμενος ἀπη-  
λευθέρωσεν. δύο οὖν \*\*\*] μορφῶν αὐτῷ παρισταμένων,] περὶ (ἀλ-  
λὰ περὶ in Act. Conc. Nic. II.) μὲν τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς οὐδὲ αὐ-  
τὸς ἠγοῦμαι σε ζητεῖν, ἅπαξ παρ' (πρὸς ibid.) αὐτοῦ παιδευομέ-  
νην, ὅτι οὔτε τὸν πατέρα τις ἔγνω, εἰ μὴ ὁ υἱός· οὐδ' αὐτὸν  
υἶόν γινώσκοντες τις ἐπαξίως, εἰ μὴ ὁ γεννήσας αὐτὸν πα-  
τήρ . . . . ἀλλὰ γὰρ πάντως τῆς τοῦ δούλου μορφῆς ἐπιζητεῖς (τὴν  
εἰκόνα ibid.) καὶ οὐ δι' ἡμᾶς περιεβλήθη σαρκίου. ἀλλὰ καὶ τοῦτο  
τῇ δόξῃ τῆς θεότητος ἀνακεκράσθαι μεμαθήκαμεν, καὶ καταπεπό-  
σθαι τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς. [καὶ οὔτι που θαυμαστὸν, εἰ με-  
τὰ τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον τοιοῦτόν που πέφηνεν, ὅποτε καὶ ἐν  
ἀνθρώποις ἔτι βιοτεύων ὁ Θεὸς λόγος, τοῖς ἔγκριτοῖς τῶν ἑαυτοῦ  
(μαθητῶν apud Gregoram Cod. Reg. 2952<sup>a</sup>. f. 50. v.) λόγων προαφ-  
ραβανίζόμενος τὴν θέαν τῆς αὐτοῦ βασιλείας, μεταβαλὼν τὴν τοῦ  
δούλου μορφὴν, αὐτὴν ἐκείνην ἐπὶ τοῦ ὄρους ὑπερ τὴν ἀνθρω-  
πίαν φύσιν ἐπιδέδεικται· ὅτι τὸ μὲν πρόσωπον αὐτοῦ ἀπήστραψεν  
ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια ὡς τὸ φῶς.] τίς οὖν τῆς τοσαύτης (τοι-  
αύτης in Act. Conc. Nic. II.) ἀξίας τε καὶ δόξης τὰς ἀποστιλβούσας  
καὶ ἀπαστραπτούσας μαρμαρυγὰς οἷός τε ἂν εἴη (ἢ ibid.) καταρα-  
ξαι νεκροῖς καὶ ἀψύχοις χρώμασι καὶ σκιογραφίαις, ὅποτε μὴδὲ ἐμβλέ-  
ψαι (προσβλέψαι ibid.) αὐτῷ (αὐτῷ ἐπὶ τοῦ ὄρους ibid.), [τοῦτον ὀφθέν-  
τι τον τρόπον,] οἱ θεσπέσιοι ὑπέμειναν μαθηταί, οἳ γε ἔπεσον ἐπὶ  
πρόσωπον, ἀφόρητον αὐτοῖς τὸ θεώμενον ὁμολογήσαντες; εἰ δ'  
οὖν (εἰ γοῦν ibid.) τότε ἢ ἐν σαρκὶ (ἢ ἐνσαρκος ibid.) αὐτοῦ μορφῇ  
τοσαύτης ἔλαχε δυνάμειως, πρὸς τῆς ἐνοικουσεως αὐτῇ θεότητος με-  
ταβληθεῖσα, τί χρὴ λέγειν, ὅτι τὴν θνητότητα ἀποδύς, καὶ τὴν  
φθορὰν ἀπονιψάμενος, τῆς τοῦ δούλου μορφῆς τὸ εἶδος εἰς τὴν

\*) Uncis inclusa nunc primum in lucem prodeunt ex Cod. Reg. 1980.  
fol. 191. et seqq. reliqua iam edita erant in actis Concilii Nicaeni II.  
BOIVIN.

\*\*) γὰρ addo. BOIVIN.

\*\*\*) οὖν addo. BOIVIN.

τοῦ δεσπότου καὶ θεοῦ δόξαν μετσκενάσατο, μετὰ τὴν κατὰ τοῦ  
 θανάτου νίκην (δίκαν Cod. Colb.), καὶ μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς  
 ἀνοδόν, καὶ μετὰ τὴν ἐν τῷ βασιλικῷ θρόνῳ ἀμφὶ τὰ δεξιὰ τοῦ  
 πατρὸς Ἰδρυσιν, μετὰ τὴν ἐν τοῖς ἀκατονομάστοις καὶ ἀβήτοις  
 κόλποις τοῦ πατρὸς ἀνάκασιν, εἰς ἣν ἀνιόντα καὶ ἀποκαθιστάμε-  
 νον αἱ οὐράναι δυνάμεις ἀνευφήμουν, λέγουσαι· ἄρατι πύλας οἱ  
 ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπαρθῆτε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ  
 βασιλεὺς τῆς δόξης. [οὐκ οὖν καὶ ἡ τοῦ δούλου μορφή ἐν τοιαύ-  
 τοις γινομένη, ἐξόλων ὅλη μεταβέβληται ἐπὶ φῶς αὐτοῦ ἀφῆτον  
 καὶ ἀνεκδιήγητον, αὐτῷ τῷ θεῷ λόγῳ πρότερον φῶς, ὅπερ ὀφθαλ-  
 μὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου  
 οὐκ ἀνέβη. πῶς οὖν τις τῶν ἀδυνάτων ἐφίκοιτο; πῶς δὲ τῆς οὐ-  
 τω θαυμαστῆς, καὶ ἀλήτου μορφῆς, εἰ γὰρ χρὴ μορφήν ἔχει καλεῖν  
 τὴν ἐνθεον καὶ νοερὰν οὐσίαν, εἰκόνα τις ζωγραφῆσειεν; εἰ μὴ  
 τοῖς ἀπίστοις ἔθνεσιν ὁμοίως τὰ μηδαμῇ μηδαμῶς ἰοικόντα ἑαυτῶ  
 τις ἀναζωγραφῆσειεν, ὥσπερ γραφεὺς μηδὲν ἰοικόντα γράψων. τοι-  
 οῖδε γὰρ κακίονοι, ἀνειδαλοποιούντες ἢ ποτε θεόν, ὡς ἠγοῦνται,  
 ἢ τινα (ὡς ἂν φαῖεν) ἠρώων, ἢ τι τῶν τοιούτων κλάττειν καὶ  
 ἀπεικάζειν ἐθέλοισιν, οὐδὲν ὁμοιον, οὐδὲ ἐγγὺς, οἷοι τε ὄντες γρά-  
 φειν, ἀλλόκοτα σκιογραφοῦσιν, ἀνδρείκαλα σχήματα διαχαράττον-  
 τες. ἡμῖν δὲ ὅτι μὴ δίκαιον τὰ τοιαῦτα, πάντως που καὶ αὐτῇ  
 συμβάλλεις. ἀλλ' εἰ μὴ τῆς εἰς θεὸν μεταβληθείσης μορφῆς, ἀλλὰ  
 τοῦ πρὸ τῆς μεταβολῆς σαρκίου αὐτοῦ δὴ τοῦ θνητοῦ τὴν εἰκόνα  
 φῆς παρ' ἡμῶν αἰτεῖν. ἄρα γὰρ τοῦτο σε μόνον διέλαθεν τὸ ἐνά-  
 γνωσμα, ἐν ᾧ ὁ θεὸς νομοθετεῖ μὴ ποιῖν ὁμοίωμα, μήτε τῶν  
 ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ, μήτε τῶν ὅσα ἐν τῇ γῆ κάτω; ἢ ἔστιν ὅτε ἐν  
 ἐκκλησίᾳ τὸ τοιοῦτον ἢ αὐτῇ, ἢ καὶ παρ' ἄλλου τοῦτο ἤκουσας;  
 οὐχὶ δὲ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐξώρισται καὶ πόρρω τῶν ἐκ-  
 κλησιῶν πεφυγάδευται τὰ τοιαῦτα, μόνοις τε ἡμῖν μὴ ἔξειναι τὸ  
 τοιοῦτον ποιῖν παρὰ πᾶσι βεβόηται; . . . οὐκ οἶδα γὰρ ὅπως  
 γυναιὸν τι μετὰ χεῖράς ποτε δύο τινας φέρουσα καταγεγραμμέ-  
 νους, ὡς ἂν φιλοσόφους, ἀπέββησε λόγον, ὡς ἂν εἶεν Παῦλον  
 καὶ τοῦ σωτήρος· οὐκ ἔχω λέγειν, οὔτε ὀπόθεν λαβοῦσα, οὔτε  
 ὅθεν τοῦτο μαθοῦσα. ἵνα μὴ δὲ αὐτῇ μηδὲ ἕτεροι σκανδαλλίζοντο,  
 ἀφειλόμενος ταύτην, παρ' ἑμαυτὸν κατεῖχον, οὐχ ἠγούμενος καλῶς  
 ἔχειν εἰς ἑτέρους ὅπως ἐκφέρειν ταῦτα, ἵνα μὴ δοκῶμεν δίκαν εἰ-  
 δωλολατρύντων τὸν θεὸν ἡμῶν ἐν εἰκόνι περιφέρειν. Παῦλον τε  
 ἀκούω πάντας ἡμᾶς παιδεύοντος, μηκέτι τοῖς σαρκικοῖς προσανέ-  
 χειν. εἰ γὰρ ἔγνωμέν φησιν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ τῶν οὐκέτι  
 γινώσκομεν. Σίμωνα τὸν μάγον λόγος ἔχει παρὰ τοῖς ἀθέτοις αἰ-  
 ρεσιώταις προσκυνεῖσθαι, ἐν ἀψύχῳ ὕλῃ καταγεγραμμένον. ἐθεω-  
 ρήσαμεν δὲ καὶ αὐτοὶ τὸν τῆς μανίας ἐπάνυμον ὑπὸ τῶν Μανι-  
 χαίων εἰκόνη δορυφοροῦμενον. ἡμῖν δὲ ἀπειρήται τὰ τοιαῦτα. θεὸν  
 γοῦν κύριον τὸν σωτήρα ἡμῶν ὁμολογοῦντες, ὡς θεὸν ἰδεῖν εὐ-  
 τρεπιζόμεθα, πάσῃ σπουδῇ καθάραντες αὐτοὶ τὰς ἑαυτῶν καρδίας,  
 ὡς ἂν ἴδοιμεν αὐτὸν κεκαθαρμένοι. μακάριοι γὰρ οἱ καθαροὶ τῷ

καρδία, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. εἰ δὲ ἐκ περιουσίας, πρὸ τῆς μελλούσης πρόσωπον εἰς πρόσωπον ὄψεώς τε καὶ θέας, τοῦ σωτήρος ἡμῶν τὰς εἰκόνας αὐτοὶ περὶ πολλοῦ τίθεσθε, τίνα μᾶλλον ἀγαθὸν ζωγράφον αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου ἔχοιμεν ἄν;] Hanc epistolam, qua imaginum cultus aperte improbat, Eusebii esse aiebant Iconomachi; et Orthodoxi quoque fatebantur. Verum cum idem Eusebius in Historia sua ecclesiastica lib. VII. cap. 18. celebret mulierem Syrophoenissam, quae sanguinis profluvio liberata, statum Christo liberatori exererat, idcirco a quibusdam dubitatum est, an illa epistola esset re ipsa Eusebii. Sed tantum abest, ut eiusmodi argumento constet non scriptam eam esse ab Eusebio; ex ea ipsa narratione, quam obiiciunt, apparet eundem fuisse auctorem tum Historiae ecclesiasticae, tum eius quam dicimus epistolae. Nam quod a muliere Syrophoenissa factum in Historia ecclesiastica narratur, id ipsum ibidem ἐθνικῇ συνηθείᾳ, hoc est, *consuetudine ethnica*, seu usu apud gentes iam inde antiquitus recepto, factum esse dicitur; quem scilicet usum minime probabat Eusebius. **BOIVIN.**

Pag. 941, 2. *Εὐσέβιος*] Vide Cod. Reg. 1989. fol. 200. v. **BOIVIN.**

Pag. 941, 8. *Ἐπὶ φῶς ἀφῆτον κ. τ. λ.*] Vide Eusebii epistolam ad Constantiam. **BOIVIN.**

Pag. 942, 6. *Δὲ*] abundat. **BOIVIN.**

Pag. 943, 22. *Εὐσέβιος ὅλον ἐν τῇ μεταμορφώσει etc.*] Non ἐν τῇ μεταμορφώσει, sed μετὰ τὴν εἰς οὐρανοῦς ἀνοδόν. Vide epistolam ipsam Eusebii supra allatam. **BOIVIN.**

Pag. 944, 6. *Ὁ τοίνυν λόγος*] τοῦ Παλαμᾶ ἐκ τοῦ ἐ λόγου, οὗ ἡ ἀρχή· Ἄλλα τίς ἄν δύνατο. Vide Cod. Reg. 2409. f. 132. **BOIVIN.**

Pag. 944, 7. *Ἦς καὶ οἱ θεοὶ κ. τ. λ.*] Matth. cap. III. v. 43. **BOIVIN.**

Pag. 944, 23. *Τοὺς κατὰ τὸν Παλαμᾶν ἅπαντας*] *Omnes Palamae similes*. Nempe eos omnes, qui, ut Palamas, divini luminis atque adeo divinae gratiae sint participes. Gregoras Palamam irridet, aliosque monachos, qui divinum lumen oculis corporeis visum a se gloriabantur. **BOIVIN.**

Pag. 945, 2. *Πῶς οὐκ ἄκτιστος κ. τ. λ.*] ἐκ τοῦ λόγου αὐτοῦ, οὗ ἡ ἀρχή· Φιλονεικοῦσι μὲν οὖν ἀλλήλοις. Vide Cod. Reg. 2409. fol. 103. **BOIVIN.**

Pag. 944, 18. *Οὐσία μὲν γὰρ κ. τ. λ.*] ἐκ τοῦ περὶ φωτὸς λόγου αὐτοῦ. Exstat in Codice Regio 2409. fol. 53. oratio seu liber Palamae ad Athanasium Cyzici archiepiscopum, περὶ τοῦ Θείου φωτὸς καὶ τῆς Θείας χάριτος. **BOIVIN.**

Pag. 945, 15. *Ἐνταῦθεν καὶ κ. τ. λ.*] Observa πρόληψιν, qua Gregoras tertiae Sessionis acta attingit. **BOIVIN.**

Pag. 946, 16. *Ἄλλα ταῦτα μὲν ὅσπερον*] Sessione 3. Vide infra lib. XXI. **BOIVIN.**

Pag. 948, 11. *Ὅτι μὲν, φησὶ, κ. τ. λ.*] Verba Theodori Grapti; immo Nicephori patriarchae; eadem quae supra. **BOIVIN.**

Pag. 949, 3. Ἐξ οὗ ἐμφαίνεται ἡ ἀλλοίωσις] Omissum a Gregora primum divisionis membrum. Codex Regius (Cod. 1989. fol. 199. v. lin. paenult.) ita habet: ἐξ οὗ ἐμφαίνεται ἡ ἀλλοίωσις. [παρετίον τανῶν τόπου γε εἵνεκεν λέγειν ἢ χρόνον, ἢ τινας ἄλλου τῶν ἐν κινήσει θεωρουμένων, ἐπεὶ πρὸς οὐδὲν χησίμαον κατὰ τὴν παρούσαν συντελεῖ στέψιν· καθ' ὅποιον οὖν τῶν εἰρημένων τρόπων ὁ θαυμάσιος οὗτος τὴν κατὰ Χριστὸν δουλικὴν μορφὴν, τὸ ἐσχηματισμένον σῶμα καὶ τετυπωμένον, ὡς ἡμῖν γε καὶ τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ, ὃ δὴ καὶ γράφεται καὶ ὀρίζεται, εἴπερ εἰς μηδὲν τοῦ καθ' ἡμᾶς σώματος ταῖς ἀληθείαις καθὼς σῶμα διενήνοχεν, ἐξ ὅλων ὅλην μεταβέβλησθαι ἀποφαίνεται, καὶ τοῦτο θαρσαλέως καὶ ἐκθυμώτατα. εἰ μὲν κατὰ τὸ ποιὸν μεταβέβληται, κενύηται μὲν πρὸς ἀλλοίωσιν.] ἡ δὲ ἐστὶν μετασχηματισμὸς. ... **βοινικ.**

Pag. 951, 1. Βασιλείοις καὶ Γρηγορίοις] Gregoras promittit se sanctorum Basilii et Gregorii argumenta prolaturum, quae tamen haud proferet. **βοινικ.**

Pag. 951, 6. Οὐ γὰρ ἐνεργεῖα ψιλῆ φησι κατὰ τινος . . . . κενώσαι μὲν τοὺς οὐρανοὺς λέγεται] Poteram sic interpretari: Non enim, inquit, ut veteres quidam delirarunt, dicitur ille tempore divinae incarnationis sua hypostasi coelos vacuos fecisse. Sed aliter malui, sequutus Codicis antiquissimi lectionem, in quo non λέγεται, sed λεγόντων scriptum erat. **βοινικ.**

Pag. 952, 2. Λοιδορῶν οὖν ὁ Παλαμᾶς Θεόδωρον] Fuit itaque illud tempus, cum Palamas Theodori Grapti auctoritatem parvi faciebat, ut supra dicebamus. Tamen Philotheus Antirrh. lib. XI. passim hunc laudat, et in suas partes trahere constat. Vide Cod. Reg. 1996. fol. 236. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 280. 281. Laudatur etiam a Cantacuzeno in Antirrh. contra Prochorum, Cod. Reg. 1999. fol. 75. **βοινικ.**

Pag. 953, 11. Παύλῳ] Ad Corinth. II. cap. V. v. 17. **βοινικ.**

Pag. 953, 14. Δαβὶδ] Psalm. 50. **βοινικ.**

Pag. 955, 5. Εἰρήσεται δὲ κατὰ χάραν etc.] Nempe in disputatione cum Cabasila, in Antirrheticis et in aliis libris Dogmaticis. **βοινικ.**

Pag. 955, 10. Ἐποδείγματι] Ἐποδείγμασι supra lib. XIX. cap. II. sect. 4. **βοινικ.**

Pag. 956, 6. Ἡ πολλῆ] Sic supra lib. X. cap. ult. **βοινικ.**

Pag. 956, 12. Quae supplemus, ea in Codice etiam Vaticano desunt. Nec mirum; cum noster (ut iam dixi) ex illo descriptus sit. **βοινικ.**

Pag. 957, 17. Γρηγόριος] Gregor. Nazianz. de Dogm. Sic supra lib. X. cap. ult. N. 13. **βοινικ.**

Pag. 958, 4. Ἀνούεις γέννησιν· κ. τ. λ.] Gregor. Nazianz. Orat. de Dogm. pag. 493. Edit. Paris. an. 1609. **βοινικ.**

Pag. 958, 20. Τάναντία] Vel qui repugnantia. Gregor. Nazianz. Orat. I. de Filio pag. 567. **βοινικ.**

Pag. 959, 3. Πάλιν οἱ σωρατικοὶ κ. τ. λ.] Gregor. Nazianz. Orat. de Filio. pag. 570. 565. 567. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 960, 1. Βασίλειος] Basilus Magnus contra Sabellianos. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 960, 6. Καὶ πάλιν] Idem contra Eunom. lib. II. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 960, 12. Καὶ πάλιν] Idem Epist. 6. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 961, 15. Χαλεπώτερα] Eccles. cap. III. v. 22. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 963, 5. Γέγραπται γὰρ κ. τ. λ.] D. Paul. ad Galat. cap. III. v. 10. Deuteron. cap. XXVII. v. 26. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 964, 10. Τῷ δὲ καὶ αὐτῷ etc.] Vitiosa constructio, pro ὁ δὲ καὶ αὐτὸς παρὰ προσδοκίαν τοῖς τοιοῦτοις ἐμπεπτωκώς etc. Eiusmodi Antiptoses non paucas apud Gregoram observare est. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 966, 18. Ἐκ τῆς ὀρχήστρας . . . πρῶσθαι] Ὀρχήστρα proprie est locus in quo saltatur. Probabile autem est in quibus locis saltatores se exercebant, in iisdem venundari solitas merces frivolas, qualia sunt ludicra instrumenta, et quae vocantur crepundia. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 966, 18. Γράμμασι γὰρ σχεδὸν παντάπασιν ἀνομίλητον ἐνρίσκων αὐτὸν] Atqui Cantacuzenum constat minime illiteratum fuisse, idque ipsius Gregorae testimonio, qui supra lib. XIX. cap. I. sect. 4. eum dixit iam inde ab initio humanioribus litteris operam ultro dare instituisse, multosque et omnis generis libros ambitiosse conquisivisse, atque in dies novum aliquid cum dicere tum audire impensissime studuisse. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 971, 6. Ἀνωτέρω] Lib. XIX. cap. IV. sect. 7. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 971, 10. Τοῦτ' ἐκείνω] Quod Palamas ipse attulit superiori cap. sect. 6. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 973, 3. Ἀνωτέρω] Libro superiore cap. IV. sect. 7. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 975, 20. Ἐξ ὧν κάκεινοις γεγένηται ὑπομνήματα] Vide Ioan. Cyparissiot. Palamicarum Transgressionum lib. I. Serm. IV. cap. X. in fine. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 976, 9. Καὶ λαμπάδες κ. τ. λ.] Alludit ad opinionem Palamae de lumine increato. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 976, 18. Τῶν ἐκεί φηθέντων] In Concilio contra Barlaamum habito. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 978, 10. Ἐφιέμενοι τοὺς ὀδόντας ἐμπήξαι τῷ τάλαιπρῳ] Vide Philothei patriarchae Antirrheticum I. Cod. Reg. 1996. fol. 14. v. et seq. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 979, 8. Κύριοι γὰρ ἡμεῖς κ. τ. λ.] Sic supra lib. XV. cap. VII. sect. 7. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 980, 9. Ὁ μέντοι Παλαμᾶς περιφοβὸν ὄλ. ἐκ τῆν νόκτα διενεγκῶν] Cum his confer ea quae apud Philotheum leguntur loco indicato. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 980, 10. Ἄμα ἔω] Die 28. mensis Maii. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 985, 12. Κἂν τι δέη παθεῖν] Etsi mori oporteat. Sic apud Theocritum, οὐδ' εἴ τι πάθοις τὴν γ' ἀσίδων, ne si quidem cantando moriaris. ΒΟΙΥΙΝ.

Pag. 986, 1. [Ἀ τοῖς ἐξωτερικοῖς etc.] Nempe Palamas auctor Cantacuzeno fuerat, ut *quoique de infima plebe non vereretur captu suo altiora affectare, si vestibus exuti virgis caederentur, et in carcerem detruderentur*, pag. 617. D. supra. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 987, 13.] Citatur D. Basilii Epistola, quae in eo Codice, quo Gregoras usus est, 257<sup>a</sup>. numerabatur; in libris editis aut omnino deest, aut alium numerum praefert. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 991, 8. Συνέθεντο δ' ἐξῶσαι τοῦ συνεδρίου καὶ τὸν Τύρου ἐπ.] Hinc apparet episcopum Tyri in prima tantum Actione praesentem Concilio interfuisse. Vide annotata ad pag. 636. D. infra. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 992, 15. Ὅσα Ἀτλαντικοῦ κ. τ. λ.] Aristid. in Panathen. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 993, 17. Τῶν τ' ἐχόντων ἅμα καὶ τῶν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων] Ita quoque Vaticanum exemplar. Sensem puto eum esse quem expressi. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 994, 20. Ἰδόντες γὰρ ἐκεῖνοι τῇ προτεραίᾳ] Cum vidissent *superiori die*; non quidem *proxime superiori*, sed eo die qui primus Concilii fuit. Sic etiam infra lib. XXI. cap. III. sect. 13. αὐτῇ προτεραίᾳ σφίσι κολάσεις ἠπέλληνται. Vide annotata ad eum locum. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 995, 10. Καὶ ἅμα ἐώρων συνεξίοντας ἅπαν τὸ μέρος ἐμοί] Philotheus Antirrheth. I. τί δὲ, κάκεινο ψευδὸς ἔρεις, εἰπέ μοι· ὅτι καὶ ἅπαξ καὶ δις ὁμοῦ πάντες ἀπεκηθήσατε τῆς ἱερᾶς ἐκείνης συνόδου· καίτοι γε καὶ βασιλέως καὶ πατριάρχου καὶ πάντων ὁμοῦ παραμένειν ὑμᾶς ἀξιούντων, καὶ μὴ τὴν ὑπόθεσιν ἐπίτηδες διαφθεῖρειν; Cod. Reg. 1996. fol. 8. v. His congrunt et ea quae ibidem leguntur fol. 15. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 998, 2. Τῇ ὑστεραίᾳ] Die Maii 31. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 999, 15. Βέλτιον δ' ἔδοξεν κ. τ. λ.] Sessio III. Iunii die 8 vel 9. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 1000, 6. Οὕτω καὶ πάντ' ἐκεῖνα τάνδρὸς τουτουὶ συγγράμματα] Vide lib. XXIII. pag. 699. E. infra. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 1007, 7. Καὶ ἀδείας ἐπιλημμένοις σὺν γε θεῷ τῆς ὀφειλομένης] Gregoras promittit se, ubi libertatem receperit, Palamiticæ Synodi decreta fusius exposita refutaturum: quae tamen ille, nondum recuperata libertate, refutavit; siquidem libros in Tomum Palamiticum decem Antirrhethicos domo sua inclusus, et a monachis contubernalibus obsessus, scripsit; ut annotatum in eius vita. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 1008, 7. Ὅλας δνάδας κ. τ. λ.] Vide Philothei patriarchæ apologeticum. Cod. Reg. 1996. fol. 316. v. **ΒΟΙΝΙΝ.**

Pag. 1012, 16. Λείσαντες ἐκεῖνας αὐτῇ προτεραίᾳ σφίσι κολάσεις ἠπέλλ. ] Hoc loco *proterala* non est *pridie*, ut nec supra pag. 625. E. Neque etiam primum habiti Concilii diem significat. Nam poenas postridie primæ Actionis denuntiatas fuisse didicimus

ex lib. XX. cap. IV. sect. 9. Itaque apud Gregoram *προτεραια* non est *dies proxime superior*, sed *dies primus*, vel *dies utcumque superior*. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1014, 8. *Οἷς οὕτε τὸ χαίρειν κ. τ. λ.*] Sic supra lib. XII. cap. 1. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1015, 4. *Τῶν καιρῶν ἐκείνων*] Id est, temporibus Martyrum. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1015, 14. *Ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον*] De Spiritu sancto. Operum S. Basilii Tom. II. pag. 224. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1015, 17. *Θαλασσίον* etc.] Senarius iambicus, alicuius, ut opinor, poetae tragici. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1017, 2. *Ἀλλαγοῦ*] Idem Basil. Episcopis Occidentis. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1017, 10. *Ἀλλαγοῦ*] Idem Euaesenis. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1017, 13. *Καὶ πάλιν*] Idem monachis suis. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1018, 10. *Καὶ ἀλλαγοῦ*] Idem Eustathio episcop. Sebastiae. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1018, 14. *Μακρίνης*] De qua vide et epistolam τοῖς Νεοκαισαρ. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1020, 15. *Ἐπενεγκεῖν καὶ τὰς κ. τ. λ.*] Quae tamen non subiungat. Vide infra cap. VI. sect. 7. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1020, 19. *Τοῖς εἰρημένοις*] A SS. Patribus, Basilio et aliis. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1021, 22. *Καὶ Φλαβιανὸν πεφρονεκένας*] Flavianus in exilium missus post habitam Synodum. Itaque non potuit Dioscorus in ipsa Synodo gloriari occisum a se Flavianum. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1024, 12. *Καὶ πᾶν πονηρὸν κ. τ. λ.*] Matth. cap. V. v. 11. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1025, 2. *Καὶ τομογραφήσαντες, οἰκειοχείροις ὑπογραφαῖς ἐβεβαίωσαν*] Tomus editus ἔτους ζωνθ' κατὰ μῆνα αὐγουστον τῆς δ' ἐπινεμησίως, anno mundi VI. MDCCCLIX. mense Augusto, Ind. IV. ut legitur apud Lambecium, Biblioth. Caesar. lib. V. pag. 202. Subscripserunt imperatores Ioannes Cantacuzenus, et Ioannes Palaeologus: tum Callistus patriarcha, et caeteri deinde pontifices. Anno autem mundi VI. MDCCCLXII. Christi MCCCLIV. mense Febuario, Ind. VII. Matthaeus Cantacuzenus, cum esset a patre socius imperii ascitus, subscripsit ipse quoque; atque eius subscriptio formula in Auctario novissimo Combesiano Biblioth. Patr. Graec. Pseudosynodo Palamitarum subiuncta est. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1025, 13. *Καὶ δολιότητος ὄλην κ. τ. λ.*] Psalm. XXXVII. ΒΟΙΒΙΝ.

Pag. 1025, 14. *Τούτων εἰς μοι καὶ ὁ καλὸς ἐγεγόνει Καβασιλας*] Nicolaus scilicet, quem ait Cantacuzenus σοφίας εἰς ἄκρον τῆς ἔξωθεν ἐπιελημμένον, Hist. lib. IV. cap. XVI. pag. 764. Eius epistolae aliaque opera exstant in Codicibus Regiis, pleraque non-

dum typis edita. In iis est Satyricon κατά τῶν Γρηγορά ληρημάτων, ex quo quaedam delibata inseruimus Gregorae Elogiis. Praeter hunc Cabasilam memorantur et alii, Nilus scilicet, *Demetrius, Michaël* etc. **BOIVIN.**

Pag. 1025, 19. Ἐκεῖνος] Aeschyl. in Prometh. **BOIVIN.**

Pag. 1026, 22. Τὸ τῆς πολυλογίας ὡς ἐπὶ πλείστον ἀμαρτάνων] Gregoras suum ipsius vitium alteri obiicit. **BOIVIN.**

Pag. 1027, 19. Οὐδαμοῦ σπλάγγνον κ. τ. λ.] Sic supra in excerptis ex D. Basilio de Spiritu sancto. **BOIVIN.**

Pag. 1027, 20. Ἀπέβλεψα γὰρ κ. τ. λ.] Ecclesiasta cap. IX. v. 11. **BOIVIN.**

Pag. 1028, 11. Τοῦτό μοι τελευταῖον κ. τ. λ.] Vide Q. Curtium lib. V. in fine. **BOIVIN.**

Pag. 1028, 18. Ἀρκούμενος] Ex epistola D. Basilii ad monachos suos, ut supra cap. IV. sect. IV. num. 12. **BOIVIN.**

Pag. 1029, 4. Βίβλους ἐκείνας ἐς δημόσιον ἀνεγνωκότες ἄκουσμα] Die Assumptionis B. Virginis Dei - Matris, Augusti XV. Philotheus patriarcha, Antirrhet. I. (Cod. Reg. 1996. fol. 9. v.) rem ita narrat. Τῆς δ' ἱερᾶς ἐπιστάσης μετὰ μικρὸν τῆς θεομήτορος τελευτῆς τε καὶ πανηγύρεως, ἣν ἐτησίως ἐπὶ τῇ ταύτης ἱερᾷ τε καὶ σεπτῇ μεταστάσει κἀνήμῳν τινα καὶ περιφανιστάτην ἐν τῷ μεγίστῳ ναφ̄ τῆς ἑνοποστάτου καὶ συνανάρχου θεοῦ σοφίας τελοῦμεν, πᾶσαν ἐκεῖ σχεδὸν συγκυλοῦντες τὴν πόλιν, μετὰ τοὺς ἐωθινοὺς ὕμνους, δευτέραν ἤδη τῆς ἡμέρας ὄραν ἐχούσης, ἐπ' ἀκριβαντος ἱεροῦ λαμπράν τε καὶ πεπαρόδησιασμένην ἐποίησάμεθα τὴν ἀνάγνωσιν τούτου, αὐτοῦ τε τοῦ πατριαρχούντος τότε προκαθημένου καὶ ἀρχιερέων καὶ πρεσβυτέρων συναμα παντὶ παρισταμένων τῷ κλήρῳ, καὶ δὴ καὶ ἀρχόντων, καὶ τοῦ πλείστου μέρους τῆς μεγάλης ταυτησί πόλεως περιῖσταμένων· ἦνλικα δὴ καὶ βασιλεὺς ὁ κράτιστος ἄνωθεν ἐκ τῶν ἱερῶν ὑπερώων ἀκρωμένος τῆς ἀναγνώσεως ἦν, τῆς τε συγκλήτου περιῖσταμένης αὐτῶν, κάκ τοῦ στρατιωτικοῦ, καὶ δὴ καὶ τῶν πολιτῶν αὐτῶν ἄλλου πλήθους μυρίου. τρεῖς δ' ἦμεν οἱ κατὰ διαδοχὴν ἀνεγνωκότες ἐκεῖνον· Γαλησιώτης φημι, καὶ Μάξιμος ὁ σοφός, καὶ τρίτος ἐπ' ἐκείνοις καὶ τελευταῖος ὁ Ἡρακλείας· ὅς δὴ καὶ προτραπείς, καὶ διδασκαλικὸν τινα βραχὺν περὶ τῶν προκειμένων ἀπὸ στόματος ἐξέδωκε μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν λόγον. ἐκείθεν δ' ὁ ἱερὸς ὀρηθθεὶς ὡσπερ ἐξ ἀφρηθρίας τινὸς τόμος, μᾶλλον δ' οἱ τόμοι (τρεῖς γὰρ ἦσαν κατὰ ταῦτο κύριοι τῇ συνόδῳ συντεθειμένοι καὶ ὑπογεγραμμένοι κατὰ ταῦτα, ὁμοῦ μὲν καὶ ξυνημμένως οἱ δύο, μετὰ μικρὸν δ' ὁσπίτως ὁ τρίτος· οὕτω καὶ γὰρ ἐκρύπτετο παρ' ἡμῶν ὁ τόμος ἐν σκότει τε καὶ γωνίᾳ) ἐκείθεν οὖν ὀρηθθέντες etc. **BOIVIN.**

Pag. 1030, 2. Τὸ βδέλυγμα τῆς ἐσχάτης ἐρημώσεως ὑπάρχειν αὐτόχροημα] Cum Palamitae multa et praeclara Cantacuzeno promississent, si Tomum suum altari ipse imponeret, ac novo ritu consecraret, Gregoras, ubi id rescivit, immo, inquit, cum videritis ado-



*minationem desolationis stantem in loco sancto, cognoscite quoniam appropinquavit desolatio imperii Romani. Vide Histor. lib. XXV. cap. ult. ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 1033, 3. Σάλος γὰρ κ. τ. λ.] Verba S. Basilii, ut supra cap. IV. sect. IV. num. 1. ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 1034, 17. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς δι' ὀνείρων ἡνάγκ. πως μαντικῆς ὑπ' αὐτῶν διὰ μνήμης ἐλθεῖν] Gregoras hoc loco Palamitas notat, ut propriis somniis intentos. At ipsi quoque Gregorae Philotheus patriarcha Antirrheth. XII. Cod. Reg. 1996. fol. 297. eundem morbum indicat; qua de re plura nos supra in Vita Gregorae. ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 1035, 2. Ἐγὼ διὰ τὴν κ. τ. λ.] S. Basilii Epist. LXIV. ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 1044, 13. Δῆλα ποιείσθαι τὰ νέα ταυτὶ θεοπρίσματά τε καὶ δόγματα etc.] Philotheus patriarcha Antirrheth. I. Cod. Reg. 1996. fol. 10. Ἐκεῖθεν οὖν ὀρμηθέντες οἱ τόμοι, οὐ τὴν μεγάλην ταυτηλὴ διήλθον ἐν βραχεῖ μόνον πόλιν, καὶ ἀναγινωσκόμενοι καὶ μεταγραφόμενοι παρὰ τῶν σπουδαστῶν τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ἀντιθέτων αὐτῶν· ἀλλὰ καὶ μέχρι τῆς ὑπερορίας τρέχοντες ὀξέως προῆλθον, Θεσσαλονίκην τε καὶ Ἄθω τὸν ἱερὸν, καὶ τὰς ἐξῆς νήσους τε καὶ πόλεις διαλαβόντες. ὅθεν καὶ οἱ τῆς ἀντιθέτου μοίρας μετὰ πάσης ἐκείνου ἀδείας λαβόντες ἔχουσιν, οὐ μόνον οὐδὲν ἀπειργόντων ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ διδόντων καὶ προτροπόμενων τοὺς βουλομένους εἰς τοῦτο. ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 1046, 10. Ἐπίουσι τῶν τὴν αὐλειον τῆς οἰκίας ἡμῶν παριόντων] Gregorae domum nulla sui parte vias publicas attigisse, testis est Philotheus patriarcha Antirrheth. I. Cod. Reg. 1996. fol. 7. ut annotatum supra ad Gregorae Vitam. ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 1045, 20. Ἔτος ἀμείβων ἤδη τῆς ἡλικίας ἐξηκοστὸν] Gregoras, quo tempore haec scripsit, nondum expleverat annum aetatis LVII. Vide annotata ad pag. 567. D. ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 1046, 11. Οἱ δ' ὡς ταῦροι κ. τ. λ.] Psalm. XXI. v. 13. ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 1046, 13. Ἐβρουξαν ἐπ' ἐμὲ κ. τ. λ.] Psalm. XXXIV. v. 16. v. 12. Psalm. XXI. v. 14. Psalm. LXIII. v. 6. v. 4. v. 6. Ps. LXXXI. v. 5. ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 1048, 20. Πατρὸς Βασιλείου] Epist. LXXIX. Eustathio Sebastiae episcopo. ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 1048, 21. Ὡς ἐν γε τοῦτο κ. τ. λ.] Vide supra lib. XXI. cap. IV. sect. 4. num. 13. ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 1049, 2. Πίστιν δὲ οὔτε κ. τ. λ.] Idem Epist. LX. Ecclesiae Antiochenae. ΒΟΙΒΙΝ.*

*Pag. 1049, 17. Ὡς μὴδ' ἐνταῦθα γεγόμενον μόνον ἰᾶσαι τὴν πρόδοσιν Ἰουδαῖν ἐκείνον ἐγκάλεισθαι] Horum verborum hic videtur esse sensus, illum discipulum adeo se ad exemplum Iudae compo-*

*suisse, ut ne tum quidem, cum habitum monasticum induisset, magistri proditi crimen solius Iudae proprium esse voluerit.* BOVINI.

Pag. 1050, 19. Τῶν πατριαρχικῶν ἀρχόντων] Vide Goari Eucholog. pag. 268. et seq. CAPPERONN.

Pag. 1053, 4. Τῶν ἀνδριαντοποιῶν] Sic supra lib. XIII. cap. I. sect. 4. CAPPERONN.

Pag. 1054, 9. Τότε μικρός τις γίνεται τοῦ παρόντος λόγου λόγος] Non omni suspicione mendici caret hic locus. Forsan legendum τότε δὴ μικρός τις κ. λ. qua lectione admissa verterem, *tunc huiusce dicti nulla ferme ratio habenda est.* CAPPERONN.

Pag. 1055, 19. Αὐτὴ γὰρ ἐστὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον] *Haec enim gratia est Spiritus sanctus; id est, haec gratis et operatio sacris in Scripturis nomine sancti Spiritus designatur. Unde infert Palamas hanc gratiam non esse quid creatum. Addit tamen huiusmodi gratiam non esse ipsammet sancti Spiritus substantiam. Quae duo conciliari vix posse videntur, nisi advertamus a Palamitis admissas esse inferiores quasdam Deitates, quae Deum inter et creaturas medium locum tenerent. Nostris quidem e theologia Pétrus Lombardus, magister sententiarum, negavit, sancti Spiritus gratiam esse quidpiam creatum: sed simul statuebat istam gratiam seu charitatem esse ipsummet Spiritum sanctum, ipsum Deum: quae tamen sententia ab omnibus deinceps theologis reprobata est. Vide lib. I. Sentent. distinct. 17. et articulos Parisiis damnatos ad calcem operis Petri Lombardi. Divus etiam Bernardus censuit charitatem, seu gratiam sanctificantem, esse ipsum Deum: sed charitatem spectabat ex parte dantis, seu ipsius Dei: aliunde vero fatebatur gratiam et charitatem in nobis esse quoddam accidens. Hinc aiebat, *substantiva charitas accidentalem dat charitatem.* Lege divi Bernardi epistolam XI. ad Guigonem Carthusiensium Priorem, et tractatum de diligendo Deo cap. XII. CAPPERONN.*

Pag. 1056, 7. Ἄς ὁ Προφήτης κεφαλαιωδῶς ἐπέκ προσέειπε] *Quas Propheta septem summam appellavit. Isaias cap. XI. vers. 2. et 3. ubi sic recensentur septem sancti Spiritus dona. Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini.* CAPPERONN.

Pag. 1056, 10. Ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, οὐ ποιήσεις κρίσιν;] Locum hunc laudavit Palamas ex versione LXX. Interpretum. Vulgata nostra habet absque interrogatione, Genes. 18. vers. 25. *qui iudicas omnem terram, non facies iudicium hoc.* Hebraeus textus est huiusmodi: *השם כל הארץ לא יעשה משפט*. Id est, *numquid qui iudicat omnem terram, ille non faciet iudicium?* CAPPERONN.

*Ibidem.* Οὐ ποιήσεις;] *Non facies? Vis argumenti sistit in hoc verbo. Nam ποιεῖν [facere] apud Graecos theologos significat creare. Forsan ex Genes. cap. I. ubi apud τοὺς LXX. legitur, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεός. In principio Deus fecit, i. e. creavit. Hinc olim Ariani*

argutabantur Christum esse creaturam, quia epistolas ad Hebæ cap. III. dicitur Χριστὸν Ἰησοῦν πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντα αὐτόν. *Christum Iesum qui fidelis est ei qui fecit illum.* CAPPERONN.

Pag. 1056, 19. Προείρηκεν Ἡσαίας] Cap. XI. v. 2. S. CAPPERONN.

Pag. 1057, 16. Δρυὸς πεσοῦσης πᾶσιν ἐξέηξεν ἐυλεύεσθαι] Unum est e Monostichis Menandro tributis. Vide Comicorum Græcor. sententias edit. Henric. Steph. pag. 191. Meminit Erasmus Chilian. 3. Centur. 1. Proverb. 86. et sic exponit. [Si quem fortuna præcipitem dederit, in hunc passim omnes incurrunt, et quicquid quod potest diripit. Iam enim sibi putant impune fore. Exemplum est apud Iuvenal. de Seiseno.] CAPPERONN.

Pag. 1060, 2. Οὐρανῶ ἐδάφει] *In caelesti solo.* Sic Ovid. Metamorphos. lib. I. *Astra tenent coeleste solum.* CAPPERONN.

Pag. 1062, 4. Καὶ τοῦτο παραδύομενον] *Id quoque vitii obrepserit;* quod nimirum de rebus theologicis ignarus disserere voveris. CAPPERONN.

Pag. 1062, 11. Καὶ τοῦ τῆ κτίσει ἐφυστηζέοντος σώματος] *Alteram vero substantiam corporis solaris, quod non nisi post creationem [luminis] factum est.* Alludit ad Genes. cap. I. ubi lux prima die facta narratur, sol autem nonnisi die quarta formatus. CAPPERONN.

Pag. 1063, 4. Γρηγόριον] Gregor. Nazianz. Orat. 48. quas est in novam Dominicam. CAPPERONN.

Pag. 1064, 18. Καὶ μονοειδής] *Nihil habens admixtum dispar sui atque dissimile.* Ita Cicero vertit τὸ μονοειδές apud Platonem, quod ad literam sonat, *uniforme.* CAPPERONN.

Pag. 1065, 20. Ἐπειτα πῶς διάφορον κ. τ. λ.] Tractatu cui titulus: Ducenta capita, Tom. I. edit. Combefis. Sed ibi paullo aliter iacet hic locus. CAPPERONN.

Pag. 1066, 17. Θεὸς οὔτε ἀρχὴ ἐστὶ . . . ὁ Θεὸς οὔτε οὐσία εἶν] *Deus neque principium est . . . neque substantia.* Subintellige, *creatarum rerum more,* prout luculenter explicat idem sanctus Maximus tom. I. pag. 462. et 463. Ipsummet consule, si lubet. CAPPERONN.

Pag. 1068, 6. Ἀθανάσιος] Orat. 4. contra Arian. Tom. I. pag. 515. edit. vet. CAPPERONN.

Pag. 1068, 9. Μάξιμος] Capitibus de charitate tom. I. pag. 544. CAPPERONN.

Pag. 1069, 12. Οὐκίτμων γὰρ κ. τ. λ.] Psalm. CII. v. 8. et LXXXV. v. 15. et CXLIV. v. 8. ubi eadem est sententia. CAPPERONN.

Pag. 1070, 14. Σαφῶς] Si legas σαφῶς, vertendum, *non quidem evidenter, sed iudiciis quibusdam demonstrant iis, qui.* CAPPERONN.

Pag. 1076, 13. Κατὰ σαυτοῦ Βελλεροφόντης] *Adversus te ipsum Bellerophonæ* Ita effertur hoc proverbium apud Lucian.

Vulgo autem sic efferunt Βαλλεροφόντης τὰ γράμματα. *Bellerophon-tes literas.* Supple contra se ipsum affert, qua de re Graecorum fabulam commemorat et docte exponit Erasmus, Chiliad. 2. Centur. 6. Proverb. 82. CAPPERONN.

Pag. 1083, 12. Διονυσίου μνησμομαι] *Dionysii mentionem faciam.* Locus est in epistola IX. Pseudo-Dionysii ad Titum sect. I. quem ad locum vide sancti Maximi et Pachymerae scholia. CAPPERONN.

Pag. 1083, 19. Ὁ Ἀθανάσιος] D. Athanasii Orat. 2. contra Arian. tom. I. pag. 306. edit. antiq. CAPPERONN. ●

Pag. 1084, 19. Μάξιμος] D. Maxim. capitibus theolog. quingentis Centuria 2. Artic. 74. CAPPERONN.

Pag. 1085, 1. Γενόμεθα δοκιμοί τραπεζίται] *Probi simus nummularii.* Haec sententia ipsi Christo a veteribus tribuitur. CAPPERONN.

Pag. 1086, 9. Οὐδεις γὰρ, φησι κ. τ. λ.] Exod. XXXIII. v. 20. CAPPERONN.

*Ibidem.* Οὐδεις γὰρ ὄψεται πρόσωπόν μου καὶ ζήσεται] *Nemo enim videbit faciem meam et vivet.* Exod. XXXIII. v. 20. ubi sic habetur apud τοὺς LXX. οὐ γὰρ μὴ ἴδῃ ἄνθρωπος τὸ πρόσωπόν μου καὶ ζήσεται. *Non enim videbit homo faciem meam et vivet.* In vulgata Latina: *Non enim videbit me homo et vivet.* Quod magis Hebraicam ad veritatem accedit. CAPPERONN.

Pag. 1089, 6. Χωρὶς δυνάμεως] *Absque potentialitate.* Nostris sic in scholis loquuntur; non quod impotens sit Deus, sed quod non habeat meram potentiam ab actu suo distinctam et separatam. CAPPERONN.

Pag. 1089, 18. Τὸ Κυλώνιον ἄγος] *Cyloniae caedis labem.* Cylo nobilis Atheniensis, et in Olympicis victor, ex falsa Delphici oraculi interpretatione Athenarum arcem occupavit, tanquam tyrannum acturus. Tum Athenienses ipsum eiusque socios ibi obsessos oppugnarunt. Cylo autem et eius frater clam aufugerunt; caeteri fame consumpti, supplices ad aram quae erat in arce confugerunt. Sed eos inde abductos interemerunt ii, quibus commissa erat urbis custodia. Quosdam etiam in ipso transitu et prope Deorum altaria sedentes interfecerunt. Unde impii et profani ab Atheniensibus appellati sunt, et in exilium acti: et hoc dictum est *Cylonium scelus* sive *labem Cyloniae caedis experire.* Narrant Thucydid. lib. I. circa finem, et Plutarchus in Solone. CAPPERONN.

Pag. 1091, 7. Ὁ θεὸς οὐτε νοῶν λέγεται κυρίως κ. λ.] Vide capita CC. Theologica Sancti Maximi tom. II. pag. 479. ubi locus hic paulo aliter se habet. Sed videtur Gregoras non ad verbum huius sancti Confessoris testimonium laudare. Et sane supra inquit se SS. Patrum testimonia, aut eorum libros, prae manibus non habere. Vide huius disputationis pag. 684. B. CAPPERONN.

*Ibidem.* Ἴνα μὴ σύνθετος λογισθῇ] Erat in Manuscripto,

συνθετολογισθῆ, sed emendavi ex Sancto Maximo, apud quem legitur, *ἵνα μὴ σύνθετος*. CAPPERONN.

Pag. 1091, 13. *Ἡ αὐτοῦπεραγαθότης*] Locus est in scholiis Sancti Maximi ad librum Pseudo-Dionysii de divin. nominib. cap. V. sect. 6. ad vocem *αὐτοῦπεραγαθότης*, pag. 692. edit. Corder. CAPPERONN.

Pag. 1092, 16. *Τὴν οὐσίαν αὐτῶν ἀπόλεσεν*] *Substantiam suam amitterent*. Similia Pseudo-Dionysius habet lib. de divin. nomin. cap. XIII. sect. 2. CAPPERONN.

Pag. 1093, 19. *Φησὶν οὖν*] Proclus Institut. Theologic. lib. VII. cap. 3. CAPPERONN.

Pag. 1094, 4. Secundum lectionem marginalem ita vertes: *Sin unum fiant, ex nullo, id est ex privatione fiunt prius unum, quatenus unum quid ipsi recens inerit*. CAPPERONN.

Pag. 1095, 5. *Ἐν μὲν ἔστι τὸ ὄντως ὄν*] *Verum ens est unum*. Locum hunc non reperi in vulgatis Dionysii. Sed hic auctor, quisquis tandem sit, alia etiam scripserat quae noudum edita sunt, v. g. opus *περὶ νοητῶν καὶ αἰσθητῶν*, quod citat. lib. de Eccles. Hierarch. cap. II. part. III. sect. 2. CAPPERONN.

Pag. 1095, 6. *Οἱ θεοειδεῖς*] *Qui divinam unitatem participant*. Vox haec invenitur etiam in Dionys. lib. de Eccles. Hierarch. cap. II. part. III. sect. 2. Eam sanctus Maximus ibidem explicat per *θεοειδῆ, Deiformia*, quae opponit *τοῖς πολλοῖς καὶ ἀνίμοις*, id est, *vulgo et profanis*. Item Pachymeres ibidem illam exponit per *θεῖα, ὡς ὑψηλά καὶ νῶ μόνῳ ληπτά*, id est, *Divina, ut sublimia et sola mente comprehensibilia*. His interpretationibus versionem nostram accommodavimus. CAPPERONN.

Pag. 1096, 2. *Ὁ αὐτός φησιν*] Dionys. lib. de div. nom. cap. IV. sqq. CAPPERONN.

Pag. 1096, 7. *Ὁ Θεὸς ταῦτα λέγεται*] *Deus haec esse dicitur*, nimirum *pulchrum et pulchritudo*, ut hoc loco fuse postea explicat Dionysius ille, quem hic, ut et alibi, contrahit Gregoras. CAPPERONN.

Pag. 1096, 8. *Ἐκ θεοῦ καὶ ἐν θεῷ*] In editis Dionysii legitur, *Ἐξ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ*, supple, *αὐτοῦπεραγαθότητι*, quae vox Deum ipsum designat. CAPPERONN.

Pag. 1096, 10. *Ἀσχετῶς*] *Sine ulla proportionem*. Ita vocem hanc Dionysii explicant Sanctus Maximus et Pachymeres in suis scholiis. Haec sunt eorum verba, *οὐδενὶ γὰρ λόγῳ, κ. λ. ἔχει τὸ θεῖον τὴν πρὸς τὰ ὄντα σχέσιν τε καὶ κοινωσίαν*, id est, *nulla enim ratione etc. Divinitas habitudinem aut communionem cum caeteris entibus habet*. CAPPERONN.

Pag. 1098, 2. *Πλήρη πεπαιδευμένοις ὄντα*] Textum intelligo quasi scripisset Gregoras, *τὰ τοῦ Διονυσίου κεκρικῶς πλήρη ὄντα τοῖς πεπαιδευμένοις*. Erit, fateor, enallage quaedam, seu ἀντίπτωσις [positio unius casus pro altero] sed quae nec ipsi Platoni, quem

Gregoras in verborum structura nonnunquam imitari conatur, insolita est. CAPPERONN.

Pag. 1100, 21, Ὁ Πλατωνικός Πρόκλος] Procl. Institut. Theologic. lib. VII. cap. 24. Locum hunc Procli laudavit Gregoras libro etiam 36. Histor. Rom. qui liber sextus est inter dogmaticos eiusdem Gregorae tractatus. CAPPERONN.

Pag. 1102, 9. Πανταχῆ ἐστὶν ὀλικῶς καὶ οὐδαμοῦ] Celebre est Philosopho-Theologorum axioma: *Quod ubique est, nullibi est*; intellige, in nullo definite aut circumscripte loco ita ut alibi quoque non reperitur. CAPPERONN.

Pag. 1102, 10. Μετέχεται ἀμεθέκτως] Haec breviter simul et apposite sanctus Maximus explanat scholiis ad cap. II. lib. de div. nom. sect. 5. τὸ κατ' οὐσίαν μὲν ἢ θεότης οὐ μετέχεται· μεθεκτὴ δὲ ἐστὶν ἐν τῷ ἕξ αὐτῆς εἶναι τὰ πάντα καὶ ὑπ' αὐτῆς συνέχεσθαι εἰς τὸ εἶναι. Id est, *secundum substantiam quidem divinitas non participatur, sed est participabilis quatenus ab ea existunt omnia et ab ea continentur atque conservantur ut sint*. Idem fere habet paulo post auctor ipse libri de div. nom. seu potius ipsemet sanctus Maximus, ut mox annotabo. CAPPERONN.

Pag. 1104, 6. Μεθεκτός μὲν ὁ θεός] Locum hunc in vulgatis Dionysii reperire non potui. Et sane sancto Maximo sententiam hanc tribuit Corderius in notis ad Dionys. de div. nomin. cap. II. sect. 5. ubi eam ad verbum ut hic iacet describit, et sic habet: *Adhuc idem* (loquitur de sancto Maximo) *in iis quae in dogmatica panoplia feruntur, participabilis est Deus secundum etc.* CAPPERONN.

Pag. 1104, 11. Οἱ ἐνοτιδεῖς] Vide notam ad pag. 687. C. CAPPERONN.

Pag. 1104, 15. Παλαμναίαν] Alludit auctor ad nomen τοῦ Παλαμᾶ, affine τῷ Παλαμναίῳ, quod sceleratum significat: hanc autem allusionem quia exprimere non potest Latina versio, ipsius Palamae nomen inserui. CAPPERONN.

Pag. 1105, 9. Ἡ ὅτε πράξει κ. τ. λ.] *Quae cum fecerit [malum]* etc. in vulgata Latina sic habetur. *Quae comedit, et tergens os suum dicit: non sum operata malum*. Huic interpretationi consonat Hebraica lectio. CAPPERONN.

Pag. 1105, 10. Φησὶ Σολομών] Proverb. cap. XXX. v. 20. CAPPERONN.

Pag. 1105, 14. Οὐδέεις γὰρ κ. τ. λ.] Exod. XXXIII. 20. CAPPERONN.

Pag. 1105, 19. Παρὰ τὰς ἐπ' ἀλέα λέσχας] Ex Hesiodi oper. et dieb. vers. 491. παρὸ δ' ἴθι χάλκειον θῶπον καὶ ἐπ' ἀλέα λέσχην. Hoc est *praeteri aeneam sedem* (seu *officinas ferrarias*) et *confabulationes quae caedis in locis habentur*. Quidam non obstante metro legunt ἐπ' ἀλέα id est *propter teporem*, seu *teporis captandi gratia*. Ita Eustathius. Guilelmus Canterus una voce legit ἐπαλέα.

Caeterum λέσσαι dicebantur olim philosophorum conventicula. Deinde quia inter ipsos plerumque levissimis de rebus agitabatur, factum est ut mendicorum et vulgi conventus etiam hoc nomine vocarentur, atque inde etiam ipsae nugae λέσσαι dictae fuerunt. CAPPERONN.

Pag. 1105, 19. Εἰς τὰς Διὸς καὶ Σεμέλης κ. λ.] De hac fabula vide quae habet Ovidius Metamorphos. lib. III. CAPPERONN.

Pag. 1107, 1. Λέγων] Plato in Timaeo tom. III. pag. 41. edit. Ioan. Serran. CAPPERONN.

Pag. 1108, 2. Λοκροῖς Ἐπιζεφυροῖς] Ita dicti sunt a promontorio Zephyrio, quod erat in Magna Graecia. Vide Strabon. Geographicon lib. VI. pag. 176. CAPPERONN.

Pag. 1108, 5. Περὶ αὐτοῦ καταλέγει] Plutarch. in Numa pag. 65. edit. 1624. ubi paulo fusiùs haec referuntur. CAPPERONN.

Pag. 1108, 7. Οὔτε γὰρ ἐκείνος] Nec enim ille [Pythagoras]. Hoc videtur esse contra grammaticae leges, ut ἐκείνος referatur ad subiectum proximum: non est tamen: nam re ipsa Pythagoras consideratur hic ut antiquior et a narratione remotior. CAPPERONN.

Pag. 1108, 18. Εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν κ. λ.] Difficilis et intricatus mihi visus est locus iste. Pro ὑπὸ, legi ὑπέρ. Forsan legendum ἐπουράνιον, quod apud Platon. Apolog. Socrat. significat supra coelos positum, aut ὑπερουράνιον eodem sensu. Alia quoque huius loci potest interpretatio afferri hunc in modum: at Palamas, cum se principii expertem et nulli imperio subditum lege inusitata constituisset, rebus sub coelo positis hanc potestatem tribuit, ut increata fieri possint quaecunque in aëre, terra, et aquis, entium genera consistunt. CAPPERONN.

Pag. 1108, 20. Τῆς ἀναισθησίας τῶν ἐπομένων] Sic postea φεῦ τῆς τῶν ἐπομένων εὐθελίας. Sed saepe Graeci subintelligunt φεῦ et ᾧ. Dicunt τῆς τύχης! O qualem fortunam! etc. CAPPERONN.

Pag. 1109, 6. Τὸ τῆς Λαμίας] De Lamii duplex occurrit locus in sacrarum Scripturarum versione vulgata. Alter Isai. 34. ibi cubavit Lamia. Hebr. לַיִיָּהּ quod vertunt of LXX. ὀνοκένταυροι. Symmach. λαμῖαι, alii strix. Alter est Ierem. Threnor. 4. Lamiae nudaverunt mammas. Hebr. לַיִיָּהּ quod of LXX. vertunt δράκοντες, alii cetos, alii serpentes, et sane hoc nomine monstruosum quoddam animal designari omnes fatentur. De iisdem Lamii plura narrant profani scriptores. Plutarchus initio libri de curiositate, ἐν τῷ μύθῳ τὴν Λαμίαν λέγουσιν οἴκοι μὲν εὐδεῖν [male in editis ᾄδειν] τυφλήν, ἐν ἀγγελίῳ τινὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχουσαν ἀποκειμένους. ἔξω δὲ προϊούσαν περιτίθεσθαι [male in editis ἀποτίθεσθαι], καὶ βλέπειν. Hoc est, in fabulis fertur Lamiam domi quidem dormire caecam, oculis in quodam vasculo repositis, at foris egressam, suos sibi oculos inserere, et videre. Philostratus de vita Apollonii Tyanaci lib. IV. cap. 8. λαμίας inter τὰ φάσματα, id est spectra numerat. Ibi quippe dicit, Memippi cuiusdam sponsam fuisse unam

Empusarum, quas Lamias et Larvas, seu Lemures vulgus esse ducit: eas ad amorem pronas esse, et humanas praesertim carnes expetere. Porro cum Apollonius Tyanaeus istam Menippi sponsum interrogasset, et acrius instando torsisset, fassam esse merum se spectrum esse, et Empusam, et Menippi corpore voluisse satiari. Duris Samius Libycorum lib. II. narrat Lamiam fuisse mulierem pulchram: quum Iupiter rem cum ea habuisset, a Iunone zelotypa adactam ad prolem necandam: ex hoc moerore factam deformem, aliarum pueros rapuisse et interfecisse: eam Iunonis ob iram noctes diesque insomnes duxisse, ut eo maiore esset in luctu; Iovis vero miseratione exemptiles tandem nactam oculos, quos pro libito modo tolleret, modo apponere posset, ab eodem obtinuisse ut in quam vellet, se mutaret formam. Testis scholiastes Aristophanis, qui Beli et Libyae fuisse filiam ait. Alii alia insuper narrant. Vide si lubet Diodorum Siculum lib. XX. Pausaniam in Phocicis etc. CAPPERONN.

Pag. 1109, 22. Θεῖος Γρηγόριος] Gregor. Nyss. lib. II. contra Eunom. tom. II. pag. 473. CAPPERONN.

Pag. 1110, 2. Οὐκοῦν τοῦ ἀνυπόκτου εἶπεν ὁμοίωμα] *Itaque rei non existentis imaginem et similitudinem ipsum [Christum] esse dixit.* Scilicet paulo supra dixerat Eunomius apud S. Gregorium loco citato, *υἱός ἐστιν εἰκὼν καὶ σφραγὶς τῆς τοῦ παντοκράτορος ἐνεργείας.* *Filius est imago et sigillum operationis [Dei] qui est omnipotens.* CAPPERONN.

Pag. 1111, 1. Γρηγορίῳ τῷ θεολόγῳ] Gregor. Nazianzen. orat. 42. in Pascha pag. 692. CAPPERONN.

Pag. 1111, 4. Καὶ πάλιν] Idem orat. 42. in novam Dominicam. CAPPERONN.

Pag. 1112, 9. Ὅσα τὸ πρότερον ἔτος] *Annno proxime elapso.* Gregoras Acta Synodi Palamiticae et suam hanc cum Cabasila disputationem descripsit anno Christi MCCCLII. mensibus Iulio et Augusto. Libros Antirrheticos, priores quidem, condiderat antequam Cantacuzenus occupato Byzantio rerum potiretur, hoc est, ante ann. MCCCLVII. posteriores vero non edidit, nisi anno demum MCCCLIII. ut in eius Vita dictum est. Itaque hoc loco τὸ πρότερον ἔτος, quo significat editos a se libros Antirrheticos, non potest esse *annus proxime elapsus*: nisi Antirrheticos priores semel quidem ante ann. MCCCLVII. iterum autem ann. MCCCLI. editos ponamus: id quo minus verum puto. Malim igitur τὸ πρότερον ἔτος interpretari *primo vel priore anno*, ut intelligatur annus primus susceptae adversus Palamam disputationis, non autem novissimus, seu proxime elapsus. Sic idem Gregoras Hist. lib. XXI. pag. 625. E. προτεραίαν vocat eum diem, qui primus fuit, non qui proxime praecessit. Vide notas ad eam paginam, ubi et simile aliud exemplum affertur. BOIVIN.

Pag. 1112, 17. Ὁ προφήτης] Isai. XI. CAPPERONN.



Pag. 1113, 7. Τῶν κατὰ διαίρεσιν χαρισμάτων ] *E gratis gratuitis, quas Deus diversimode distribuit.* Sic vocant theologi ea externa Dei dona, quae potius ad caeterorum utilitatem dantur, quam ad emolumentum illius in quem conferuntur; ut dona miraculorum, linguarum etc. CAFFERONN.

Pag. 1114, 7. Ἡ σὺ κάκεινα ἐν καὶ ταυτὸν ἐρεῖς τῇ τοῦ Θεοῦ οὐσία ] Videtur hic Palamas impегisse in eum errorem, qui abbati Ioachimo tributus est, et in Concilio Lateran. IV. sub Innocent. III. anno Domini 1215. damnatus: quod nempe tres personae divinae, non tantum inter se, sed et ab essentia divina realiter distinguerentur. Hoc autem catholicae fidei maxime adversatur. Nam in hoc praecipue stat sanctissimae Trinitatis mysterium, quod una sit omnino natura, et tres personae realiter distinctae: quae tamen ab unica illa natura realiter non distinguantur. CAFFERONN.

Pag. 1114, 10. Ἄς ὁ προφήτης ] Isai. XI. CAFFERONN.

Pag. 1114, 13. Ὁ κρῖνων πᾶσαν κ. τ. λ. ] Genes. 18. CAFFERONN.

Pag. 1115, 2. Τὸ ἀπὸ καταβολῆς κόσμου ἡτοιμασμένον ] Al-ludit Palamas ad Matth. cap. XXV. *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.* CAFFERONN.

Pag. 1115, 7. Περὶ τῆς Θείας μεταλήψεως ] Ita Graeci vocant sacrae Eucharistiae sumptionem: quia ut belle habet S. Ioan. Damasc. lib. IV. orthod. fid. δι' αὐτῆς τῆς Ἰησοῦ Θεότητος μεταλαμβάνομεν, *per eam Christi divinitatis participes efficitur.* Differunt autem apud Graecos interdum *μετάληψις* et *μετάδοσις*. Quippe *μετάληψιν* vocant sanguinis, *μετάδοσιν* vero corporis dominici communionem. Unde in imaginibus quae depingi solent in sacri altaris conchis, Christus effingitur sacrae mensae assidens manibus in crucem decussatis: dextra quidem, cui vox *μετάληψις* inscripta est, calicem; sinistra, ubi vox alia *μετάδοσις* legitur, panem sanctum porrigens. Hinc in liturgia, Chrysostomi nomine inscripta, *μετάδος μοι δέσποτα τὸ τίμιον καὶ τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Κυρίου, Domine impertire mihi honorabile ac sanctum domini corpus.* Et postea, *καὶ μετὰ μετάληψιν σπογγίζει τῷ καλυμματι τὸ ἅγιον ποτήριον, et post participationem [sacri sanguinis] abstergit velamine sanctum calicem.* *μετάληψις* sumitur etiam de perceptione τοῦ Ἀντιδώρου, seu panis benedicti. Pachymer. lib. V. cap. 8. ἐν μετάληψει δὲ Θελοῦ ἄρτου ὃν Ἀντίδωρον λέγουσι, *in perceptione divini panis quem vocant ἀντίδωρον, id est, Eucharistias supplementum:* denique de perceptione aquae benedictae, Eucholog. Allatian. πάντων δὲ μεταλαμβάνομένων καὶ ἀγιαζομένων ἐκ τοῦ ἀγιασμάτων. *Cum omnes participarent aquam benedictam eaque sanctificarentur.* CAFFERONN.

Pag. 1115, 20. Πᾶσι τοῖς ἄλλοις λόγοις, ὑπὲρ ἑξήκοντα οὐσί ] *Caeteris orationibus, quas plus sexaginta scripsit.* Palamas orationes scripsit multo plures quam sexaginta. Exstant in uno Codice Regio (is est Codex 2404.) Homiliae variaque eius opuscula

plus septuaginta. Exstant et in aliis Codicibus non pauca alia Gregoras hoc loco de Palamae orationibus iis tantum loqui videtur, quae de rebus controversis scriptae erant. Earum multas continet Codex Regius 2409. In iis sunt: I. *Libri contra Acindynum decem continui*; qui omnes, exceptis tribus, ἀντιλόγητοι inscribuntur. II. Libri duo Apologetici: primus περὶ θεῶν ἐνεργειῶν καὶ τῆς κατ' αὐτὰς μεθέξεως. Secundus περὶ θείας καὶ θεοποιουῦς μεθέξεως, ἢ περὶ τῆς θείας καὶ ὑπερφυοῦς ἀπλότητος. III. Liber singularis, ὅτι Βαβλαῦμ καὶ Ἀκύνδυνός εἰσιν οἱ διχοτομοῦντες κακῶς ὄντως καὶ ἀθέτως εἰς δύο ἀνίσους θεότητας τὴν μίαν. IV. Dialogi duo. Primus *Orthodoxi cum Barlaamita*. Secundus *Theophanis Orthodoxi cum Theotimo ex Barlaamita*. V. *Refutatio eorum quae Acindynus contra Palamam scripserat*. In hoc opusculo proponuntur primum Palamae verba; deinde ea quae Acindynus contra obiecit; tum denique ea quae Palamas contra reposuit. VI. *Epistolae seu potius Orationes dogmaticae, Apologeticae et Antirrheticæ variae ad varios*. Continet praeterea idem Codex *Delectum testimoniorum ex S. Scriptura et ex Patrum libris excerptorum et in Capita seu Hypotheses sexdecim distributorum*: item narrationem disputationis coram imperatore inter Palamam et Gregoram habitae in Palatio: nec non iambicum poema contra Acindynum: quae omnia vel Palamas ipse, vel insignis aliquis Palamita, elucubravit. In Codice 2404. duae sunt homiliae de re controversa, nempe de *Thaborio lumine*, quod et increatum et a substantia divina diversum Palamas statuit. In Codice 2432. Gregorio Palamae, tanquam auctori, tribuuntur *Capita CL physica, theologica, moralia et practica contra Barlaamiticōs errores*: item interrogationes et responsiones, de iis qui propriam mentem intra corpus conantur perspicere, an recte agant. Vide *Historiam Litterariam Guil. Cave. Partis II. pag. 507. et 508*. Omitto quae in aliis Codicibus Regiis sparsa et disiecta reperire est. Asservantur in Bibliotheca Seguieriana tres tomi Operum Gregorii Palamae. Sed ad eam Bibliothecam aditus non patet. BOIVIN.

Pag. 1116, 21. Τρεῖς τῆς θείας φύσεως ὑποστάσεις διαφόρους εἶναι νομοθετεῖ] *Tres divinae naturae hypostases [a divina substantia] distinctas esse statuit*. Ita intelligendum esse Gregoram patet, tum quia non posset Palamae simpliciter exprobrare divinorum hypostaseon pluralitatem, et distinctionem; tum quia supra Palamas negabat, τὰ ὑποστατικά τῆς ἀνωτάτω Τριάδος ἓν καὶ ταῦτὸν εἶναι τῆ τοῦ θεοῦ οὐσία, *supremae Trinitatis personas esse unum et idem cum Dei substantia*. CAPPERONN.

Pag. 1121, 2. Ὡν ὁ προφήτης] *Isai. XI. CAPPERONN.*

Pag. 1121, 10. Πορευθέντες μαθητεύσατε κ. τ. λ.] *Matth. XXVIII. CAPPERONN.*

Pag. 1121, 19. Μάξιμος τὰδε διέξει:] *Locus est tom. I. edit. Combefis, in scholiis ad 54. quaestion. in sacram Scripturam. Porro scholia ista sunt ipaiusmet sancti Maximi, qui ea prolixioris*

explicationis causa subiunxit, ut ipse de se testatur praefatione scholiis praefixa, quam habes tom. I. pag. 18. CAPPERONN.

Pag. 1121, 21. Καὶ ἐπαναπαύσεται κ. τ. λ.] Isai. XI. CAPPERONN.

*Ibidem.* Ἐπτά πνεύματα] *Septem spiritus.* Sex tantum sunt in Hebraico textu. Nam יהוה יראתו *timor Domini* bis reperitur; nempe versibus 2. et 3. licet has voces modo per *pietatem*, modo per *timorem Domini* verterint of LXX. et Latinus interpres. Hebraeis itaque spiritus pietatis et timoris Domini unicus est, qui iisdem vocibus יהוה יראתו designatur. Sed ut a Grotio annotatum est, divinus ille spiritus crevit in Christianismo: ideo in septem iam diu a theologis Christianis distribuitur, forsitan ex Apocalyps. I. v. 4. *gratia vobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui venturus est, et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt*; quanquam fateatur Grotius ex multorum interpretum sententia, hic a sancto Ioanne angelos designari; quia receptum est apud Hebraeos, septem esse maximos angelos qui Deo adstant, nempe quomodo septem principes adstant regi Persarum, quae aula quia erat magnificentissima, ideo ad eius formam Dei aulam formabant veteres Hebraei. CAPPERONN.

Pag. 1121, 23. Πνεῦμα ἐπιστήμης] Apud τοὺς LXX. legitur εὐσεβείας. Apud Latin. vulgat. *pietatis*, rectius. Hinc laboravit sanctus Maximus ut exponeret diversas proprietates γνώσεως et ἐπιστήμης, *cognitionis et scientiae.* CAPPERONN.

Pag. 1122, 18. Τῆς γραφῆς ὁ λόγος] Psalm. CX. Eccles. I. CAPPERONN.

Pag. 1123, 8. Ἐάν ἢ τις πρῶτος κ. τ. λ.] Matth. XI. CAPPERONN.

Pag. 1123, 21. Συνάδει Βασίλειος] S. Basil. in cap. IV. Isa. tom. I. pag. 929. CAPPERONN.

Pag. 1124, 5. Πνεῦμα σοφίας κ. τ. λ.] Isai. XI. v. 2. et 4. CAPPERONN.

Pag. 1124, 7. Οὐκ ἔχοντα κ. τ. λ.] Psalm. XIII. CAPPERONN.

Pag. 1124, 8. Τοῦ κατὰ τὸν Κύριον ἀνθρώπου] Sic Origenes, quem magni faciebat S. Basilus, Christum saepe vocat, maxime libris contra Celsum. Nihil ibi frequentius ea locutione, ὁ κατὰ Ἰησοῦν ἀνθρώπος, id est, *Christus homo, Christi humanitas.* Nec ad Nestorianismum vergit haec loquendi formula, si recte perpendatur. Nam Graece dicunt etiam, ὁ κατὰ μὲ λόγος, pro ἐμὸς λόγος. Itaque ὁ κατὰ Ἰησοῦν ἀνθρώπος est *ipse Christus homo, Christi humanitas.* Unde hac phrasi non prorsus inepte divini Verbi cum humana natura unitio exprimitur. CAPPERONN.

Pag. 1124, 11. Καὶ ὁλοεὶ ὄνειδος κ. τ. λ.] Psalm. XIII. CAPPERONN.

Pag. 1124, 20. Ἀθανάσιος] Athanas: Epist. I. ad Serapion. tom. I. CAPPERONN.

Pag. 1125, 1. Ἐγὼ στερεῶν βροντὴν καὶ κίλων πνεῦμα ] In Hebraeo textu legitur יוצר הרים id est *formans montes*, ut et vulgatus interpres Latinus vertit. Doctissimus Drusius recte coniicit τοὺς I.XX. pro הרים id est *montes*, legisse עבר הרים hoc est *tonitru*, sicut mox ibidem pro מה-ישורו id est *quae sit cogitatio eius*, legerunt coniunctim וישורו quod vertunt τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, *Christum eius*. CAPPERONN.

Pag. 1126, 11. Τοῦ υἱοῦ ὄντος κ. τ. λ.] Roman. 8. Isai. XI. Ioh. XVIII. 1. Cor. I. et II. CAPPERONN.

Pag. 1126, 15. Καὶ Γρηγορίου ] Gregor. Nazianz. orat. XXXVII. quae est postrema de theologia et inscribitur de Spiritu sancto. CAPPERONN.

Pag. 1126, 18. Ἐγὼ φιλῶ, κ. τ. λ.] I. Cor. I. Sap. I. Roman. VIII. Ioh. IV. 2. Cor. III. Isai. XI. CAPPERONN.

Pag. 1127, 8. Οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ θελοῦ πνεύματος ὀνόματα ] Et sane permulta ibi sanctus Gregorius recenset sancti Spiritus nomina et attributa, quae praesertim sacris e Scripturis excerptis. In ea ipsa duntaxat pagina, unde testimonium hic laudatum sumpsit Gregoras, septuaginta duo numeravi sancti Spiritus nomina, quae legere poteris tom. I. pag. 610. edit. Bill. CAPPERONN.

Pag. 1128, 13. Ἐν εὐαγγελίοις κ. τ. λ.] Luc. XI. Matth. XII. CAPPERONN.

Pag. 1129, 15. Ἀγνοτος ] Luc. XII. v. 10. CAPPERONN.

Pag. 1129, 19. Ἐν Βεελζεβούλ ] Ita Graeci pro *Beelzebub* constanter legunt *Βεελζεβούλ*, quam scripturam retinendam esse censet eruditissimus Drusius tantisper dum quis probaverit eam a scribis corruptam fuisse, et non ab usu, et vulgo. Nam si ab usu est illius temporis, et Evangelistae eam retinuerunt, cur nos mutabimus? Caeterum *Beelzebub* est ab Hebraeo בעל זבוב, quod significat *Dominum muscarum*: et est nomen idoli Accaronitarum, de quo IV. Reg. cap. I. Hoc nomen Israëlitae postmodum in contemptum huius idoli dabant daemoniorum principi, ut patet Matth. X. et XII. CAPPERONN.

Pag. 1132, 8. Τὸ δὲ συνδοξάζον τῷ λόγῳ τὴν κτίσιν ] *A quo aequae atque a Verbo creatura glorificatur*, id est, *ad gloriam evahitur*. In editionibus Athanasii veter. et nov. legitur *συνάπτιον*, sensu minus commodo. Nam ex Athanasii sententia Spiritus sanctus creaturas Verbo non coniungit, sed Spiritus sanctus, simul cum Verbo eas Patri coniungit, seu adducit, *προσάγει*, ut hic habetur. Rectius itaque legitur *συνδοξάζον*, ita ut τῷ λόγῳ *συνδοξάζον τὴν κτίσιν* sit idem quod supra, *ἐν τούτῳ [πνεύματι] τὴν κτίσιν ὁ λόγος δοξάζει*. Editionis novae auctor eruditissimus recte iam annotarat in 4 MSS. Cod. legi *συνδοξάζον*. CAPPERONN.

Pag. 1132, 11. Καὶ πάλιν κ. τ. λ.] Athanas. orat. olim IV. iam III. contra Arianos. CAPPERONN.

Pag. 1132, 12. Ἐκτός ἐστιν οὗτος τῶν βουλήσει γεγονότων ]

*Verbum est extra numerum eorum, quae libera Dei voluntate facta sunt.* Hoc solemne est apud S. Athan. et alios SS. Patres, ut dicant Filium divinum τῆ φύσει genitum esse, non autem θελήματι factum: ita ut τὸ φύσει intelligatur de operatione Dei, ut iam in scholis loquimur, *ad intra*; et τὸ θελήματι de operationibus *ad extra*, non quod Filius sit ἀθέλητος τῷ πατρὶ, καὶ μὴ βουλομένου τοῦ πατρὸς, id est, praeter voluntatem Patris et nolente Patre; hoc enim diserte negat Athanasius ibidem: sed quod non sit productus in tempore quando Deus primum voluerit, ita ut potuerit nolle. Hoc quippe sensu creaturas duntaxat voluntate Dei factas fuisse docet eodem loco sanctus doctor. CAPPERONN.

Pag. 1132, 14. Καὶ πάλιν κ. τ. λ.] Athanas. orat. olim III. iam II. contra Arianos. CAPPERONN.

Pag. 1134, 6. Ἀθανάσιος] Athanas. orat. olim IV. iam III. in Arianos. CAPPERONN.

Pag. 1134, 9. Σολομῶντι λέγοντι] Proverb. III. v. 19. CAPPERONN.

Pag. 1134, 10. Ἐν ψαλμοῖς] Psalm. CXIII. v. 9. CAPPERONN.

Pag. 1134, 16. Δαβὶδ] Psalm. LXIV. v. 7. Psalm. XCIII. v. 4. CAPPERONN.

Pag. 1135, 18. Ἐν κίθω τὴν κεραιαν δρωῖντες] Proverbium est, quod varie simul atque erudite Desiderius Erasm. exponit Chiliad. I. Centur. VI. Proverb. XV. Ipsum consule, si lubet. CAPPERONN.

Pag. 1136, 10. Μήθ' ὄσιον εἶναι πιστεύειν, αἷμα καὶ σῶμα τὸν τε οἶνον γίνεσθαι καὶ τὸν ἄρτον ποτὲ τοῦ Χριστοῦ· τύπον γὰρ ταῦτ' εἶναι ἐκείνον, καὶ οὐκ ἐκείνον αὐτόχροημα] His Palamitarum verbis errorem Sacramentarium contineri, non omnino negaverim. Verum illorum patrociniis haud scio an suam opinionem tueri velint recentiores haeretici, cum in hanc Palamitarum sententiam tam acriter invehatur Gregoras, eam impietatis ream arguat, et luculentis SS. Patrum testimoniis confodiat. Aliquando, fateor, apud plurimam ecclesiae Graecae partem obtinuit Palamitarum doctrina, ut patet ex Palamitica Synodo: sed nonnisi quod spectat essentiae divinae ab attributis distinctionem, et Thaborici luminis divinitatem: nec enim obtinuit quantum ad illa consecratoria, quae Palamitis exprobrabat Gregoras. Sic verbi gratia Palamitis Iconomachorum errorem saepius obiicit Gregoras: at Palamitas revera Iconomachos fuisse, aut Iconomachorum errorem apud Orientalem ecclesiam tum instauratum et approbatum fuisse, nemo dixerit. CAPPERONN.

Pag. 1136, 19. Ἰωάννης] S. Ioan. Damasc. lib. IV. orthodox. fid. cap. XIV. CAPPERONN.

Pag. 1137, 21. Ἀνωτέρω] Lib. XIX. cap. III. et IV. CAPPERONN.

Pag. 1138, 17. Ἀνωτέρω] Vide lib. XIX. cap. III. et IV. CAPPERONN.

Pag. 1139, 2. Δι' οὗ ἠράσθη πράγματος] *Per id quod valde concupivit.* Alludunt, opinor, ad Christi verba, Lucae cap. XII. v. 15. ἐπιθυμία ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ Πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν πρὸ τοῦ με παθεῖν. *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar.* CAPPERONN.

Pag. 1139, 3. Ὡς κυρίως καὶ ἀληθῶς σῶμα αὐτοῦ λάβωμεν] *Velut proprie ac vere corpus ipsius accipiamus.* Notanda sunt haec verba, quibus Iconomachi realem Christi praesentiam in Eucharistia videntur admisisse, aut sibi ipsis contradixisse; quod eis exprobrat Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus, Antirrhético II. apud quem tamen (ubi Iconomachorum verba refert) deest vocula ὡς, quae hic emollitiva videri possit. Vide clarissimum auctorem Perpetuitatis Fidei circa Eucharist. tom. I. lib. VII. cap. V. CAPPERONN.

Pag. 1139, 14. Ὑπερφυσῶς μεταβάλλεται] *Supernaturaliter transmutantur.* Locus hic Theodoro Grapto attributus iacet in fragmento eius operum apud Combefisium libro cui titulus: *Manipulus Originum Constantinopolitanarum.* Idem locus reperitur ad verbum in Nicephoro patriarcha Constantinopolitano (Tarasii successore) Antirrhético II. apud Allatium lib. III. de perpet. consens. cap. XV. ubi plenior describitur: atque hinc etiam possit confirmari, Nicephorum patriarcham auctorem esse illorum operum quae sub Theodori Grapti nomine circumferuntur. CAPPERONN.

Pag. 1140, 28. Ὁ ἄρτος, φησὶν] *Panis, inquit S. Gregor. Nyssen.* Locus hic ad verbum non legitur, cap. XXXVII. orationis Catecheticae, ubi de Eucharistiae mysterio agit S. Gregorius: sed in eundem sensum ibidem plurima edisserit sanctus doctor. An vero alium sancti Gregorii librum hic citaverit Gregoras, ut negare non ausim, ita nec affirmare vellem. CAPPERONN.

Pag. 1141, 16. Βοῶντος τοῖς Μανιχαλοῖς] *Manichaeis clamantem,* seu potius Apollinaristis; ut patet oratione S. Athanasii de incarnatione Christi, ubi in Apollinaristas totus invehitur. Et certe oratio illa inscribitur κατὰ Ἀπολλιναρίου, et postea dicit S. Athanasius, Apollinaristas κατὰ τὴν τῶν Μανιχαλῶν ἀσέβειαν ὑπολαμβάνειν, *Manichaeorum sententiam amplecti.* CAPPERONN.

Pag. 1141, 17. Τοῦ καινοῦ καθ' ὑμᾶς Εὐαγγελίου] *Novi secundum vos Evangelii.* Alludit Gregoras ad solennes Evangeliorum titulos: κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, κατὰ Λουκᾶν. CAPPERONN.

Pag. 1142, 10. Καὶ ἀλλοχού] *Et alibi,* nempe oratione de sanctissima Deipara: sed spurium esse hunc sermonem nemo iam eruditorum non iudicat, cum sole clarior se prodat styli huiusce ab Athanasiano discrepantia. Vide clarissimum et doctissimum auctorem novae editionis τῶν Athanas. tom. II. pag. 389. CAPPERONN.

*Ibidem.* Οὐχ ὅτι ἐνέργεια παρὰ τοῦ πνεύματος ἐγένετό τις] *Non quod aliqua energia, seu operatio, a sancto Spiritu facta sit etc.* Hic auctor, quisquis sit, non negat incarnationem peractam fuisse divina sancti Spiritus virtute: sed vult hocce mysterium non consistere duntaxat in illa speciali sancti Spiritus operatione: vult insuper ut ipsum Dei Verbum cum humana natura hypostatice seu substantialiter unitum fuerit. Non ergo solummodo specialiter operabatur in Christo divinitas: verum eius humanitati vere coniuncta erat; et hoc iuvare potest, ut catholicæ fidei a Nestoriana hæresi discrimen intelligatur. CAPPERRON.

*Pag. 1142, 18.* Ὡς νῦν γε] Si legas ὅς νῦν γε, sic vertendum erit: *Arius et Eunomius proferentes eadem cum Palama; qui nunc etiam easdem cum ipsis voces emittens, una cum ipsis eodem gladio iugulatur.* CAPPERRON.

---

# INDEX RERUM, NOMINUM ET VERBORUM

TAM IN NICEPHORI HISTORIA QUAM IN ANNOTATIONIBUS  
MAXIME MEMORABILIVM  
A IOANNE BOIVINO CONFECTUS.

*Numeri sunt paginarum et versuum editionis Bonnensis.*

- Abaagi** 86, 13.  
**Ἀβδηρα, Ἀβδηρα, Ἀβδηρα, Ἀδηλα,**  
**Βηρα** 1263, 86.  
**Abii** 81, 7.  
**Abraham** 1114, 13.  
**Absolutionis syngrapha** 106, 1.  
**Ἀβυσσος**, adiective 1245, 24.  
**Academia** 326, 2. 334, 12. 334, 23.  
344, 13. 471, 12. 476, 9. 897, 13.  
**Acarmania** 658, 10.  
**Acarmanes** 110, 10. **Acarmanum me-**  
**tropolis** 551, 6. obaldetur ab An-  
dronico iuniore 551, 19.  
**Acclamations** 896, 4. 611, 21.  
**Achaia** 128, 2. 250, 5. 251, 15. **Achaiae**  
**et Peloponnesi principis uxor vi-**  
**dua** 546, 6. **Achaei** 114, 20.  
**Achelus** 110, 14.  
**Achilles** 938, 20. **doloris impatiens**  
494, 11.  
**Achris** 73, 2. **patria Iustiniani** 1155,  
23.  
**Acindynus** 906, 9.  
**Acroceraunia** 110, 13.  
**Acronycha lux** 619, 15.  
**Acropolis** 1152, 10. 1153, 8. 1161,  
42. 1161, 35. 1161, 42. 1162, 38.  
1166, 33. 1167, 17. 1168, 11.  
**Acta Apostol.** 930, 8.  
**Actuarius medicus** 1258, 24.  
**Adamus** 367, 19.  
**Ἀδελφον μονή.** Vide *Monasterium.*  
**Adonis** 285, 25.  
**Adrianopolis** 315, 22. 430, 7. 546,  
16. 797, 9. 798, 19. Vide *Orestias.*  
**Adrianus imp.** 824, 24.  
**Aegae** 194, 13. 195, 1.  
**Aegaeum mare** 37, 22. 311, 13. **cum**  
**fauces** 766, 15. **insulae** 98, 16. 285,  
10. 523, 2. 534, 12. 597, 14. 797,  
25. **littus** 626, 14.  
**Aegyptus** 323, 9. 348, 10. **primum**  
**sapientiae domicilium** 326, 13. **Ae-**  
**gypti imperium divisum, et prin-**  
**ceps** 392, 20. **migratio Israelitarum**  
**ex Aegypto** 369, 2. **Aegyptiorum**  
**Arabum imperium latissime patens**  
102, 17. 106, 23. **Aegyptii, effoe-**  
**minati et imbelles militibus e Scy-**  
**thia ascitis, Africam et Libyam de-**  
**mant:** Gallos Phoenicia et Syria  
**exterminant** 101, 20. **Aegyptiis mer-**  
**catoribus navigatio per Bosphorum**  
**temere concessa** 101, 22. **Aegyptii**  
**circulatores Constantinopoli veni-**  
**unt** 348, 6. **mira spectacula ab**  
**his exhibita** 348, 21. 349, 19. 350,  
6. **eae artes, ut quaeuostuosae, ita**  
**etiam exitiosae artificibus:** **Byzan-**  
**tio egressi Europam pervagantur:**  
**Gades usque penetrant** 350, 21.  
**Aegypti et Arabiae Sultanus.** Vide  
*Sultanus.*  
**Aenus, maritimum oppidulum** 100, 3.  
101, 3.  
**Aeolia** 214, 21.



- Aequinoctium verum et proprie dictum 365, 16. 366, 15. 368, 1. tempore mortis Christi 366, 11.
- Aër 930, 22.
- Aerarii penuria 854, 17.
- Aeschylus in Prometh. 383, §. 6, 1035, 17.
- Aesopi Phrygii dictum 814, 24. fabula de lupo et agno 1018, 20. 1034, 15.
- Aestas media, pro vere exeunte 1276, 43.
- Aetherea Palatii aedicularia 616, 19.
- Aetolicae res 538, 23. 544, 19.
- Africa ab Aegyptiis domita 102, 17.
- Agamemnon 725, 7.
- Agarani Asiam populates 304, 17.
- Agathias 1155, 43. 1240, 45.
- Agesilaus Spartanus 124, 18. fugiens 486, 10.
- Alani 422, 19. Vide *Massagetae*.
- Alemanii, qui et Galatae occidui 277, 18.
- Alemannus (Nicolaus) 1155, 24. 1156, 1.
- Alexander Magnus 310, 18. 401, 8. 494, 13. 519, 5. 701, 4. 807, 24. 810, 19. Alexandri M. diadema 519, 5.
- Alexander, Mysorum seu Bulgarorum rex, principatum adeptus, Romano fines vastat: urbes amissas recipit 458, 3. pacem petit ab Andronico iuniore: non impetrat 484, 6. viribus superior, cum Romanis configit 484, 18. eos fundit fugatque 487, 4. misericordia motus, pacem victis ultro concedit: imperatorem, benigna admonitione castigatum, dimittit 488, 18. socium se adiungit Byzantiis contra Cantacuzenum 708, 5. Vide 596, 15. 616, 3.
- Alexandri Mysorum principis filio uxor datur Andronici iunioris filia 546, 18.
- Alexandria Aegypti 102, 8. 216, 12. 392, 22.
- Alexandrinus patriarcha. Vide *Athanasius*.
- Alexius. Vide *Angelus*, *Apocaucus*, *Comnenus*, *Lascaris*, *Palaeologus*, *Philanthropenus*, *Strategopulus*.
- Allage, loci nomen 150, 4. 1181, 42.
- Allatius (Leo) 1155, 21. 1159, 13. 1160, 32. 1175, 39. 1176, 16. 1186, 14. 1187, 11. 1216, 27. 1161, 35. 1175, 43. 1192, 15. 1234, 19. 1263, 1. 1285, 9. 1289, 44. tempora confundit 1249, 15. Allatii indignatio in recentiorum Graecorum poësin 1226, 23. Allatii Euchologium 1817, 40.
- Allusio ad verba Scripturae 1311, 20. 1314, 29. 1317, 18. 1322, 4. adnomen Palamae 1314, 29.
- Almansurus (Nuraddinus) 1171, 23.
- Almugavari 220, 9. 1201, 30.
- Alpes 102, 24. 240, 1. 286, 19. superatae ab Hannibale 91, 5.
- Amagabari. Vide *Almugavari*.
- Amazones 34, 2.
- Ἀμύβειν* 1256, 19.
- Ἀμορρακίης*, Amorabakin, Amourabaquin etc. 1178, 17. 1274, 10.
- Amos 1125, 1.
- Amphipolis 457, 14. 626, 19.
- Amurius Satrapa Melecum Azatinæ filium vincit 137, 13. Amurii liberi a Sangario ad Paphlagoniam dominantur 214, 23.
- Amurius, Lydiae et Ioniae princeps, reliquis Satrapis potentior: maris imperio potitur 597, 11. Cantacuzeni amicus fidelissimus 597, 21. eum defensusur magnam classem apparat: eodem iubente domi remanet 598, 9. 598, 14. media hieme Hellespontum traicit, illum quae-siturus: Irenen imperatricem non adit, ne dolorem conspectu augeat 648, 9. acre et vehementer amici desiderium verbis declarat: mira in homine barbaro humanitas 649, 13. utri prima laus tribuenda, Cantacuzeno an Amurio 650, 4. de amico sollicitus, oblata ab Irene cibaria et vestimenta repudiat 650, 22. eandem in summam angustias adductam consolatur 651, 9. hieme exercitum infestante, domum redit 652, 3. Thessalonicam vi expugnandam censet 676, 7. Cantacuzenum reprehendit 677, 1. a Byzantiis pecuniam accipit: in Asiam traicit, brevi rediturus 694, 10. Latina classis ad Smyrnam appulsa eum detinet 708, 6. idem in Thraciam redit: Byzantium usque progreditur cum Cantacuzeno: urbis aspectu obstupescit 726, 24. cum copiis mare transmissurus, Smyrnaeam Latinarum arcem cit expugnatum: missili telo occisus cadit 834, 14. Vide 661, 8. 666, 17. 672, 3. Amurii milites alii domum redeunt,

alii Cantacuzenum sequuntur 667, 10.  
 Anacharsidis apophthegma 618, 22.  
 Anagnosta (Ioannes) 1299, 87.  
 Ἀνακλητικήρα Θεῶν 1269, 23. 1294, 44.  
 Anastasii quaestiones 1800, 2.  
 Anathematizati ab episcopis Cantacuzeniani 832, 5.  
 Anathematismi in Palamam pronuntiatum a Ioanne patriarcha debent valere 923, 5.  
 Anaxagoras 336, 16.  
 Anchialus 487, 21.  
 S. Andreas. Vide *Monasterium*.  
 Andronicus imp. (is qui Senior dictus est) receptam ex Latiniis Urbem bimulum ingreditur 87, 13. uxorem ducit Annam (Hungaram) 167, 22. imperii insignibus ornatur: iusiurandum praestat et accipit: eius nomen edictis subscriptum 109, 7. Tralles instaurat 142, 14. patris cadaver sine honore sepeliendum curat 153, 2. patri succedit: imperii initia turbulenta 158, 1. aequitas 162, 17. viduus uxorem petit ab Hispanorum rege: Irene ei datur, idque inconsulto Papa 167, 24. paterni sceleris vindictam timet: Iascarem coecum invisit: in Orientem abit 173, 5. quinam ei auctores fuerint, ne sumptum faceret in classem 174, 10. Constantinum Porphyrogenitum fratrem suspectum habet; quasnam ob causas 187, 3. in Asiam transit: Porphyrogenitum in carcerem coniecit; item eius amicos 190, 15. Romanis diffusus, ad auxilia externa se convertit; quanto rei Romanae damno 205, 3. Athanasium in sedem patriarchalem restitutum censet 215, 9. plurimi refragantur: quidam obtemperant 216, 2. illum Chrysostomo aequiparat 216, 18. uxores duas habuit, liberos sex 234, 7. uxoris Irenes petitioni refragatur 234, 16. lenis et miti ingenio 237, 8. Christopolitanae angustias munit: milites conscribi curat, Catalanis opponendos 246, 7. mercenarios milites peregre accire statuit: a Crale genero auxilium petit 263, 10. accipit ab eo et a Latinis 263, 10. 263, 8. triremibus obstructo Hellesponto,

cavet ne auxilia barbaris ex Asia submittantur ibid. mavult vetera aedificia instaurare quam nova construere: eius modestia laudata 273, 24. templa ab eo restituta: opera alia publica 274, 22. Andronicum nepotem caeteris omnibus praefert: apud se educat 283, 13. de Manuelis occisi morte moeret gravissime 286, 8. nepotem iudicio publico reum agere constituit 302, 23. eius cum Metochita de ea re deliberatio 303, 4. Pontifices convocat: nepotem arcessit: paternis verbis obiurgat: iniurandum dat et accipit 312, 16. indignantis exclamatio: anxietas: deliberatio de nepote comprehendendo 315, 2. legatos ad eum mittit 320, 7. cum ipso paciscitur 321, 1. Aula studii bonarum artium floret 327, 1. imperatoris sapientia; eloquentia 328, 9. benevolentia erga Gregoram 339, 22. consulto Psalterio pacem spectat 358, 9. colloquitur cum nepote; reconciliatur 359, 4. consilium Gregorae de die Paschali constituendo probat: rem aggredi metuit 372, 19. equo delicitur 373, 17. de nepotis consiliis per transfugam certior factus 393, 2. urbis adita ei interdict: multa crimina obicit 393, 21. litteris ad Cralem et ad Demetrium Despotam scriptis, copias cogi et urbes praesidiis firmari iubet: ab ipso filio Theodoro Marchione proditor 394, 17. suorum perfidia irritatus, animum patriarchae Kasiae explorare statuit; item aliorum pontificum 304, 10. 402, 10. oratione coram iis habita, rationem offert cur imperium non abdicet; nepotem notat; poenis ecclesiasticis coercendum censet 403, 12. acerbe conqueritur de patriarcha, qui nepoti faveat 405, 13. belli pertaesus, inita cum Bulgaro societate, animum erigit 411, 10. victo ad Mauropotamum exercitu (415, 8.) a nepote exorari non potest 418, 5. bis praemonitus, cavendum censet 420, 8. valde anxius; nepotis adventu cognito, ad imaginem Deiparae confugit 422, 12. nepoti supplicat miserabiliter: ab eo benigne tractatur 423, 15. sola imperii insignia

retinet: annuus reditus ei assignatus 428, 15. utroque oculo captus, omnibus ludibrio est 431, 14. Synadeno instante habitum et nomen inivitus mutat 441, 20. dictus *Antonius Monachus* 442, 5. 444, 12. 446, 5. suam sortem deflet: in patriarcham invehitur 443, 2. ad eius interrogata nihil respondet 444, 15. de eius nomine in ecclesia commemorando quid patriarcha decreverit 442, 15. 446, 3. Synadeni minis territus, imperium eiurat: scriptam formulam ut consignaverit ibid. pota aqua frigida, subito morbo corripitur: peccata precibus et lacrymis expiat: sacris mysteriis destitutus, Deiparae imaginem ori suo admovit: expirat 462, 15. ostenta, quae eius obitum praecesserunt 460, 4. corpus eius quonam perlatum: iusta de more persoluta 463, 17. aetas, forma, mores 472, 18. in summa inopia liberalitas, duobus exemplis declarata 473, 6. aes alienum post eius mortem repertum 474, 8. anni vitae, imperii, monachus 143, 20. 1244, 19. clementia 201, 16. amor erga nepotem 232, 20. invectiva in historicos maledicos et mendaces 3, 1. statuam Michaelis Archistrategi delectam restituit 202, 10. partem Thesalici principatus acquisivit 278, 16. multarum urbium et in Europa et in Asia conditor 469, 16. Byzantii instaurator ibid.

**Andronici Senioris uxor prima, ex Hungaris oriunda. Vide *Anna*.**

**Andronicus Iunior uxorem accipit Irenen Alemannam 277, 17. avo dilectus: apud ipsum educatus 283, 13. mores, consilia, ambitio 284, 1. meretricem amat: rivali insidias struit: Manuel frater pro rivali occiditur 285, 12. Andronicus Cathari nothi apud avum gratia offenditur 294, 20. irarum causa iustior 293, 11. defectionem meditatur: consulat cum Syrgianne 298, 21. armatus armatos secum adducit, causam apud avum dicturus: ab avo obiurgatur: iniurandum dat et accipit 313, 13. pro coniuratis, proditos se querentibus, intercedit apud Logothetam: graviter increpatur 313, 18. reddit**

**ad priora consilia 314, 20. fugit 315, 19. legati ad eum missi ab avo 320, 7. pacta cum avo 321, 1. cum Cantacuzeno coniunctissimus 351, 18. prope urbem castra ponit, audita Syrgiannis excursionis territus fugit 353, 20. Synadenum Syrgianni opponit: Despotam edictis terret: rumores spargit de avi necesse: Despotam captivum corpore suo protegit 356, 6. pacis cupidus, cum matre deliberat 359, 1. colloquitur et reconciliatur cum avo 359, 4. coronatur 373, 14. mortua Irene Alemanna, Annam Longobardam uxorem ducit 383, 23. cum Turcis naufragis in Chersoneso pugnans vulneratur 384, 3. eius factio Seniore tollere & medio statuit 390, 1. Iunior Seniori insidiatur: pecuniam per vim a publicanis auferit: Thraciae urbes sibi mancipat: Byzantium multis comitantibus profiscitur: quo praetextu 392, 6. excluditur: variorum criminum accusatur ab avo: in quibus amicae Cralaenae pudicitia attentata 394, 5. omnium animi in eum propensiores 395, 18. magnificis promissis multos sibi devinctos: petit ut sibi liceat Byzantium ingredi; aut ut idonei internuntii ad se mittantur: mittuntur ex omnibus ordinibus delecti 397, 17. oratione artificiosa se ipsum apud eos commendat: avum insectatur: causam rebellionis probabilem offert: crimina obiecta diluit: postulata sua exponit 398, 13. eius blanditiis corrupti internuntii Byzantium redeunt: ei apud omnes aperte patrocinantur 402, 20. ad urbis moenia accedit: ab ingressu contumeliose arcetur 407, 23. quidam ex populo operam ei suam promittunt: navicula conscensa aditus omnes vestigat: re infecta discedit 408, 10. a Thessalonicensibus clam evocatus, Protostratorem Byzantio insidiari iubet: Thessalonicam, adversariis dissidentibus, astu occupat: arcem vi expugnat 409, 6. Demetrio et aliis ducibus foede dissipatis, Serrhas in dedicationem accipit: caeteris Macedoniae urbibus, item adversariorum liberis, uxoribus, et aliis rebus potitur 410, 17. Praefectos ur-**

bium Macedonicarum capit; in carcere conicit 418, 2. Basilici Niciphori fidem ut remuneratus sit 413, 22. Bulgaros antevertere et Byzantium ire properat 415, 14. a Veneticis auxilium haud impetrat 416, 7. urbem ingredi frustra conatur: avum exorare non potest 418, 13. cum Bulgaro reconciliatur 419, 1. a duobus urbis custodibus noctu intronititur 419, 11. iniuriam avo fieri vetat: suos, ne victoria abutantur, admonet 422, 21. civiles discordias prudentia sua comprimit 426, 10. Michaeli Bulgaro bellam inferenti occurrere statuit: cum eo reconciliatur matris interventu 430, 4. in Asiam transit, Nicaeam obsessam liberaturus: castra apud Philocrenam ponit 433, 13. configit cum Orchane: Romani caeduntur: imperator vulneratus (434, 7.) Philocrenam ingreditur: Romani consternati effuse fugiunt 435, 18. (vide caetera in *Orchane*.) Byzantium redit: Deum offensum putat: quibus delictis 436, 16. classem instruit: Martinum Chii rectorem capit, et vinctum Constantinopolin mittit 438, 7. aegrotat, morti proximus cucullum petit: reos carcere educi iubet: ultimam voluntatem dicit: uxori et postumo imperium, Cantacuzeno tutelam relinquit 439, 12. aquam poscit ex sacro Deiparae fonte: qua capiti inspersa convalescit 442, 10. Michaelis Bulgari hortatu bellum Crali infert 454, 7. in Pelagonia castrametatur 454, 20. Bulgaro a Triballis victo, ipse nulla re gesta Byzantium redit 454, 7. Mesembriam et alia (Bulgarorum) oppida invadit 457, 16. annos natus 36. cum obiit avus 474, 11. bellum infert Alexandro Bulgarorum principi: Bulgarorum agros vastat: castella reliqua recuperat 483, 21. impar cum hoste congregitur 484, 18. suos hortatur ad pugnam 485, 14. cruentum praelium 486, 12. Romani effuse fugiunt: in castellum proximum vi irrumpunt: laborant omni parte 487, 4. imperator, consilii inops, spem in Deo collocat, stimulante tamen conscientia 488, 7. benigna admonitione ab Alexandro

castigatus, dimittitur ibid. nato filio, laetus Didymotichum redit: vestem mutat: ludos celebrat 482, 1. ludicris certaminibus se immiscet 482, 18. bellum inferente Syrgianne valde anxius 495, 13. Palatium munus: patriarcham creat Ioan. Aprenum; coniugem et liberos ei commendat 496, 14. in Macedoniam sine exercitu proficiscitur: Romanis omnibus diffidit, praeterquam Cantacuzeno et paucis domesticis: hostem dolo aggredi statuit illustrium virorum exemplo 496, 23. Sphrantzae opera ad eam rem utitur 497, 19. rebus desperatis, fugae subsidia sibi et Sphrantzae providet 500, 6. Syrgianne per dolum occiso, pacem petit a Crale, et obtinet 501, 3. inita cum Latinis adversus Turcos societate, pecunias cogit: classem reparat: Latinorum adventum expectat: navarchum ipse per se agit: Latini inter se dissidentes, expeditionem eius frustrantur 524, 15. Galataeorum munitiones incendit: eodem bellum aperte molientes oppugnare negligit, ad maiora intentus 527, 16. pacem petentibus concedit 528, 14. Mitylenen proficiscitur: naves quinque hostiles comprehendit, et Chium perducit: adiunctis sibi Turcis, Phocaeam obsidet 528, 23. pax facta Rhodiorum interventu: pacis condiciones 531, 2. Byzantium redit cum omni classe: quaestionem habet de coniuratis: eos pro concione convicit: eius clementia 531, 10. orationis exordio lacrymas elicit 532, 8. in Demetrium Despotam inquiri vetat, Cralaenae amicae reverentia adductus: item Gregorae acclamationibus et applausu delinitus: solos Asani filios in custodiam includit, eamque minime duram 533, 1. Mitylenen recuperat, Alexii Philanthropeni astu 534, 6. Turcos in Chersoneso praedantes caedit: ire in Aetoliam parat, oblatum principatum accepturus 538, 4. cum tribus navibus Turcicam classem invadit: captas naves quatuordecim 540, 4. stadium XLV iter noctu pedibus emensus, Deiparae Hodegetriae templum ingreditur ad agendas gratias 541,

17. Epirum invasurus, Illyriam vastat: Turcos auxiliares praeda onustos dimittit: Epiri principatu potitur 544, 19. eum Thessalonicae detinet lienis morbus 550, 9. Byzantium venit, infirma admodum valetudine: medicis undecunque accitis, suo arbitratu vivit: morbo splenis ingravescente, Deiparae Hodegetriae templum petit 554, 8. egregiam orationem habet in Synodo contra Barlaamum habita: Gregoriam absentem desiderat 558, 17. morbo rursus ingravescente, monasterium Hodegetriae denuo ingreditur: in lethargum incidit: aegre expergefactus, medicos arcessit: ad Gregoram mittit, qui interrogent an astra amica sint: moritur: vitae et imperii tempus 559, 13. 1244, 34. mores et ingenium defuncti principis 565, 13. Romanorum imperatorum instituta neglexit: aves et canes aluit maximis sumptibus 565, 19. Deo fretus, pericula contempsit 566, 13. dignitati suae non satis consulit 566, 19. pileorum et vestium discrimina sustulit: haec et alia imminem imperii ruinam portendere credita: Triballorum et Mysorum duces perterrefecit 562, 12. in Thessaliam contra Syrgianem proficiscens, Ioanni patriarchae uxorem et liberos commendavit 579, 6. morbus: in Epirum profectio 583, 5. mandata de tutela et administratione imperii 593, 16. 611, 23. 614, 23. 612, 11. 818, 10. erga Cantacuzenum benevolentia, et gratus animus 581, 20. iudicium de arce Epibatarum et de eius arcis conditore Apocauco 603, 3. commemoratio in sacris per errorem omissa 879, 9. error postmodum correctus ibid.

Andronicus. Vide *Asanea*, *Cantacuzenus*, *Musalo*, *Palaeologus*, *Protovestiarius*.

*Ἀνδροεικία* 965, 6.

Anecdota indicata. Vide *Escerpta*.

Angelus, Assyriorum interfector 968, 13.

Angelus.

Alexius imp. Constant. a Marchione Montisferrati capitur: ab eodem dimissus, genero suo Theodoro La-

scari invidet 16, 18. Iathatinem Turcum socium sibi adiungit 17, 10. victus capitur a Lascare 21, 16.

Michael Thessaliam et Epirum invadit 13, 9.

Michael nothus. Vide *Michael*.

Michael Michaelis nothi filius. Vide *Michael*.

Theodorus, Michaeli fratri succedit: imperii sui fines promovet: Thessalonica ipsa potitur, absente Montisferrati Marchione: imperator inauguratur ab archiepiscopo Bulgariae, praeter morem legitimum 25, 23. provincias a Latinis, Bulgariae et Scythias desolatas, impune pervadit: omnia Byzantium usque vastat: foede grassatur 27, 16. a Ioanne Asane vincitur, capitur, excaecatur 28, 9.

Ioannes, Cantacuzeni imperatoris *πρωτεξάδαρος*, seu *primus consobrinus* 628, 7. 657, 1. iubetur munire oppidum Pamphili 621, 8. comes longinqua expeditionis a Cantacuzeno susceptae 636, 2. Aetolis et Thessalis praefectus: iubetur primos honores Annae et Ioanni Palaeologo tribuere 644, 7. Thessalici principatus maximam partem recuperat: Aetolos, Locros et Acarnanas subigit: Annam rebellem capit: quibusdam ut occidat suadentibus, eam dare in custodiam mavult 657, 14. Berhoeam ad Cantacuzenum venit 657, 1.

*Ἀγγελώνυμοι* 318, 21.

Anima quemadmodum a singulis corporis membris participetur 1102, 14.

Anna Alemanna, Manfredi Siciliae regis soror, Ioannis Ducae uxor altera 45, 7.

Anna Comnena 1150, 42. 1157, 36. 1185, 36. 1274, 31.

Anna Michaelis Angeli filia, nupta principi Peloponnesi 71, 22.

Anna Michaelis Palaeologi I. imp. ex sorore Eulogia neptis, nubit Nicephoro Aetolo 92, 8. 130, 16.

Anna *ἡ ἐκ Παϊόνων* Andronicus Sen. nubit 109, 7. ex Hungaris oriunda: mater Michaelis imp. et Constantini Despotae 234, 7.

Anna Michalis Palaeol. II. filia, Thomae Epiri, et Aetoliae principi nu-

- pta 283, 7. tum postea etiam (Thomae) comiti Cephalleniae 283, 7. 283, 9.
- Anna Protovestiarîi filia 545, 14. cemitis Cephalleniae uxor (altera) virum necat: cum puerulis duobus, Aetolorum et Acarnanum principatum obtinet 536, 20. Andronicum Iuniorum ad occupandum principatum arcessit 539, 1. dedit se imperatori 545, 14. Thessalonicae subsistit 546, 8. rebelhat: capitur: in custodiam datur 656, 23.
- Anna Longobardica, altera uxor Andronici iunioris 384, 1. viro absente factiosos in urbe comprimit 530, 1. post viri obitum, tertio luctus die in Palatium se recipit 560, 8. 579, 2. Cantacuzenum supplex orat 586, 23. (Palamitis) favendo, pacem ecclesiae turbavit 590, 17. iusiurandum dat Cantacuzeno et ab eo accipit 595, 14. aegrotat 599, 11. Annae mens caeca; spes inanes 702, 14. Anna Gallum Astrologum cum Gregora committit 722, 21. Annae inhumanitas 739, 12. officii admonita contumeliose respondet: pessime res administrat: sacris imaginibus non parcat 743, 4. divites vexat: ex ipso S. Sophiae templo abreptos in vincula conicit 748, 9. patriarchae, pacem suadenti, irascitur 760, 20. Annae in Cantacuzenum et Irenem odium ex zelotypia natum; fons malorum omnium 761, 6. Anna Persas arcessit 763, 15. eius animus durus et immitis 764, 5. patriarcham dignitate spoliare statuit 767, 12. Palamam carcere incluse rat: eodem adversus patriarcham adiutorem utitur 768, 4. cum Palamitis adversus patriarcham conspirat 768, 24. episcopis diem indicit 781, 19. tabellas, per quas officii admo netur, a confessore oblatas rumpit; ipsum domo exigit 782, 14. infirmis viribus ferax et contumax; Galataeos adversus Cantacuzenum, iam urbem ingressum, advocat: aequissimas pacis condiciones proterve respuit 775, 2. legationem superbam ad Cantacuzenum mittit: in extremum discrimen abducta, pacem oblatam vix tandem accipit 779, 9. Annae avaritia 789, 13. iniquitas 799, 17. causa cur principata exciderit 887, 10. Vide 783, 9. 878, 9. Annales Turcici 1279, 5. Vide *Lem-clav*.
- Anni initium aliud apud alios populos 369, 6. quodnam fuerit apud Alexandrinos 369, 10.
- Anni Philippi Aridaei 366, 9.
- Annonae copia apud Byzantios 433, 6.
- Anonymus poeta Graecobarbarus *de bellis transmarinis* 1166, 27. 1181, 1. 1211, 4. Vide *Cod. Reg.* 2569.
- Antalcidas 866, 21.
- Antigonus 116, 23. 497, 10.
- Antiochena provincia 1012, 20.
- Antiocheni patriarchae decreta et litterae contra Palamam 893, 16.
- Antiochia ad Masandrum 214, 14. a Turcis obaessa 10, 5.
- Antipodes 12, 14.
- Antirrhethici libri Gregorae 1112, 10. 1131, 11. 1140, 18.
- Antoeci 12, 14.
- Antonius (triumvir) 189, 19. 311, 5. 606, 10. 1022, 16.
- D. Antonii festum 460, 10.
- S. Antonina, martyr Nicaena 1242, 31.
- S. Antonius. Vide *Templum*.
- Ἀνυσθα* apud Gregoram quid significet 1166, 10.
- Ἀψιδιος*. Vide *Aufidus*.
- Apocaucus (Alexius), Domesticus Thematum occidentalium et salinis praefectus: cum Andronico iuniore in seniores conspirat 301, 10. eius perniciose consilia; dotes eximiae, genus, fortuna, malae artes 577, 5. Cantacuzenum hortatur ad capessenda imperii insignia 578, 5. eundem calumniatur 578, 18. ipse et patriarcha Annae persuadent, ut omnem Cantacuzeno auctoritatem abroget 584, 3. Apocauci vires infirmae, animus, ambitio 584, 16. miles stricto gladio in eum irruit 586, 7. Apocaucus Cantacuzenum de se optime meritum perdere conatur 591, 9. in castellam Epibatarum se recipit 599, 12. Cantacuzeno insultat 600, 15. Apocauci molitiones detectae; fuga; consilium de invadendo imperio 602, 6. Cantacuzeno obviam prodit 604, 10. urbi praeficitur et aliis dignitatibus ornatur 605, 21. Octavium Caesarem imitatur 606, 4. Cantacuzeno

- imperatorem sese professo, velut victor cum patriarcha exultat 612, 21. classi praefectus, Thessalonicam appellit 634, 14. aciem instruit; congregari non audet 637, 14. ductor utriusque classis, Byzantinae et Persicae: Cantacuzenum abeuntem persequitur 658, 24. timidus et imbellis 660, 12. auxilium petit a Cralle: munit fluvii ostia: ex Cantacuzeno sciscitatur, quid de se ipse statuatur 661, 2. Apocauci mos peruersus: Berrhoeam tentat per exercitum: ipse Thessalonicae manet, arrogans idem et timidus 668, 15. sagittarium submittit, qui Cantacuzenum noctu occidat 669, 21. pericula impendit celeri fuga praeventitur, insciis Thessalonicensibus 670, 13. patriarcham et Ioannem Gabalam sibi mancipare statuit 696, 21. Ioanni Gabalae filiam suam desponsurum se promittit; quid vicissim ab eo pactus 701, 19. Perinthum abit cum patriarcha et imperatore Palaeologo; quem Epibatarum castello includere cogitat 702, 4. bellum apparat: Didymotichum infesto exercitu petit 708, 2. Pythium castellum obsidet 708, 12. apud Annam accusatus ab Ioanne Gabala 710, 17. Byzantium redit: Augustam placat: urbis muros reficit 711, 3. intestinos plebis motus veretur 727, 12. quando, ubi, et a quibus caesus 729, 14. anxietas, stipatores, immoderata ambitio 729, 21. carcer ab eo aedificatus 730, 9. Apocaucus imprudens, stipatoribus in atrio relictis arcem ingressus 731, 12. a Raüle et aliis nobilibus interimitur 732, 8. interempti caput abscissum summo muri fastigio imponitur 734, 5. Apocauci avaritia 789, 14. eius liberi tres 1278, 3. imago 1256, 1256, 24. medicinae studium 1256, 24.
- Apocauci filius** Thessalonicae praeficitur, in Batatzae locum successus 741, 13. mortuo patre Thessalonicam tradere Cantacuzeno statuit: arcem occupat: impetu plebis opprimitur 740, 10.
- Apocauci filia**, nupta primo Andronico Palaeologo, Ioanni Asani nubit 797, 7.
- Ἀπόγονος* 1177, 42.
- Ἀπογραφικαὶ ἐμπροσθίαι* 1278, 28.
- Apographum Regium 1279, 39.
- Ἀποδόσασθαι* 1255, 7.
- Ἀποστρέφω*. Vide *geniales dies*.
- Apollinarius 1142, 17.
- Apollonius 55, 16.
- Apophthegma veteris sapientis de eo, qui bis navigat 591, 1. Thaletis vel Platonis de eo, qui natus sit Graecus 383, 8. Cantacuzeni de modo servando 432, 5. regis Aegyptii de amico ad extremam inopiam redacto 445, 3. Vide et *Anacharsis, Darius, Zeno*.
- SS. Apostoli**. Vide *Templum*.
- Apostollus 1155, 39.
- Appendix Vaticana 1153, 43.
- Apri oppidulum 229, 7. 244, 19. Urbs 248, 13. praelium ad Apros 299, 7. 244, 19.
- Arabes 38, 11. 41, 2. 81, 20. 103, 7. obstant Gallis, Syriam et Phoeniciam ingressuris 105, 18.
- Arabes Aegyptii 106, 23.
- Arabicus sinus 107, 6.
- Arabia 81, 16. felix 107, 4.
- Arachosia 38, 10.
- Arca Noe 470, 14. arca (foederis) 518, 21.
- Archistrategus. Vide *Michael et Monasterium*.
- Archivum Camerae computorum 1170, 27.
- Arcturi ortus 49, 6. 596, 12. 1260, 8. 813, 7. primus exortus autumnio medio 245, 6.
- Argyrolimne, quae et *Gyrolimne* 1127, 8.
- Ariadnes Corona, sidus 542, 16.
- Arianorum argutatio 1310, 46.
- Aridaeus (Philippus) 366, 10.
- Aries 548, 10. anni portas aperit 834, 3.
- Aristagoras 155, 13.
- Aristoteles de Dei substantia et operatione 1089, 5. de mente perfecta 1091, 2.
- Aristotelicae linguae labyrinthi 478, 18.
- Arius 1142, 17. filium aiebat esse *κοίτημα* 1130, 13.
- Ariani aiebant se *secundum Scripturas* dicere 918, 14.
- Armenia 285, 8. 348, 14. Ciliciae finitima 193, 19. maior 38, 25. Armeniae rex generum ambit Michael

- lem Andronici senioris filium 193, 18. Armeniorum religio 623, 12.
- Arseniatae** 128, 7. postulant ut Arsenii corpus in urbem referatur 167, 7. ob inanis gloriae studium avulsae ab ecclesia, ad communionem admittuntur a patriarcha Niphone: eorum petitiones 261, 12. quinam ex his schisma renovaverint 262, 10.
- Arsenius** eligitur patriarcha: eius elogium 55, 14. tutor testamento datur Iohanni Lascari 62, 20. vir simplex et sanctus, administrandae reipub. minime aptus 66, 12. male omnino saluti pupilli consultit 67, 20. Fisci claves tradit Palaeologo 69, 21. Michaellem Palaeologum salutatum esse imperatorem moleste fert 73, 4. secedit: secessionis causa 80, 11. redit 88, 17. Palaeologo sacris interdicit 93, 8. veniam petenti denegat 93, 24. accusatus, iudicio se non stitit: damnatur ut contumax: Praeconnesum deportatur 94, 23. eius corpus in S. Sophiae templo deponitur: quonam deinde translatum 167, 8. reliquiae 262, 1. simplicitas 579, 19. socordia 759, 7.
- Artaxerxes Xerxae filius** 490, 6.
- Artaxerxes Mnemon**, Darii et Parysatidis filius, Cyri frater 124, 17. 189, 15.
- Artaxerxae stratagemata** 124, 17.
- Artemisium** 302, 3.
- Asan**.
- Andronicus Protovestiarius, dissidentibus imperatoribus, avo et nepote, Romanis Peloponnesiis praeerat: a Syrgianne tentatur: eum defert 362, 20. Vide 394, 23. 396, 23. 409, 20. 410, 21. 411, 7.
- Constantinus ad Mauropotamum victus et captus a Protostratore Synadeno 415, 8.
- Iohannes I. Bulgarorum princeps, Latinos profligat; Balduinum capit 14, 23. Thraciam et Macedoniam vastat 16, 10. Theodorum Angelum vincit, capit, excoecat 23, 10. moritur 60, 4.
- Iohannes II. Bulgarorum princeps, Mytzae filius; Irene Michaelis Palaeologi filia ei despondetur: ipse cum magnis copiis in Bulgariam mittitur 132, 6. 132, 15. Lachana sublato regnat: sororem suam Teri despondet: qui exitium ei machinatur: Asan regno spoliatus, Byzantium aufugit 132, 15.
- Ioannes, Irenes Augustae frater, in custodiam includitur cum fratre Manuele 534, 2. carcere educitur 624, 23. 626, 1. comes longinqua expeditionis a Cantacuzeno susceptae 628, 6. iubetur Chreli tradere arcem Melenici 654, 5. creatur Sebastocrator: Apocanci filiam uxorem ducit: socrui suspectus, domum cum uxore dimittitur 797, 2. Matthaem Cantacuzeni imp. filium ad defectionem hortatur 798, 18.
- Manuel, alter Irenes Augustae frater, in custodiam datur 534, 2. educitur 624, 23. Didymoticho cum sorore Augusta praeficitur 627, 14. creatur Sebastocrator 797, 2.
- Michael 394, 23. 396, 23. 409, 21. 411, 15. Prosiacum occupat: ad Cralem se recipit 413, 17.
- Asan** uterque, Iohannes et Manuel, saepe ad defectionem sollicitati ab Anna Augusta 799, 16.
- Ἀσπράς* 1313, 37.
- Asia** cis Euphratem 81, 22. 116, 23. intra Euphratem 41, 1. inferior 38, 16. 140, 17. intra Halym 105, 2. Asiae prata 324, 4. Asiae principes, ex Scythia oriundi, inter se praeliantur 689, 4. Asiae recuperandae occasio cur omissa 221, 7.
- Asopus** fl. 251, 17.
- Assyrii** 38, 12. 40, 3. 40, 10 etc.
- Astrologus** Gallus placencia Annae Augustae praedicat 722, 21. Vide et 769, 10.
- Asyli** ius vetustissimum; apud omnes gentes sanctum; a Christianis neglectum 748, 11.
- Athanasius** patriarcha, Gregorii Cyprii successor, vir illiteratus, sed austeris moribus: clericos castigat 180, 15. nec pontificibus parcat: iis residendi necessitatem imponit 181, 12. ipsos principes censurae metu continet: quas res monachis interdixit: de equitatione quid statuerit 182, 13. in monachos hypocritas severe animadvertit; item in fanaticos: poenae impositae: eius constitutiones non diu vigerunt 183, 17. mirum ecclesiae Graecae desolationem in Athanasii tempora



- incidisse 186, 1. tumultus contra illum publicus: Athanasius secedit 191, 3. excommunicationis sententia, eius manu scripta, ut a pueris inventa sit: quos motus excitaverit 191, 15. Athanasii fama imminuta: ut is apud imperatorem se excusaverit: veniam dat et petit 192, 8. imminetem Dei iram praenuntiat: prae caeteris patriarchatu dignus ab imperatore iudicatur 215, 2. iterum ecclesiae Constantinopolit. praeficitur 216, 6. altera eius secessio 258, 15. eius epistolae, aliaque opuscula 1189, 16. Vita, incerto auctore, ibid. Novella 1192, 43. 1193, 31. *παράκλησις τῆς πρώτης* (ita legendum, non *τῆς δευτέρας*) *πατριαρχειας* 1194, 26. *γράμμα πρὸς τὸν αὐτοκράτορα* etc. 1203, 3. epistola ad Augustam 1206, 29. ad imperatorem, de Ioanne eius filio 1208, 3. *παράκλησις τῆς δευτέρας πατριαρχειας* 1212, 23. *γράμματα δύο*, ibid. *γράμμα ἐπιλιτυσιῶν* in Ioannem Drimyn 1295, 35. (Athanasius) patriarcha Alexandrinus Athanasium patriarcham Constantinop. fabella perstringit 216, 11. Vid. annotat.
- S.** Athanasius 962, 6. 972, 9. 1068, 6. 1069, 20. 1077, 17. 1078, 16. 1083, 19. 1089, 16. 1132, 5. 1134, 6. 1141, 16. oratio eius spuria 1322, 43.
- Athanasius Gregorae adversus Palamam socius: eius elogium 894, 4.
- Atheismus ipse deificatus 1023, 18.
